389.

N. Inv. 389



quodlibetū

Quothbetú et Clementinad.

In ista tabula sunt duo numeri distincti primus ostendit in quoto quodlibet sit questio
Secundus ostendit quotus articulus sive questa sit questio illius quodlibet

1 2 Angelus utrum dependeat a
loco corporali secundum suam essentiam
Utrum moveatur de extremo ad
1 7 extremum sine medio
2 1 3 Utrum in angelo sit idem suppositum et natura
2 1 2 Utrum angelus substantialiter sit compositus
ex essentia et esse
3 6 Utrum angelus aliquo modo sit tantum anime racionalis
3 1 Utrum angelus influat in animam humanam
6 7 Utrum omnes suos actus agat per imperium vo-
6 Utrum angeli possint esse in concavo celi empirei
1 3 Utrum angelus cognoscat singularia per luntatis
3 Utrum angeli simplicitas pariatur compositionem
1 1 ex subiecto et accidente
9 6 Utrum angelus sit compositus ex materia et forma
9 1 Utrum angelus simul possit esse in
cognitione matutina et vespertina
9 8 Utrum angeli eodem actu caritatis pote-
runt mereri fruitionem et frui
9 8 Utrum angelus moveatur in instanti
9 9 Utrum angeli possint agere in inferiora corpora
10 2 Utrum duratio angeli habeat prius et posterius
11 2 Utrum motus angeli sit in instanti
12 7 Utrum esse angeli sit accidens eius
Utrum anima adveniente corpore corrumpantur
1 6 omnes alie forme
2 13 Utrum anima possit pati ab igne corporeo
3 3 Utrum anima est sciat infinita
3 20 Utrum anima sit composita ex materia et forma
3 21 Utrum anima separata a corpore cognoscat
alia animam hominis quam noviter in hac vita
3 23 Utrum anima separata possit pati ab igne
8 3 Utrum anima accipiat species quibus corporeo
intelligat a rebus que sunt extra eam
9 11 Utrum anima vegetabilis et sensibilis
sit a creatione + quere prebenda
10 7 Utrum anima sit sue potencie publice
10 6 Utrum anima secundum suam substantiam sit incorru-
10 1 Utrum anima intellectiva omnia que cognoscat
cognoscat in propria virtute
10 8 Utrum anima separata a corpore habeat actus
sensitivarum potenciarum
11 7 Utrum anima sensitiva et intellectiva sint
eiusdem substancie
12 9 Utrum anima perficiat corpus immediate
quere celum intellectus
12 10 Utrum anima sit ex educere quere habitus falsi
2 11 Utrum appetere plantativa sit potentia quere
potentia aqua
2 3 Utrum aque elementares sint super celos quere
Baptismus ablutio sacerdos confessio auricularis
8 7 Alimentum utrum transeat in veritatem humane
nature

7 1 Baptisare vel baptismus utrum inve-
niatur sit baptisandi motus parvulus
6 2 Utrum puer qui nascatur in deserto ubi
non est aqua si moriatur sic baptismo possit in fide matris salvari
6 7 Utrum christianus qui baptisat iudeam cum qua contrahat
fide contrahendo matrimonio si baptisatur cognoscendo
eam postea carnaliter consuet matrimonium
12 18 Utrum baptismus habeat virtutem ad emundacionem
6 17 Utrum qui est baptisatus transmittat peccatum ori-
ginale in prolem
8 19 Beatitudo utrum prius consistat in intellectu
quam in affectu vel econverso
8 20 Utrum beati in gloria prius ferantur ad contemplandum
Christi divinitatem vel humanitatem
1 3 Crux utrum Christus in cruce vere
mortuus fuerit
2 16 Utrum cruce signatus qui moritur antequam
iter arripiat habeat plenam indulgentiam peccatorum
2 11 Utrum vir possit accipere crucem si timeat de
incontinencia uxoris non volentis sequi virum
2 8 Utrum sit idem numero corpus Christi cruci affixum
et iacens in sepulcro quere confirmacio prelatus
1 10 Confiteri vel confessio utrum sufficiat scripto
confiteri
1 11 Utrum confessio possit differri usque ad quadra-
gesimam
1 12 Utrum sacerdos parochialis debeat credere
suo subdito dicenti se alteri esse confessum et dare ei
12 15 Utrum non habens curam animarum possit eucharistiam
absolvere in foro confessionis
12 16 Utrum liceat in aliquo casu prodere confessionem
quere prelatus + sic volunt prenominati prelati
12 30 Utrum aliquis possit confessionem audire de licencia prelati
12 31 Committere vel commissio utrum possit aliquis
vices suas alteri committere quere religiosus
2 8 Consuetudo utrum excusat aliquem ne
decimas solvat
3 26 Consciencia utrum possit errare
3 21 Utrum consciencia erronea liget
11 17 Corripere utrum aliquis in publico vel priva-
to debeat corripere fratrem suum
2 19 Caritas utrum homo absque caritate perfecta
possit se martirio offerre
9 13 Utrum caritas secundum essentiam augeatur quere habitus
6 19 Celum utrum celum empireum habeat in-
fluenciam super inferiora corpora
12 1 Utrum mundus sit eternus quere aqua
12 8 Utrum celum sit animatum
1 8 Deus utrum primus homo in statu innocencie
dilexerit deum super omnia
2 7 Utrum tempus per quod deus movet spiritualem
creaturam secundum augmentum sit idem cum tempore
quod mensuratur motus vere corporalis + forma
3 1 Utrum deus possit facere subsistere materiam sine
3 2 Utrum deus possit facere quod unum corpus sit
localiter sit in duobus locis
2 12 Utrum in deo sint plures ydee

4 2 Vtrum deus possit aliqd in nichilu redige
4 2 v In deo sit virtus 4.2.
4 7 v deus id quod in nichilu redactu e possit idem nuo repare
4 9 v deus sp faciat novam gram in du
5 1 v. deus sciat p̄m instans in q° potuit creare
5 2 v presciti a deo psit demeri
5 3 v deus possit vgine corrupta reparare
5 4 v deus possit peccare si vult
6 16 v vnitas eencie dei pt in nuin cum vnitate psone / mutable boni
6 15 v prius sit aversio a deo ul conversio ad cre:
7 6 v imensitas dei excludat plitate prpe
7 10 v deus possit facere vt albedo ul alia qualitas sit sine quantitate sit in sacramto altaris quantitas e sine subto
8 1 v ydee in mete dei per prius respiciat res q ad nuin singlare ut speciat
9 1 v deus possit facere infinita ee i actu
10 11 v vnitas in divinis aliqd ponit dicat uel remonom tm / deu p eenciaz
10 11 v aliqis intellectus creatus possit videre:
11 1 v. solius dei sit pprii esse vbiqz
12 2 v deus possit facere duo contraria sil ee.
Docere ut doctrina quere predicator ul predicare
Dapnatus quere infernus
Decime vtrum prit pscribi
2 8 Dyabolus vtrum inhitat subalit hoiez
3 8 Dyabolus vtrum inhitat subalit hoiez in quolzt peco mortali
12 16 v. dyabolus cognoscat cogitaces hom
Diligere quere deus xpus
4 1 Essencia diuina vtrum btus videcus diuinaz eenciam vidit quere de intellectu
12 19 Ecclesia v. sit vna ecclia primitiva et que nuc est
Excogitatus vtrum debeat vitari excogitati tota quorum excogitatorum sapientes quia operantur
Elemosina quere religiosus quere peccare
8 6 Eligere vtrum necesse sit sp eligere meliorem ul sufficiat eligere bonum
Episcopatus ul epus quere prelatus
4 1 Filius ul filiacio vtrum filius a sua filiacione distinguatur a spu scto quere xpus
12 7 Fatum vtrum diuina fato subsint
1 21 Gloria sive gloriosus vtrum corpus gloriosum nalr possit esse cu alio corpore no glorioso in eodem loco
1 22 v. hoc possit fieri aliqo mo ul miraculose
8 16 v dapnati videant glam bonorum et maxie post diem iudicii
Quere beatitudo infernus
7 1 Gracia vtrum ho absque gracia possit se ad gram preparare quere deus

10 12 Honorare vtrum q honorat divites propter divicias peccet quere deus prelatus
12 12 Habitus vtrum habitus scie acquisite remaneat in aia post hanc vitam
4 4 Vtrum et quo caritas uel qualzt alius habitus a non habente cognoscatur
10 17 Hereticus vtrum hereticus sit vitandus
6 v. credulitas inhesionis in heretico ul i alio catholico sit actus fidei ul virtutis
10 10 v heretici redeuntes ad fide ab ecclia sint
5 28 Hore canonice vtrum clericus qui / recipiendi est ad horas canonicas / licet ei matutinas sequentis diei in sero dicere
1 9 Infernus vtrum contritus teneatur magis velle ee in inferno q peccare
3 28 Vtrum dapnati in inferno gaudeant de penis inimicorum suorum quos videt secum puniri
8 14 v dapnati in inferno vellet suos proximos esse dapnatos
8 18 v In inferno sit tm pena ignis uel etiam pena aque 12. 18 v. ymagines impssi: i aliq cristallae heant aliqua vim effectiva
7 11 v corpora dapnatorum sit incorruptibilia
7 12 v Resurget dapnati cu difformitatibus suis
7 13 v dapnati in inferno puniantur verme z fletu corporali
9 17 v omnis scti qui sut in ecclia canonisati sit in celo ul aliq corpus sit in inferno
7 1 Intellectus creatus vtrum aliqis intellectus creatus possit videre diuinaz eenciam imediate.
7 2 v. Intellectus creatus possit sil intellige plura
10 14 v aliqis intellectus creatus possit vide deu per essenciam
12 11 v Intellectus humanus cognoscat singularia
9 12 Ignorancia quere peccare
Imperare vtrum sit actus voluntatis ul racionis
4 15 Irregularitas vtrum papa possit dispensare cu irregularitate bigamie
Infamia quere peccatum
Iniuria quere religiosus
Iurare quere religio. peccatum
5 1 Luciferus vtrum sit subiectus ceteris
Liquor quere species
Laus quere gloria deus
6 15 Mortuus uel mortuus vtrum mortuus paratur aliqd de meritis si executor eius differat dare elemosinas quas ipse in testamento dari mandavit
6 14 v. Executor lucre tardare possit distribucione elemosinarum ad hoc ut res melius vendatur
Quere xpus officium revelatio
5 14 v In meliori statu moriatur q morit cundo vltra mare q q moritur redeundo
3 13 Mundus vtrum demonstrative possit probari mundum esse eternum quere celum deus

3 18 Matrimonium. Utrum mulier que per votum continentie emissum contraxit matrimonium in facie ecclesie possit absque peccato viro suo carnaliter commisceri

7 17 Utrum si aliquis desponsaverit aliquam per verba de futuro, et postea carnaliter cognoscat, non tamen consentiens in matrimonium sed solum volens fraudulenter surripere copulam carnalem, si postea contrahit cum alia per verba de presenti, secunda sit uxor eius. vel prima. quere baptisare

8 10 Utrum votum simplex dirimit matrimonium contractum.

10 9 Utrum ille cuius pater non potest sustentari si contrahendo matrimonium accipiat dotem unde patrem nutrire possit teneatur contrahere matrimonium ut contrahendo patrem sustentet.

7 21 Utrum beatus Matheus statim fuerit vocatus de theloneo ad statum apostolatus

6 1 Festum. Utrum liceat celebrare festum conceptionis domine nostre

10 11 Utrum post votum simplex castitatis aliquis matrimonium contrahens reddere possit et exigere

11 10 Utrum maleficia impediunt matrimonium vel debitum

Utrum frigiditas impediat matrimonium vel in actum. quere caritas christus

6 16 Mendacium. quod mendacium sit gravius utrum illud quod fit verbo vel quod fit facto

8 18 Utrum mendacium semper sit peccatum

Motus primus. quere peccatum angeli

Si virtus de motu angelorum

12 13 Utrum verba humana habeant virtutem ad movendum bruta

8 1 Numerus. Utrum denarius numerus quo omnis creature dicitur esse perfecte sit creator vel creatura

7 8 Utrum si Adam non peccasset, idem homines numero salvarentur qui nunc salvantur quere deus

1 8 Nutrix. Utrum nutrix quam aliquis conducit prolem nutrire sit activus vel non

1 13 Officium. Utrum aliquis qui est prebendatus in duabus ecclesiis in die quo diversum officium sit in utraque ecclesia teneatur ad utrumque officium. quere omissio

6 8 Utrum clericus beneficiatus existens in studio debeat dicere officium mortuorum

7 9 Obedire. Utrum filius teneatur obedire parentibus carnalibus quantum ad omnia

8 12 Utrum subditus teneatur obedire prelato propter zelum ad omnes auditi

6 11 Utrum magis meritorium sit obedire prelato vel facere aliquid ad dictum status. quere religiosus

3 Oculus quere predicator christus

3 29 Omissio. Utrum ei qui pretermisit dicere matutinas officium dicere cum tenetur ad ipsum possit imponi alia pena pro tali omissione vel ei sit imponenda quam tenet omissa

3 10 Opinio. Utrum auditores diversorum magistrorum theologie habentes diversitates et contrarietates opiniones excusentur a peccato si sequantur opiniones falsas magistrorum suorum quere excusatio

8 9 Utrum cum sint diverse opiniones de aliquo facto qui sequitur minus tuta peccaret

1 12 Operari. Utrum operari manibus sit in precepto

1 15 Utrum ab hoc precepto excusentur illi qui spiritualibus operibus vacant

8 8 Oratio. Utrum oratio tantum valeat pro alio facta sicut pro se

8 9 Utrum orationes magis prosunt pauperi magis digno vel diviti pro quo specialiter fiunt

8 6 Pater. Utrum eodem verbo dicat et se et creaturam. quere virgo

1 11 Peccare vel peccatum. Utrum peccatum sit natura aliqua

1 18 Utrum privatum sit gravius peccatum quam homicidium

1 19 Utrum peccaret qui per ignorantiam constitutionem pape non servat

2 11 Utrum appetere prelationem sit peccatum

3 12 Utrum peccatum sit predicatori habere oculum ad temporalia

2 17 Utrum peccatum in spiritum sanctum sit irremissibile. quere opinio religio

3 21 Utrum si primus homo non peccasset, tot fuissent mares quot femine

8 16 Utrum homo sine peccato possit appetere scire scientias magicas

8 21 Utrum primus motus semper sit peccatum

8 8 Utrum deus possit peccare si vult. quere minus. prelatus. mendacium

7 16 Utrum mulier accusata de adulterio in iudicio teneatur peccatum suum confiteri

7 18 Utrum aliquis possit peccare nimis ieiunando vel vigilando

7 29 Utrum peccata que sunt contra precepta secunde tabule sint graviora peccatis que sunt contra precepta prime tabule

8 11 Utrum peccaret qui ad ecclesiam vadit propter distributiones quas aliter non vult licet accepit beneficium ut dominus

8 12 Utrum aliquis habens de superfluo vel servaret peccaret si non det pauperi hoc petenti

10 13 Utrum peccaret qui non repellit infamiam

8 17 Utrum quanto aliquis intendit peccare tanto peccaret

10 12 Utrum et honorat divites propter divitias peccaret

10 18 Utrum viri pauperes [illegible] semper sit peccatum

12 20 Utrum peccatum originale traducatur in femine

12 20 Utrum ille qui non dat superfluum quod habet pro deo peccet. quere ablucio baptismale

Patrinus quere sacramentum spes

Pector quere sacerdos religio

Peccatum quere peccare

Peccatum mortale Utrum monachus peccet

1 20 mortaliter comedendo carnes

+mortalia

8 22 Utrum primi motus in infidelibus sit peccata

6 12 Utrum clerici peccent mortaliter si ea que eis superfluunt in elemosinas non largiuntur

9 18 Utrum petrus negando xpm peccavit mortaliter

9 16 Utrum habere plures prebendas sine cura animarum absque dispensatione sit peccatum mortale

11 8 Utrum aliquis audiens missam fornicarii sacerdotis peccet mortaliter

-talis

11 9 Utrum aliquis cunctando excogitans peccet mortaliter

12 32 Utrum consensus in delectationem sit peccatum mortale

12 12 37 Utrum suspicio sit peccatum mortale

Pena Utrum pena duorum qui eadem pena digni sunt unus citius possit liberari a purgatorio quere commissio religionis infusa

-precepta

Penitencia quere commissio sacerdotis

8 28 Preceptum Utrum consilia ordinantur ad precepta

20 Utrum precepta ordinis non excedant consilia quere prelatus

Predestinacio vel presciencia Utrum presciti sint demeriti

7 1

11 3 Utrum predestinacio imponat necessitatem

12 3 Utrum predestinacio sit certa

1 16 Prelatus vel prelacio Utrum frater debeat prelato proprie revelare culpam et culpam alterius fratris quere religiosus

8 11 Utrum prelatus conventualis licite possit conferre beneficium suo consanguineo postposito digniori quere obediencia

7 13 Utrum prelatus debet subditum ab administracione removere propter aliquod beneficium

7 22 Utrum ille qui eligitur canonice in episcopum melius faciat consenciendo electioni vel recusando debitum de se faciat

7 23 Utrum prelatus qui dat beneficium suo consanguineo sperans propter hoc gressum exaltari et ditare committat symoniam

6 9 Utrum episcopus dans beneficium bono pretermisso meliori peccet

8 1 Utrum tali prelati sint honorandi

11 1 Utrum solus episcopus debeat conferre sacramentum confirmacionis

13 14 Utrum liceat appetere episcopatum

Predicator vel predicacio vel predicare quere per religionem immediate

Puer quere baptismus religio

Purgatorium quere pena

9 18 Questio Utrum magister determinans questiones theologicas magis debeat uti racione vel auctoritatibus Xto q18

Quantitas quere deus

11 6 Resurgere vel resurreccio Utrum idem corpus numero resurget quere xpus infernus

1 17 Religio vel religiosus Utrum religiosus teneatur secretum fidei sive commissum revelare suo prelato proprie quere peccatum mortale

3 11 Utrum liceat iuvenes inducere ad religionis ingressum voto vel iuramento

3 12 Utrum obligati voto vel iuramento possint in seculo manere absque peccato

3 13 Utrum liceat pueros ad religionem inducere

3 12 Utrum peccet qui aliquem iurare facit ne intret religionem

3 17 Utrum religiosus qui nichil debet habere in proprio vel communi possit elemosinam facere de hiis que in elemosinam sibi dantur

3 16 Utrum aliquis in religione existens sciens parentes suos gravi necessitate opprimi possit exire absque licencia sui prelati ad subveniendum parentibus

Ex q4 art x
q ex

3 11 Utrum status religionis sit perfectior quam status sacerdotum prochialium et archidiaconorum

8 23 Utrum pueri non exercitati in preceptis sint recipiendi vel obligandi voto vel iuramento vel beneficiis alliciendi ad ingressum religionis

7 26 Utrum religiosi teneantur paciencia tolerare iniurias sibi factas

7 21 Utrum ille qui iuravit se non intraturum religionem possit licite intrare

10 10 Utrum religiosus qui emisit votum obediencie teneatur in omnibus prelato et indifferentibus

13 38 Utrum aliquis debeat expelli de religione propter peccatum si sit paratus corrigi et sustinere penam

2 12 Predicator vel predicacio vel predicare Utrum peccatum sit predicatori habere accionem ad temporalia

3 9 Utrum liceat quod aliquis pro se petat licenciam docendi in theologia

7 28 Utrum ille qui scit propter mane gloriam docuit per primatus possit aureolam recuperare

7 28 Utrum si ex doctrina alicuius aliqui revocentur a meliori bono ille teneatur sua doctrina revocare

12 27 V Anima q(uam) doctores sci dixerunt sunt a spu sancto
12 26 V aliquis possit p(re)dicare p(er) ca(n)cte
12 21 V aliquis prohibitus a principe seculari debeat dimittere p(re)dicatoz
12 28 V liceat p(re)dicatoribus recipe elemosinam ab vsurariis

3 30 **R**euelare Vtr(um) liceat ab aliquo monete requirere q(uod) reuelet statum suum p(er) morte q(ue)re confessio p(re)latus religio
7 11 Restitue. restitucio Vtrum si aliquis mādes in latrones promittat eis pecuniam pro sui liberacione si mutuo eam accipiat restituere teneatur
12 22 V expulsis p(ro)pter parentes debeat restitui bona sua
12 23 V Ille q(ui) mala fide p(re)scribit teneatur ad restitucionem
12 26 V Ille q(ui) rem alienā consumpsit teneatur ad restitucionem

3 28 **S**acerdos V tm sacerdos confiteri dicit / quamuis bo(n)us sit t(ame)n in remissione peccatoz sit satisffactio sacrā(mentalis) q(ue)re confiteri religio
7 12 V liceat sacerdoti dare hostiam no(n) consecratam peccatori z oculto no(n)
6 10 V paup(er) teneatur soluere (pro) penitencia decimas diuiti sacerdoti
7 Sacramentum vl sacrale Vtr(um) forma panis in sacro eukaristie anichiletur q(ue)re prelatus
10 11 V Species que remanent in sacro altaris aly liquori permisceri possit p(os)t consecracionem .10.3.
12 3 V Compaternitas causetur ex preambulis ad sacramenta
9 18 V In sacra(men)to altaris sit accidens sine subiecto
7 21 Status V Vtrum mathe(us) fuit vocatus de theloneo stati ad statum conplatus. q(ue)re religio mors
Species q(ue)re sacramentum. Verbum. xpus
1 18 Salus Vtr(um) aliquis teneatur dimittere studium theologie cum si sit aptus ad alios docendum ad h(oc) ep(iscop)i integat saluti a(n)i(m)arum
12 3x Sors Vtr(um) liceat vti sortibus

12 **S**ensus Vtr(um) p(re)ter sensus literales in v(er)bis sacre scripture alij sensus lateant
12 17 V debeat distingui quatuor sensus sacre scripture
12 16 V isti sensus inueniantur in aliis scripturis
Scriptura q(ue)re sensus

7 10 **T**imor Vtr(um) ea que fiunt ex timore sunt voluntaria
Theologia q(ue)re. salus. q(ue)stio. opinio

2 10 **V**icium Vtr(um) venditor teneatur dicere vicium rei vendende emptori
7 9 Verbum Vtr(um) verbis cordis sit species intelligibilis. q(ue)re pater
12 20 Veritas Vtr(um) veritas sit forcior. inter vinum. regem. et mulierem
voluntarium q(ue)re timor
Vestis p(re)ciosa q(ue)re petrus
12 21 Virtus Vtr(um) virtutes morales sit connexe
6 18 Virgo Vtr(um) aliquis possit esse naturaliter et incorrupte sil' virgo z pr. q(ue)re deus confessio
3 19 Vsura Vtr(um) aliquis possit licite retinere id quod acquirit licite in testamonys de pecunia vsuraria. q(ue)re p(re)dicator

1 2 **X**pus Vtr(um) In xpo sit tm vna filiatio. q(ue) refert ad patrem z ad-
1 3 V xpus in triduo vere mortuus fuit // in re
3 1 V xps in triduo mortis fuit idem h(om)o natura
1 2 V crudelior passio x(ris)ti suffecisset ad redempcionem humani generis sine morte
2 6 V aliquis teneatur credere xpo visibilia miracula non facienti
3 3 V Anima xpi sciat infinita
3 8 V oculus xpi p(os)t morte dicatur oculus equiuoce vel vniuoce
3 7 V post resurreccionem xpus vere comedit cibum sibi incorporando
7 7 V totus sanguis xpi. qui est in passione effusus. in resurreccione eius ad corpus redierit
7 6 V xpus maius signum dileccionis nobis ostendit tradendo se in cibum quam in passionem pro nobis q(ue)re xpus truyo
1 7 V fruicio xpi anime in passione peruenit vsque ad centrum anime
1 8 V Corpus x(ris)ti secundum suā totam quantitatem contineatur sub speciebus panis
1 9 V In eodem instanti sit panis et corpus xpi sub illis speciebus
9 2 V In xpo sit vna ypostasis tm
9 3 V In xpo sit tm vnum esse
9 4 V In eo sit tm vna filiatio

S


10 2 Utrum xpus sit descensurus ad medium in terram


8 20 Si pati martirium pro xpo sit i precepto

V

Deca querere deus
prestasis que xpus

3 30 Utrus Zoter Iris sit sigm diluvii no futu







Questitum est de deo
angelo et homine.
De deo questitu e pro
quantu ad diuinam naturam
2o quantu ad natura
humanam assumptam. Quantum
ad diuinam naturam questitu
e Primo. Vtrum beatus benedictus
in visione qua vidit
totum mundum diuinam
essentiam vidit et ostendebatur quod Dicit enim
Gregorius de hac visione loquens. Anime videnti
angusta sit omnis creatura Sed videre deum
e videre diuinam essentiam ergo beatus Benedictus
vidit diuinam essentiam Preterea ibidem scribit
Gregorius quod totum mundum vidit in diuino lumine.
Sed non e aliud lumen nisi claritas dei quam
ipse deus vt Gregorius dicit et hoc est in glosa Exod.
xxxiiio super illo. Non videbit me homo et
viuet. Ergo beatus Benedictus vidit deum per essentiam
Sed contra est. quod dicit Iohannis i. Deum nemo
vidit vnquam Vbi dicit Glosa Quidam nullus
in mortali carne viuens dei essentiam videre
potest Responsio dicendum Quidam corpus corruptibile
aggrauat animam vt dicit Sapientie ix. Summa autem
eleuatio mentis humane est vt ad diuinam
essentiam videndam pertingat Vnde impossibile
e vt mens humana dei essentiam videat
vt Augustinus dicit xii super Genesim ad literam. Nisi huius
vite mortali funditus homo moreatur vel sic
alienetur a sensibus vt nesciat vtrum sit in
corpore an extra corpus sicut de paulo legitur
ad Cor. xii Beatus autem Benedictus illam
visionem vidit. non huius vite funditus mortuus
erat nec a corporis sensibus alienatus quod patet
per hoc quod dum adhuc in eadem visione persisteret
alium ad idem videndum aduocat Vt Gregorius
refert Vnde manifestum e quod dei essentiam
non vidit Ad primum ergo dicendum Quidam Gregorius
ex quadam comparatione. creature intendit in verbis
illis Si enim videtur dei essentiam in eius
comparatione. tota creatura reputatur paruum
quid ad videndum. Non e mirum si beatus
Benedictus per lumen diuinitatis aliquid amplius
videre potuit. quam homines quiuis videant Ad
secundum dicendum quod lumen dei quo dicitur ipse deus. quandoque
vero aliquid lumen deriuatum ab ipso. secundum illud psalmi
In lumine tuo videbimus lumen. Hic autem accipit pro
lumine deriuato a deo

Deinde querebantur duo. circa naturam
humanam Primo Vtrum fuit in Christo vna
filiatio qua refertur ad patrem et
matrem an due Secundo de morte eius Vtrum
in cruce mortuus fuerit.
De primo et Augustinus dicit Concessum fuit paulo et
moysi videre diuinam essentiam et hoc in raptu

Ad primum sic proceditur. Videtur quod in
Christo sunt due filiationes multiplicata
enim causa relationum multiplicantur re-
lationes Generatio autem e causa filiationis Cum
igitur sit. alia generatio qua Christus natus e eternaliter
a patre Alia qua natus e temporaliter a matre Erit
etiam alia filiatio qua refertur ad patrem et alia
qua refertur ad matrem. Quod recepit ex tempore.
Aliud absolute absque sui mutatione multo magis
absque sui mutatione potest recipere temporaliter aliqua
proprietate relatiuam Sed filius dei ex tempore recepit
aliquid absolute absque sui mutatione Dicitur super
id Luce io Magnus erit et filius altissimi vocabitur
dicit Ambrosius Non ideo erit magnus quod ante
partum virginis magnus non fuerit sed quia potentiam
quam dei filius naturaliter habet homo erat ex tempore
recepturus ergo multo magis ex tempore potuit
recipere dei filius absque sui mutatione nouam
filiationem vt sic ei conueniant due filiationes
vna eterna alia temporalis Sed contra A quo
aliquid habet quod sit tale ab eius vnitate habet
quod sit vnum tale Sed a filiatione aliquis habet quod
sit filius ergo vna filiatione e vnus filius et non
duo. ergo in Christo non sunt due filiationes sed vna
tantum Responsio dicendum Quidam relationes differunt in hoc
ab omnibus aliis rerum generibus quod ea que sunt aliorum
generum ex ipsa ratione sui generis habent quod sint
res nature Sicut quantitates ex ratione quantitatis
et qualitates ex ratione qualitatis Sed relationes
non habent quod sint res nature ex ratione respectus
ad alterum Inueniuntur enim quidam respectus quod non
sunt reales sed rationales tantum Sicut scibile refertur
ad scientiam non aliqua reali relatione in scibili existente
sed potius quia scientia refertur ad ipsum. secundum philosophum
in 5o methaphysice Sed relatio habet quod sit res nature
ex sua causa per quam vna res naturalem ordinem
habet ad alteram. quicquid naturalis et realis ordo
e ipsa relatio Vnde dextrum et sinistrum in animali
sunt relationes reales quia consequuntur quasdam
naturales virtutes In columpna autem sunt respectus
rationis tantum. secundum ordinem animalis ad ipsam.
Ex eadem autem habet aliquid quod sit ens et quod sit
vnum Et ideo conuenit quod sit vna relatio realis
tantum propter vnitatem cause. sicut patet de quantitate propter
vnam enim quantitatem in vno corpore vna est
equalitas tamen quamuis sit respectus multi. scilicet
quorum diuersis corporibus dicitur equale Si autem secundum
omnes illos respectus multiplicaretur realiter
relationes in vno corpore sequeretur quod in vno essent
accidentia infinita vel indefinita Et sicut agger
e vna relatione maior omni quo idem deest quamuis
sint multi respectus Sic etiam et vnus homo
secundum realem filiationem vnam e filius patris sui et
matris quia vna natiuitate vnam naturam ab vtroque
accepit Quamuis igitur hanc rationem Videtur

dicendum quod alia sit filiacio realis in xpo qua re-
fertur ad patrem et alia qua hic a matre sed alia
relacio reformat secundum peractum Hoc enim est
universaliter tenendum quod nulla relacio dei ad
creaturam realiter in deo existit sed est respectus
racionis tantum Quia deus est super omnem ordinem
creature et est mensura omnis creature a qua
dependet omnis creatura et non econverso ideo
magis quam hec generant sensibili respondet sed
in quo ipse habet causas non est relacio re-
alis ad scienciam Est autem considerandum quod subiectum
filiacionis non est natura ut nature pars
aliqua Non enim dicimus quod humanitas sit filius
vel caput vel oculus In xpo autem non ponimus
nisi unum suppositum et unam ypostasim sive et
unam potenciam quod est suppositum eternum In quo
nulla relacio realis ad creaturam esse potest
nisi eternum est Unde relinquitur quod filiacio
qua xpus refertur ad matrem est respectus racionis
tantum Nec propter hoc sequitur quod xpus non sit realis
filius virginis Sicut enim deus est realiter dominus
propter realem potenciam qua continet creaturam
sic realiter est filius virginis propter realem naturam
quam accepit a matre Si autem in xpo essent
plura supposita oportet in xpo ponere duas
filiaciones sed reputatur hic erroneum et in
concilio invenitur dampnatum Unde dico
quod in xpo est una relacio realis tantum que
refertur ad patrem Ad primum ergo dicendum quod
non negamus non esse in xpo realem filiacionem
qua refertur ad matrem quia tamen relacionis de-
ficiat sed quod deficit subiectum talis relacionis
cum non sit in xpo aliquod suppositum creature
vel ypostasis Ad secundum dicendum quod eo modo quo
ille homo accepit ex tempore dei potenciam eo
modo accepit filiacionem eternam inquantum filius
secundum est ut una est persona dei et hominis
ut Ambrosius ibidem subdit Hoc autem non
est secundum per aliquid relatum absolute vel
relatum realiter inherens filio dei Sed per personalem
unionem que realiter existit in natura creata
non autem realiter in ipsa persona assumpta Quod
vero in contrarium obicitur veritatem non habet
Dicit enim aliquis unus qualis propter unum
subalius subiectum licet sint multe qualitates
ut color et sapor in pomo

Ad secundum sic proceditur Videtur quod xpus
in cruce mortuus non fuit Si enim
fuit mortuus aut hoc fuit quia
ipse animam a corpore separavit aut propter vulnera
sed non primo Sic enim sequeretur quod Iudei
xpum non occidissent sed quod ipse ipsius fuerit
homicida quod est inconveniens Et similiter
non secundo modo quia mors que accidit propter

vulnera provenit homini ad supremam
debilitatem premendi que in xpo non fuit
quia exclamans expiravit ergo xpus in cruce nullo
mortuus fuit Preterea natura humana non
fuit in xpo debilior quam in aliis hominibus
sed nullus alius homo moritur propter vulnera
manuum tantum et pedum vulnus autem
lateris fuit ei infixum seu inflictum
post mortem xpus ergo in cruce mortuus
non fuit cum nulla tamen mortis eius videatur esse
Sed contra est quod dicitur Iohannis xix Quod
xpus in cruce pendens inclinato capite
tradidit spiritum per separacionem anime a corpore
ergo xpus in cruce mortuus fuit Respondeo dicendum
quod absque omni dubio confitendum est xpum
in cruce vere mortuum fuisse sed ad videndum
causam mortis eius considerandum est quod cum
xpus fuit deus et homo eius subierat potestati
quicquid pertinet ad humanam naturam in xpo
quod in aliis puris hominibus non contingit Vo-
luntati enim eorum non subiacet quod natura
sit Unde hec tamen assignat quare anima
xpi simul patiebatur et fruebatur sed eo volente
hoc fecit ut non fieret redundancia a su-
perioribus viribus in inferiores ne impediretur
superiores virtutes a suo actu propter passiones
inferiores quod in aliis hominibus contingere non potest
propter naturalem unitatem potenciarum anime
Et sic in proposito est dicendum Mors enim violenta
accidit ex hoc quod secundum naturam resistere potest tardius
mors retardatur Unde in quibus natura est forcior
ex equali causa tardius moriuntur Erat autem secundum
voluntatem xpi quod natura resisteret tormentis illatis
et quando cederet Unde eo volente natura restituta
nocumento illato usque ad finem plus quam in aliis
hominibus possit Ita quod in fine post multam sanguinis
effusionem quasi integer viribus exclamavit voce
magna et statim eo volente natura cessit et tradidit
spiritum et hoc ut se dominum nature et vite et mortis
ostenderet Unde hoc admirans Centurio dixit
Vere hic homo filius dei erat Sic ergo et Iudei
xpum occiderunt nocumentum mortiferum inferentes
et tamen hic ipse animam suam posuit et tradidit
spiritum Quia quando voluit natura nocumento illato
totaliter cessit Nec tamen culpabilis est quasi sui ho-
micida Est enim terminus propter animam et non corporis
Unde iniuria fit anime cum propter nocumentum corporis
illatum de corpore expellitur quasi contra naturalem appetitum
anime licet forte non propter deliberatam voluntatem
ut se interficiens Si si anima sua potestate hec recedere
a corpore quando vellet et tunc adveniret non maioris
esset culpe si corpus desereret quam quod habitator deserit
domum Culpe tamen est quod inde expellatur vulnus Ad
primum patet responsio ad obiecta

Deinde querebantur duo de angelis. Primo utrum angelus dependeat a loco cor-
porali secundum suam essentiam aut sit in
loco secundum operationem tantum. Secundo de motu an-
geli, utrum possit moveri de extremo in extremum
sine medio.

iiii Ad primum sic proceditur. Videtur quod an-
gelus non sit in loco per operationem
tantum. Prius enim est esse quam operari. Ergo
prius est esse in loco quam operari in loco. Sed
posito non est tamen posterius. Ergo operari in loco non
est tamen quare angelus sit in loco. Preterea
duo angeli possunt operari in uno loco. Si igitur
angelus esset in loco solum per operationem sequeretur
quod plures angeli essent simul in uno loco,
quod reputatur impossibile. Sed contra nobilius
non dependet ab ignobiliori. Sed essentia an-
geli nobilior est quam locus corporeus. Ergo non
dependet a loco corporeo. Responsio. Dicendum quod ad videndum qualiter
angelus sit in loco corporeo considerari potest ex
modo quo corpus est in loco. Est enim corpus in
loco per contactum loci contactu autem corporis
est per quantitatem dimensivam, que in angelo
non invenitur cum sit incorporeus. Sed loco eius
est in eo quantitas virtualis. Sicut igitur corpus
est in loco per contactum dimensive quantitatis
ita angelus est in loco per contactum virtutis.
Sicut autem valet virtutis contactum operationem
vocare, patet hoc quod operari est proprius effectus
virtutis. Dicitur quod angelus est in loco per operationem.
Ita tamen quod per operationem non intelligitur sola
motio, sed quecumque unio, qua sua virtute
se corpori unit presidendo vel continendo vel
quocumque alio modo. Ad primum ergo dicendum
nichil prohibet aliquid esse prius alio simpliciter
quod non est prius quantum ad hoc. Sicut corpus subiectum
est simpliciter prius superficie, sed non quantum ad hoc
quod est colorari, et sic prius simpliciter est corpus quam
tactus, tamen est in loco per contactum dimensive
quantitatis, et similiter angelus per contactum virtutis.
Ad secundum dicendum quod, si aliquid movere potest
ab uno motore, non convenit ei ut ab alio
simul immediate moveatur. Unde ratio magis
valet ad oppositum eius quam ad propositum.

v Ad secundum sic proceditur. Videtur quod an-
gelus non potest moveri de extremo ad
extremum quin pertranseat medium. Omne
enim quod movetur prius est in mutari quam in mutato
esse, ut probatur in vi° phisicorum. Sed si angelus movetur
de extremo in extremum, puta de a in b, tunc
est in b mutatum esse. Ergo prius erat in mutari.
Sed non quando erat in a, quia tunc nondum movebatur.
Ergo quando erat in c quod est medium inter a et b.
Ergo oportet quod transeat medium. Preterea si angelus
movetur de a in b sine hoc quod pertranseat medium,
oportet quod corrumpatur in a et crearetur in b.
Sed hoc est impossibile, quia sic non esset idem angelus.
Ergo oportet quod pertranseat medium. Sed contra omne quod
pertransit medium oportet quod prius pertranseat equale
sibi quam maius aut maius, ut dicitur in vi phisicorum.
Sed ad sensum apparet. Sed non potest esse minus spatium
quam angelus, qui est indivisibilis. Ergo oportet quod
pertranseat equale quod est locus indivisibilis et
punctualis. Infinita autem puncta sunt inter quoslibet
duos terminos motus. Sic igitur necesse est quod angelus
in suo motu pertranseat infinita, quod est impossibile.
Responsio. Dicendum quod angelus, si vult, potest moveri de
uno extremo ad aliud absque hoc quod pertranseat
medium, et si vult potest pertransire omnia media. Cuius
ratio est quia corpus est in loco contentum a loco, et
ideo oportet quod in movendo sequatur loci conditionem,
ut scilicet pertranseat media prius quam ad extrema
perveniat. Sed cum angelus sit in loco per contactum
virtutis, non subditur loco. Unde non habet quod sequatur
in suo motu conditiones loci, sed voluntati sue
subest quod applicet se per contactum virtutis huic
loco et illi, et si vult absque medio, sicut et
intellectus potest applicari in intelligendo uni ex-
tremo, puta albo, et postea nigro, in dicit
nichil cognoscendo vel cogitando de mediis
coloribus, quamvis corpus subiectum colori non possit
moveri de albo in nigrum nisi per media. Ad
primum ergo dicendum quod verba philosophi et eius probatio
locum habet in motu continuo. Sed motus angeli
non oportet quod sit continuus, sed ipsa successio ap-
plicationum in diversitate motus eius dicitur, sicut et successio
cogitationum vel affectionum dicitur motus spiritualis
creature secundum Augustinum viii super Genesim ad litteram.
Ad secundum dicendum quod hoc non accidit per corruptionem
angeli a nova creatione, sed quia eius virtus sup-
ervenit loco. Ad illud vero quod in contrarium
obicitur dicendum quod angelus non est in loco per commen-
surationem, sed per applicationem sue virtutis ad locum,
que quandoque potest esse indivisibilis et ad locum divisibilem
et indivisibilem. Unde potest continuo moveri sicut
aliquid in loco divisibili existens continue inc-
ipiendo spatium. Secundum vero quod in loco indivisibili
est non potest esse eius motus continuus nec pertransire
omnia media.

Deinde querebatur de homine. Et primo quantum
ad bona nature. Secundo quantum ad bona
gratie. Tertio quantum ad bonum glorie. vi
Circa primum querebantur tria. Primo de unione
anime ad corpus, utrum scilicet anima adveniente
corpore corrumpantur omnes forme que prius inerant
et substantiales et accidentales. Secundo de potestate li-
beri arbitrii, utrum scilicet homo absque gratia posset
se ad gratiam preparare. Tertio de dilectione
naturali, utrum scilicet homo in statu innocentie dilexit
deum plus quam omnia et sine ipso.

vii

Ad p(ri)m(u)m sic proceditur. Videtur q(uod) per
adventu(m) a(n)i(m)e no(n) excludu(n)tur o(mn)es
forme q(ue) p(ri)us i(n)erant D(icitu)r enim
Gen. i. Formavit d(eu)s ho(m)i(n)em de limo t(er)re. et
inspiravit in facie(m) ei(us) spiraculu(m) vite. Frustra
a(utem) formasset corp(us) si inspirando a(n)i(m)am, for(m)a(m)
q(uam) formando i(n)dideat excluderet. Non ergo
adveniente a(n)i(m)a tollu(n)tur o(mn)es for(m)e p(re)cede(n)tes.
P(reterea) Necesse e(st) q(uod) a(n)i(m)a sit in corpore formato
et disposito. i(n)ntis disposic(i)o(n)ib(us). Si ig(itur) adveniens
a(n)i(m)a o(mn)es p(re)cedentes for(m)as et disposic(i)ones
amovet, sequit(ur) q(uod) in t(ali) a(n)i(m)a totu(m) corp(us)
formatu(m). q(uo)d videt(ur) e(ss)e soli(us) dei. P(reterea) A(n)i(m)a
no(n) e(st) n(isi) in corpore mixto. s(ed) mixtio elementorum
no(n) sit solu(m) s(ecundu)m ma(teri)a(m), s(ed) e(ti)a(m) s(ecundu)m forma(m). Alio-
q(ui)n e(ss)et corruptio. Ergo a(n)i(m)a no(n) excludit o(mn)es
for(m)as in ma(teri)a inve(n)tas. P(reterea) A(n)i(m)a e(st) p(er)fectio
p(er)fectionis aut(em) no(n) e(st) corrup(tiv)e. s(ed) p(er)fec(tiv)e. No(n) ergo
adveniens corpori corru(m)pit formas p(re)existentes.
Sed c(ontr)a. O(mn)is for(m)a adveniens exnti in
actu e(st) for(m)a accidentalis. For(m)a e(ni)m substantialis
facit e(ss)e actu simplic(ite)r. Sed si a(n)i(m)a adveniens
no(n) destruet p(re)existentes formas. s(ed) eis adderet(ur)
seque(re)t(ur) q(uod) adveniens exnti in actu. C(on)tra c(on)t(r)a
for(m)a cu(m) sit actus. facit esse in actu. Ergo a(n)i(m)a
adveniens. excludit for(m)as p(re)existentes. R(e)sp(on)-
deo. d(icen)d(u)m q(uod) e(st) impossibile in uno et eodem
esse plures for(m)as substantiales. Et h(oc) ide(o) q(ui)a
ab eod(em) h(abe)t res e(ss)e. et unitate(m). Manifestu(m)
e(st) aut(em) q(uod) res h(abe)t esse p(er) forma(m). Unde et p(er)
forma(m) h(abe)t unitate(m). Et p(ro)pt(er) h(oc) una queq(ue)
res in qua e(st) multitudo for(m)a(rum), no(n) e(st) unum
simplic(ite)r sic ho(mo) albus no(n) e(st) unu(m) n(isi) a(n)i(m)al
bipes e(ss)et unu(m) simplic(ite)r. si ab alio e(ss)et a(n)i(m)al
et ab alio e(ss)et bipes ut ph(ilosoph)us d(icit). Sed sci(en)d(um)
e(st) q(uod) for(m)e substantiales. se h(abe)nt ad invice(m) sicut
nu(mer)i, ut d(icitu)r in viii metha(phisi)ce. Vel e(ti)a(m) sic(ut)
figure ut d(icitu)r p(ri)m(o) de a(n)i(m)a d(icit) ph(ilosoph)us in s(ecun)do de
a(n)i(m)a. Se(m)p(er) e(ni)m maior nu(merus) vel figura virtute
c(on)tinet in se minorem. Sic q(ui)nari(us) quaternariu(m)
et pentagonu(m) tetragonu(m). Et sil(ite)r p(er)fectior
for(m)a. virtute c(on)tinet in se imp(er)fectiore(m). ut
max(im)e in a(n)i(m)alib(us) patet. A(n)i(m)a e(ni)m intellectiva
h(abe)t virtute(m) ut c(on)ferat corpori h(uman)o. q(ui)cq(ui)d
c(on)fert sensitiva in brutis. Et sil(ite)r sensitiva
facit in a(n)i(m)alib(us) q(ui)cq(ui)d nutritiva in plantis
et ad hoc amplius. Frustra ig(itur) e(ss)et i(n) ho(min)e
a(n)i(m)a sensitiva. p(re)t(er) intellectiva(m), ex q(u)o a(n)i(m)a
intellectiva virtute c(on)tinet intellectiva(m) sensitivam.
Et ad h(ec) amplius Sic(ut) sup(er)addet(ur) quat(er)nario
posito q(ui)nario. Et ead(em) r(ati)o e(st) de o(mn)ib(us) formis
substa(n)tialib(us) usq(ue) ad ma(teri)a(m) p(ri)ma(m). Ita q(uod) no(n) est
in ho(min)e diversitas for(m)ar(um) substa(n)tialium invenire

s(ecundu)m remissa. sed solu(m) s(ecundu)m racio(nem). Sic c(on)sidera(m)us
eu(m) vivere(m) p(er) a(n)i(m)am nutritiva(m). et ut sentiente(m)
p(er) a(n)i(m)a(m) sensitiva(m). et sic de alijs. Manifestu(m)
a(utem) e(st). q(uod) s(icut) advenie(n)te for(m)a p(er)fecta. tollit(ur)
imp(er)fecta Sic e(ti)a(m) adveniente figura pentagoni.
tollit(ur) figura quadrati. Unde dico adveniente
a(n)i(m)a h(uman)a. tollit(ur) for(m)a substantialis. q(ue) p(ri)us
inerat. Alioq(ui)n g(e)n(er)a(ti)o unius. e(ss)et sine
corruptio(n)e alt(er)ius. q(uo)d e(st) impossibile. Et for(m)e
v(er)o accidentales q(ue) p(ri)us inerat. disponentes
ad a(n)i(m)a(m) corru(m)pu(n)t(ur). no(n) q(ui)de(m) p(er) se. s(ed) p(er) ac(ciden)s
ad corruptio(n)e(m) subiecti. Unde manet eade(m) spe-
cie no(n) eade(m) n(umer)o. Sic e(ti)a(m) c(on)ting(i)t circa disposic(i)o(n)es
formar(um). elementaru(m), q(ue) p(ri)mitus n(atur)al(ite)r
advenire apparet. Ad p(ri)m(u)m ergo d(icen)d(u)m s(ecundu)m
Basiliu(m) spiraculu(m) vite d(icit) ibi. gratia(m)
sp(irit)us s(an)cti. et sic cessat obiectio. Sic Aug(ustinus) d(icit).
Spiraculu(m) vite. e(st) ipsa a(n)i(m)a, no(n) oportebit
dicere q(uod) alia for(m)a. formatu(m) sit corp(us) ho(min)is
de limo t(er)re. q(ua)m ipso spiraculo divinitus in-
spirato. Non e(ni)m illa formatio. t(em)p(or)e p(re)cessit
inspiratio(n)e(m). nisi forte velis dicere illam
formatio(n)e(m) referri ad disposic(i)o(n)es accidentales
puta figura(m). et alia h(uius)mo(d)i. q(ue) q(ue)da(m) ordi(n)e
p(re)intelligu(n)t(ur) in corpore. ante a(n)i(m)a(m) intellectiva(m)
sic(ut) n(atur)ales disposic(i)o(n)es. q(ui)bus t(ame)n p(re)intelligi(tur)
ipsa a(n)i(m)a intellectiva. no(n) inq(ua)ntu(m) e(st) intellectiva
s(ed) inq(ua)ntu(m) c(on)tinet in se virtute. q(ua)l(ita)tes de imp(er)-
fectioribus formis. Ad s(ecundu)m d(icen)d(um) q(uod) a(n)i(m)a
cu(m) advenit corpori. no(n) facit esse corp(us) effective.
s(ed) formal(ite)r t(ame)n. Effective a(utem) facit corpora
e(ss)e id q(uo)d dat corpori forma(m) ut p(er)fectio(n)es.
s(ed) disposic(i)o(n)es. ut id q(uo)d p(re)parat(ur) ad forma(m)
paulati(m). et ordi(n)e q(uo)da(m). inducendo ma(teri)a(m)
ad p(ro)pinquiore(m) for(m)a(m) et disposic(i)o(n)e(m). Q(ua)nto .n.
p(ro)pinquior e(st) for(m)a et disposic(i)o. tanto minor
e(st) resistentia. ad introductio(n)e(m) for(m)e. et dis-
posic(i)onis c(om)plete. Facilius e(ni)m fit ignis ex
aere q(ua)m ex aqua, q(uonia)m ab utroq(ue) imme(diate) for(m)a(m)
assit me(dium). Ad t(er)tiu(m) q(uod) Avicenna posuit
for(m)as elementor(um) actu remane(re) i(n) mixto. d(icen)d(um)
q(uod) no(n) p(otes)t e(ss)e q(ui)a for(m)e elementor(um) no(n) p(ossu)nt e(ss)e
in una parte ma(teri)e sil(ite)r. Et sic oportet q(uod)
sint in diversis ma(teri)e p(ar)tib(us) q(ue) distingu(u)nt(ur)
s(ecundu)m dimensione(m) q(ua)ntit(at)is divisio(n)e(m). Et oportebit
q(uod) vel plura corpora sint simul, vel q(uod) no(n) sit
mixtio v(er)a totius ad totu(m). s(ed) mixtio ad se(n)su(m)
s(ecundu)m mi(ni)ma iuxta se posita. Averrois a(utem)
in com(men)to de celo d(icit) q(uod) for(m)e elementor(um) sint
medie int(er) for(m)as accidentales et substantiales. et
q(uod) recipiunt magis et minus. Et formis elementor(um)
q(uod) remissis et quoda(m) mo(do) ad mediu(m) reductis
quoda(m) mo(do) fit mixtio. s(ed) h(oc) mi(n)us possibile
e(st) q(ua)m p(ri)m(u)m. Nam for(m)a substantialis est termin(us)

2

quidam esse transiti. Unde indivisibile est et
vario forme ratio est unum et signum. Nec est im-
possibile ut intendatur et remittatur sed omnis
additio et subtractio facit aliam speciem. Et ideo
aliter est dicendum secundum philosophum in primo de generatione quod
forme mixtibilium non manent in mixto actu
sed virtute. prout scilicet virtus forme substantialis manet
in qualitate elementari licet remissa et quasi ad
medium reducta qualitas enim elementaris
agit in virtute forme substantialis. Alioquin actio
que est per calorem ignis non terminaretur ad formam
substantialem. Ad quintum dicendum quod cum anima cum sit forma
et quedam perfectio predicamenti non autem universalis
et ideo ea adveniente sit aliquid perfectum ut
tamen aliquid cum hoc corrumpatur

viii Ad secundum sic proceditur. Videtur quod homo
absque gratia per solam naturalem arbitrii
libertatem possit se ad gratiam preparare.
Ita ut dicitur Prov. xvi hominis est parare animam.
hoc autem dicitur esse alicuius quod est in eius potestate
constitutum. ergo in potestate hominis est constitutum se
ad gratiam preparare Non ergo indiget ad hoc
auxilio gratie. Preterea Anselmus dicit In libro
de casu diaboli dicit non ideo aliquis caret
gratia quia deus non vult dare sed quia ipse non vult
accipere. Potest ergo si vult se ad gratiam preparare
absque exteriori auxilio Sed dicebat quod homo
indiget in hoc auxilio gratie quantum ad exterius
moventis. Sed contra homo potest moveri ad con-
versionem non solum ex bonis sed etiam a peccatis. Sicut
si aliquis videt aliquem esse horribiliter peccantem
etiam ex horrore peccati ad deum convertitur. Sed peccatum
non est a deo. ergo absque dei cooperatione potest se homo
ad gratiam preparare. Sed contra per hoc ad gratiam
preparamur per quod ad deum convertimur sed ad hoc in-
digemus auxilio divine gratie. Dicitur enim Tren. v
iiiiº Converte nos deus ad te et convertemur ergo
indiget homo auxilio divine gratie. Dicitur enim Jo.
ad Cor. iiiº ad hoc quod se ad gratiam prepararet
Preterea ad nihilum potest se homo preparare nisi cogitando
sed ad hoc indiget homo auxilio gratie. Dicitur enim
ii ad Cor. iii Non sufficientes sumus aliquid
cogitare a nobis quasi ex nobis. ergo indigemus
divina gratia ad hoc quod nos ad gratiam preparemus
Respondeo dicendum dicendum in hac questione cavendus est
error pelagii qui posuit quod per liberum arbitrium
homo poterit adimplere legem et vitam eternam
mereri nec indigebat auxilio divino nisi quantum
ad hoc quod sciret quod faceret secundum illud Ps. Doce me
domine facere voluntatem tuam etc. Sed quia hoc minus
pravum videbatur ut sola sua gratia haberemus
a deo caritatem qua precepta legis im-
plentur habeamus a nobis. Ideo pro modo pelagiani
posuerunt quod initium boni operis est homini ex se
ipso dum consentit fidei per liberum arbitrium

sed consumatio est homini a deo. Preparatio autem ad
initium boni operis pertinet. Unde ad errorem
pelagianum pertinet dicere quod homo possit se ad
gratiam preparare absque auxilio divine gratie. Et est
contra apostolum qui dicit ad Philip. 1º qui incepit in
nobis opus bonum ipse perficiet. Dicendum est ergo
quod homo indiget auxilio gratie non solum ad me-
rendum sed etiam ad hoc quod se ad gratiam prepararet.
Aliter tamen et aliter. Nam meretur homo per actum virtutis
cum non solum bonum agit sed etiam bene ad quod
requiritur habitus ut dicitur in iiº eth. Et ideo
ad merendum requiritur habitualis gratia. Sed ad hoc quod
homo preparet se ad habitum consequendum non indiget
alio habitu quia sic esset procedere in infinitum
Indiget autem divino auxilio non solum ad ex-
teriora moventia prout scilicet ex divina provide[n]tia  al' arcetur
homini occasiones salutis puta predicationes
exempla et interdum egritudines et flagella sed
etiam quantum ad interiorem motum prout deus
cor hominis interius movet ad bonum secundum illud Prov.
xix Cor regum in manu dei est quocumque volu-
erit vertet illud. Et quod hoc necessarium sit probat philosophus
in quodam capitulo de bona fortuna. Homo enim agit
voluntate voluntatis autem principium electio
et electionis consilium. Si autem queratur quare consiliatur
incipiat. Non potest dici quod ex consilio consiliari
inceperit. quia sic esset in infinitum procedere. Unde
oportet aliquid exterius principium esse quod moveat
mentem humanam ad consiliandum de agendis. Hoc autem
oportet esse aliquid melius humana mente Non igitur
est corpus celeste quod est inferius intellectualem
virtute sed deus ut philosophus ibidem concludit. Sic igitur
omnibus motibus inferiorum corporum que non semper mo-
ventur principium est motus celi Ita omnium motuum
interiorum mentium principium est a deo movente.
Sic igitur nullus potest se ad gratiam preparare nec aliquid
bonum facere nisi per divinum auxilium Ad pri-
mum dicendum quod per hoc quod hominis est se ad gratiam
preparare per liberum arbitrium non excluditur necessitas
auxilii divini. Sicut nec per hoc quod ignis potest calefacere
excluditur necessitas celestis motus. Ad secundum
dicendum quod deus movet omnia secundum modum ipsorum
Et ideo motio divina a quibusdam participatur cum
necessitate sicut a natura autem rationali cum libertate
propter hoc quod virtus rationalis se habet ad opposita. Et
ideo sic deus movet mentem humanam ad bonum
quod tamen homo potest huic motioni resistere. Et sic ex
deo est quod homo se ad gratiam prepararet sed quod gratia
careat non habet causam a deo sed ab homine secundum illud
Osee xiii Ex te perditio tua Israel tantummodo
ex me auxilium tuum. Ad tertium dicendum quod
licet peccatum non sit a deo tamen deus peccatum aliquando
ordinat ad hoc ut sit alicui salutis occasio.

i

v Ad tertiu sic proce᷒. Videt᷑ q᷒ p᷒9 homo
in statu innocentie. nō dilex᷑t deum
sup oīa. et pl9 qm̄ seipm̄ Sic enim
dm̄ diligere e maxie meritoriu̅ Sz p̄m9 hō
in statu illo. nō hu̅it vnde posset p̄ficere
p̄ meritū vt d᷑ in xxiiii di. sci li. sen᷑t.
Naz p pctm pmi hois. mors in omnes
intrat vt d Ro v / go no potuisset
huanu gnus redemi / p alia passioz xpi
absqz morte ¶ P. Gregorius dt in ix mor
Cdm x morte indebitam sustinuisset
nequaqz nos a morte debita liberasset
go passio alia no sufficisset. ad libandu
huanu gnus. sie morte x ¶ P aptus dt
Ad hebr x Cdm xpus vna oblatoe con-
sumauit inetnu scificatos Et ido no est
locus scde oblatois / s manifestu e qz x
aliq morte. multas passiones sustinuit esuriens
laborans qsputus &c go ille passiones suffe-
cissent. no obtulisset seipm ad mortez
Obtulit at seipm hostia do pro pctis
nris / vt d ad Ephe v. et hr p mortez
go passio x. absqz morte non sufficisset
¶ Sed gt Immunia ul passio aliq. mesura
hr ex digte psone / maiore eni iniuria
patit rex. si pcutiat in facie qz alia pivata
psona Sz dignitas psone x. e infinita / qz e
psona dina go quelzt passio eius. qntuncuqz

sit minima e infinita, et cuiuslibet ergo passio
eius sufficeret ad redemptionem humani generis
et sic morte. Probatur. Unde dicit quod minima
gutta sanguinis Christi sufficeret ad redemptionem
humani generis, potuisset autem aliquam guttam san-
guinis effundi sine morte, ergo etiam sic morte
potuisset per aliquam passionem humanum genus
redimere. Ad secundum dicendum quod ad redemptionem duo
requiruntur, scilicet quantitas pretii et deputatio eius
ad aliquid emendum. Si enim aliquis dat pretium non
equivalens ad rem aliquam acquirendam, non dicitur
simpliciter esse emptio, sed partim emptio, partim
donatio, puta si aliquis emat librum qui valet
xx libras pro x libris, partim emet librum
et partim sibi dabitur. Rursus si daret etiam
maius pretium et non deputaret ad emendum, non
diceretur emere librum. Si ergo loquimur de redemptione
humani generis quantum ad quantitatem pretii, sic etiam
quelibet passio Christi sine morte sufficeret
ad redemptionem humani generis propter infinitam dignitatem
persone. Et procedunt due ultime rationes. Si autem
loquimur quantum ad deputationem pretii, sic dicendum
quod non sunt deputate ad redemptionem humani generis
a deo patre et Christo alie passiones Christi absque
morte. Et hoc triplici ratione. Primo quidem ut
pretium redemptionis humani generis non solum esset
infinitum valore, sed esset eiusdem generis, ut scilicet
nos de morte per mortem redimeret. Secundo ut
mors Christi non solum esset pretium redemptionis, sed
exemplum virtutis, ut scilicet homines non timerent
pro veritate mori. Et has duas causas assignat
Apostolus ad Hebreos ii dicens, ut per mortem destru-
eret eum qui habebat mortis imperium, quantum
ad primum, et liberaret eos qui timore mortis
per totam vitam obnoxii erant servituti, quantum ad
secundum. Tertio ut mors Christi etiam esset sacramentum
salutis, dum nos virtute mortis Christi morimur
peccato et carnalibus concupiscentiis et proprio
affectui. Et hanc causam assignat i Petri iii, Christus
semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis,
ut nos offerret deo, mortificatus quidem
carne, vivificatus autem spiritu. Et ideo humanum
genus non est redemptum per aliam passionem absque
morte. Ad primum ergo dicendum quod non sic causa
deputata est mors ad redemptionem humani generis
quamvis minor passio sufficere potuisset, ut
dictum est. Ad secundum dicendum quod Christus non solum
solvendo vitam suam, sed quamcumque passionem
patiendo sufficienter pretium exsolvisset pro
redemptione humani generis, si minor passio ad hoc
divinitus deputata fuisset. Et hoc propter infinitam
dignitatem persone Christi, ut dictum est. Alie
due rationes procedunt ex hoc quod alie
passiones Christi non fuerunt deputate ad hoc quod
per eas absque morte Christi redimeretur humanum genus.

u

Deinde querebatur de angelis. Et primo
quantum ad compositionem ipsorum. Secundo quantum
ad corpus motum ipsorum. Circa primum querebatur
duo. Primo utrum angelus substantialiter sit com-
positus ex essentia et esse. Secundo utrum in angelis
sit suppositum et natura.

m

Ad primum sic proceditur. Videtur quod angelus
substantialiter non componitur ex essentia et esse.
Esse enim angeli est ipse angelus, quia
bonitas simplex est ipsum simplex. Si ergo angelus
componitur ex essentia et esse, componitur ex seipso
et alio. Hoc autem est inconveniens. Non ergo substantialiter
componitur ex essentia et esse. Praeterea nullum accidens
cadit in substantiale compositionem substantie. Sed esse angeli
est accidens. Dicit enim Boetius, Hilarius
in libro de Trinitate, quod esse non sit accidens ei
sed subsistens veritas. Ergo angelus non est essentialiter
compositus ex essentia et esse. Sed contra est quod dicitur
in commento libri de causis, quod intelligentia
quam dicimus angelum habet essentiam et esse.
Responsio. Dicendum quod dupliciter aliquid de aliquo predicatur,
uno modo essentialiter, alio modo per participationem. Lux
enim predicatur de corpore illuminato per participationem,
sed si esset aliqua lux separata, predicaretur de ea
essentialiter. Secundum hoc ergo dicendum est quod ens predicatur
de solo deo essentialiter, eo quod esse divinum est esse
subsistens et absolutum. De qualibet autem creatura
predicatur per participationem. Nulla enim creatura est
suum esse, sed est habens esse. Sicut et deus dicitur bonus
essentialiter, quia est ipsa bonitas. Creature autem
dicuntur bone per participationem, quia habent bonitatem.
Unumquodque enim in quantum est bonum est, secundum
illud Augustini in primo de doctrina christiana, in quantum sumus
boni sumus. Quandocumque autem aliquid predicatur de altero per
participationem, oportet ibi aliquid esse preter id quod
participatur. Et ideo in qualibet creatura est aliud
ipsa creatura que habet esse, et ipsum esse eius.
Et hoc est quod Boetius dicit de ebdomadibus, quod in omni
eo quod est citra primum, aliud est esse et quod est.
Sed sciendum est quod aliquid participat dupliciter. Uno modo
quasi existens de substantia participantis, sicut genus participatur
a specie. Hoc autem modo non participatur esse a creatura.
Id enim est de substantia rei quod cadit in eius
diffinitione. Ens autem non ponitur in diffinitione
creature, quia nec est genus nec differentia. Unde participatur
sicut aliquid non existens de essentia rei. Et ideo est
alia questio an est et quid est. Unde cum
omne quod est preter essentiam rei dicatur accidens,
esse quod pertinet ad questionem an est accidens est.
Et ideo Commentator dicit in v Metaphysice quod ista propo-
sitio est, est de accidentali predicato, secundum quod
importat entitatem rei vel veritatem propositionis.
Sed verum est quod hoc nomen ens secundum quod importat
rem cui competit huiusmodi esse, sic significat essentiam
rei et dividitur in x genera, non tamen univoce.

essentia non cadit tamen. Competit omnibus esse, sed substantiis per se, aliis autem aliter. Sicut genus in angelo est compositio ex essentia et esse, non tamen est compositio sicut ex partibus substantiae, sed sicut ex substantia et eo quod adheret substantiae. Ad primum ergo dicendum quod aliquando ex hiis quae simul iunguntur resultat alia res tertia, sicut ex anima et corpore constituitur humanitas quae est homo, unde homo componitur ex anima et corpore. Aliquando autem ex hiis quae simul iunguntur non resultat res tertia, sed resultat quaedam ratio composita, sicut ratio hominis albi resolvitur in rationem hominis et in rationem albi; et in talibus aliquid componitur ex seipso et alio, sicut album componitur ex eo quod est album et albedine. Ad secundum dicendum quod esse est actus entis, non quasi pars ... se habens, sed quasi actualitas angeli substantiae. Unde et ipse Deus, qui est sua actualitas, est suum esse.

iii Ad secundum sic proceditur. Videtur quod in angelo idem sit suppositum et natura. Quia in hiis quae sunt composita ex materia et forma differt suppositum et natura, quia suppositum addit supra naturam speciei materiam individualem, quod non potest esse in angelo, si angelus non sit compositus ex materia et forma. Ergo in angelo non differt suppositum et natura. Sed dicendum quod suppositum in angelo differt a natura in quantum suppositum intelligitur ut habens esse, non autem a natura. Sed contra: esse cum sit extra rationem essentiae, sicut non ponitur in diffinitione naturae, ita non ponitur in diffinitione suppositi vel singularis, si suppositum vel singulare diffiniretur. Ergo suppositum per esse a natura non differt. Nullo ergo modo differunt suppositum et natura. Sed contra: in omnibus creaturis natura constituit suppositum, sed nihil constituit se ipsum. Ergo in nulla creatura est idem suppositum et natura. Respondeo dicendum quod ad huius quaestionis intelligentiam oportet considerare quid sit suppositum et quid sit natura. Natura autem, quamvis multipliciter dicatur, tamen uno modo natura dicitur ipsa substantia rei, ut dicitur in V Metaphysicae, secundum quod substantia significat essentiam vel quidditatem rei, vel quod quid est; et ideo nomine naturae, prout hic de natura loquimur, significatur diffinitio. Unde Boetius in libro De duabus naturis dicit: natura est unamquamque rem informans specifica differentia. Differentia enim specifica est completiva diffinitionis. Suppositum autem est singulare in genere substantiae, quod dicitur ypostasis vel substantia prima. Et quia substantiae sensibiles compositae ex materia et forma sunt magis nobis notae, ideo in eis primo videamus quomodo se habeat essentia vel natura ad suppositum. Dicunt enim quidam quod forma partis est idem quod forma totius, quae dicitur essentia vel natura secundum rem, sed differunt sola ratione. Nam forma partis dicitur in quantum facit materiam esse actu; forma autem totius in quantum constituit speciem. Sicut anima dicitur forma partis in quantum facit totum esse in actu, et sic dicitur anima; forma totius in quantum constituit formam humanam, et sic dicitur humanitas. Et secundum hoc in rebus compositis ex materia et forma natura est pars suppositi.

ii Nam suppositum est individuum compositum ex materia et forma, ut dictum est. Sed praedicta positio non videtur esse vera, quia, ut dictum est, natura vel essentia dicitur id quod significat diffinitio. Diffinitio autem in rebus naturalibus non solum significat formam sed etiam materiam, ut dicitur in VII Metaphysicae. Nec potest dici quod materia ponatur in diffinitione rei naturalis sicut non pars essentiae eius. Hoc enim proprium est accidentis ut diffiniatur per id quod non est de essentia eius, sicut per subiectum; et ideo accidentia habent essentiam incompletam, ut dicitur in VII Metaphysicae. Relinquitur ergo quod in rebus compositis ex materia et forma essentia vel natura non sit sola forma, sed compositum ex materia et forma. Restat ergo considerandum, cum suppositum vel individuum naturale sit compositum ex materia et forma, utrum sit idem essentiae vel naturae. Et hanc quaestionem movet philosophus in VII Metaphysicae, ubi inquirit utrum sit idem unumquodque et quod quid est eius. Et determinat quod in hiis quae dicuntur per se, scilicet idem est res et quod quid est rei. In hiis autem quae dicuntur per accidens non est idem. Homo enim nihil est aliud quam quod quid est hominis; nihil enim aliud significat homo quam animal gressibile bipes. Sed res alba non est idem omnino ei quod quid est albi, quod significatur ratione albi. Nam album nihil aliud significat quam qualitatem, ut dicitur in Praedicamentis. Res autem alba est substantia habens qualitatem. Secundum hoc ergo cuicumque potest aliquid accidere quod non sit de ratione suae naturae, in eo differunt res et quod quid est, sive suppositum et natura. Nam in significatione naturae includitur solum id quod est de ratione speciei; suppositum autem non solum includit haec quae ad rationem speciei pertinent, sed etiam alia quae ei accidunt. Et ideo suppositum significatur ut totum, natura autem et quidditas ut pars formalis. In solo autem Deo non invenitur aliquod accidens praeter eius essentiam, quia suum esse est sua essentia, ut dictum est. Et ideo in Deo omnino idem suppositum et natura. In angelo autem non est omnino idem, quia aliquid accidit ei praeter id quod est de ratione suae speciei, quia et ipsum esse angeli est praeter eius essentiam vel naturam, et alia quaedam ei accidunt quae omnia pertinent ad suppositum, non autem ad naturam. Ad primum ergo dicendum quod non solum in compositis ex materia et forma invenitur aliquod accidens praeter essentiam speciei, sed etiam in substantiis spiritualibus quae non componuntur ex materia et forma. Et ideo in utrisque suppositum non est omnino idem quod natura, hoc tamen aliter et aliter. Dupliciter enim aliquid accipitur ut accidens praeter rationem rei. Uno modo quia non cadit in diffinitione significante essentiam, sed tamen est designativum vel determinativum alicuius rei, sive principiorum essentialium; sicut rationale accidit animali, utpote praeter diffinitionem eius existens, et tamen est determinativum essentiae alicuius, unde fit essentiale homini, de ratione eius existens. Alio modo accidit aliquid alicui quia nec est in eius diffinitione, nec est determinativum alicuius principiorum essentialium, sicut albedo accidit homini. Huiusmodi igitur quae sunt

11

composita ex ma͡a et forma· accidit aliquid
preter rationem speciei ex natura utriusque modo Ita enim de
ratione speciei humane sit· quod componatur ex anima
et corpore / determinato corporis et anime est / preter
rationem speciei / et accidit homini inquantum est homo,
quod sit ex hac anima et ex hoc corpore / sed hoc preter
per se sumitur homini / de quo valde esset· si diffi-
niretur· quod esset ex hac anima et ex hoc corpore
sunt de ratione hominis quibus est / quod sit ex anima
et corpore / Accidit etiam compositis ex materia
et forma· preter rationem speciei / alia que non sunt
determinata et commitantia principiorum / substantiis
vero in materiis creatis· accidit quid aliqua
preter rationem speciei que non sunt determinata· esse
semel aliud principiorum ut dictum est / Non
tamen accidit eis aliquid que sunt determinata esse
speciei / cum ipsa natura speciei· non individuatur
per naturam sed per seipsam / ex hoc quod talis forma
non est nata recipi in aliqua materia / Unde
per seipsam non est multiplicabilis· neque predi-
cabilis de pluribus / sed quod non est suum esse
accidit ei aliquid preter rationem speciei· secundum ipsum
esse / et alia quedam que attribuuntur supposito· et
non nature· preter quod suppositum in eis non est
omnino idem cum natura / Ad secundum dicendum quod non
oportet illud, quod accidit alicui preter rationem speciei·
esse determinativum essentie ipsius· ut oportet illud
poni in ratione eius ut dictum est / Et ideo licet
ipsum esse· non sit de ratione suppositi / quia
tamen pertinet ad suppositum / et non est de ratione
nature manifestum est· quod suppositum et natura
non sunt omnino idem in quibuscumque rebus non est suum
esse / Ad illud vero· quod in contrarium obicitur
dicendum quod natura dicitur constitue· suppositum etiam in compositis
ex materia et forma / Non quod natura sit una
res· et suppositum alia res / Sicut enim esset
secundum opinionem antiquorum / quod natura speciei sit
forma / tamen quod constituit suppositum sit totum
et quod secundum modum significandi / natura significatur ut
pars· ratione super dictam / suppositum vero ut
totum / natura significatur ut constituens· et
suppositum ut constitutum

Quinde quesitum est de tempore· per quod
deus monet creaturam spiritualem
secundum augustinum / Utrum sit idem cum tempore
quod mensurat motum rerum corporalium Et vi-
detur quod sic / Ea namque augustinus diversitatem huic tempori
assignat· neque aliquis philosophus Romanus ut videtur
hanc diversitatem tempori assignare / Preterea omne
quod est inquantum est· unum est / Si igitur non sit
unum tempus· sed diversa· non erit ens· quod
est inconveniens· ergo oportet ponere unum tempus
tantum / Sed contra tempus quo mensurantur corporales
motus· est numerus motus primi celi· secundum philosophum
in iiij phisicorum / Sed tempus per quod movetur angelus
non habet aliquem ordinem ad motum· ergo est tempus

est aliud a tempore corporalium rerum / R. Sempiterno et
corruptibilia inchoata est questio / Nisi secundum nominis ut dicitur
in x methaphysice / Sed angeli sunt sempiterni· corpora autem
corruptibilia / non ergo idem tempus est utrorumque / Respon-
deo dicendum / sicut augustinus dicit in xi de civitate dei
Tempora non fuissent / nisi creatura fieret / que aliquid
aliquo mutatione mutaret / cuius mutationis cum
aliud atque aliud quod simul esse non possunt· cedit atque
succedit / sequitur tamen tempus / ex quo accidit
quod etiam philosophus dicit in iiij phisicorum / Et ideo oportet
loqui de tempore· secundum rationem motus Nam tempus est
numerus motus· secundum prius et posterius / Omnes quo
motus qui possunt mensurari· una mensura / habent
unum tempus / que vero non possunt una mensura
mensurari / necesse est quod eorum sit diversum tempus·
Cum autem mensura sit omogenea mensuratis /
ut dicitur in x methaphysice / Est contrarium quod omnia que
sunt unius generis· possunt habere unam mensuram communem
non autem que sunt generum diversorum / Motu autem aliquorum
omnibus continui conveniunt in uno genere / inquantum
sunt commensurabiles / Et ideo possunt habere unicam
mensuram communem / mensuratur enim omnibus simplicissimo
sui generis scilicet velocissimo motu primi celi /
Unde omnium motuum continuorum oportet esse unum
tempus contrarium / quod quidem tempus licet videatur
tempus continuum / quod quidem tempus nullum
esse secundum genus de motu distinctis / quia est numerus
rerum continuarum scilicet motuum sit et ipsum continuum /
sicut dictum supra dictum est / et alio modo est distinctum /
sicut dicitur vulgare partem / est quidem continuum / Di-
scretorum autem et continuorum· non potest esse una me-
sura communis / cum sint diversorum generum inquantum
sunt mensurabilia / Et ideo necesse est si sit motus
aliquis non continuus / quod tempus eorum sit aliud
a motu quo mensuratur· motus continui Ma-
nifestum autem est / quod motus spiritualium creaturarum
de quibus augustinus loquitur dicens / Creaturam
spiritualem movit per tempus / et non per locum / non
sunt motus continui / sed vicissitudines quedam /
discrete Dicit enim quod per tempus movetur amandum
et remittendo / quod oblitus erat / vel discendo
quod nesciebat / vel nolendo quod volebat /
Unde manifestum est quod tale tempus / non potest continuum te-
nisi ex motu / quod tale tempus non est continuum
et quod est aliud a tempore corporalium rerum / Ad primum
ergo dicendum / quod augustinus ex sua differentia
motuum. dat intelligere differentiam temporum /
Ad secundum dicendum quod eo modo aliquid est unum quo
modo est / et dicitur esse / Et dicitur esse secundum speciem
et unum specie / non unum numero / Unde non sequitur
si sint plures homines / quod non sit homo / Et similiter
non sequitur / si sint plura tempora / quod non sit tempus

Deinde quesitum est de homine / Et primo
quantum ad virtutes / Secundo quantum ad
peccata / Tertio quantum ad penas / Circa
virtutes autem fuit quesitum et quantum·

ad res divinas et quantum ad res humanas. Quantum
7 ad res divinas consista sunt tria. Primo circa fidem. Utrum
aliquis teneatur credere Christo visibilia miracula non facienti.
Secundo circa fidei sacramenta. Utrum parvuli iudeorum
sint baptisandi invitis parentibus. Tertio circa determinationes
quae debent iniustis sanctorum. Utrum aliquis
propter consuetudinem possit excusari ne decimas
solvat. Primum sic proceditur. Videtur quod Christo facienti
vi A miracula visibilia homines credere non
tenentur. Circa miracula enim non fuit homo ad
quod teneretur peccat, sed si homines non crederent Christo
miracula non facienti, non peccarent. Dicit enim ipse
Ioh. xv. Si opera non fecissem in eis quae nullus
alius fecit, peccatum non haberent, et loquitur de peccato
infidelitatis, secundum Augustinum. Ergo Christus si non fecisset
visibilia miracula, homines credere non tenerentur.
c Praeterea. Nullus potest mutare legem nisi lator legis
vel eo superior, sed et Christus praedicabat quaedam quae videbantur
pertinere ad veteris legis abolitionem, sicut quod cibi non
inquinarent hominem, et quod liceret in sabbato operari.
Ergo si non probasset se esse legislatorem non fuisset
ei credendum, sed hoc fieri non potuisset nisi per miracula
et cum legislatorem secundum Moysen multa miracula
fecisset. Ergo Christo non erat credendum nisi
miracula fecisset. Sed quanto magis obligatur
homines ad credendum summae veritati quam visibilibus
signis, sed licet Christus miracula non fecisset ipse tamen
verus deus existens summa veritas erat. Ergo etiam si miracula
non fecisset adhuc erat credendum ei.
c Praeterea. Gratia virtutis est maior quam gratia gratum
faciens per adeptionem, sed miracula non sufficiunt
probare gratiam gratum facientem, quia ut habetur
Matth. vii. Multi quum in iudicio Christo dicent. Domine in
nomine tuo multas virtutes fecimus, quibus dicet. Non
novi vos. Ergo multominus miracula sufficiunt
ad probandam gratiam virtutis. Ergo sine miraculis
Christo homines non tenentur, neque cum miraculis facta
tenebantur credere dicenti se esse deum, quod potest esse
al' facerent
falsum. Praeterea credere non tenetur ad horum quod
est supra vires suas nisi per aliquod medium quod fit ei
possibile. Credere autem est supra potentiam hominis
naturalem unde ex dono dei provenit, secundum illud Apostoli
ad Ephes. v. Gratia salvati estis per fidem et hoc non
ex nobis. Dei enim donum est. Et ad Philip. i. dicitur
vobis datum est non solum ut in ipsum credatis,
sed ut pro ipso patiamini. Homo igitur tenetur credere
secundum hoc quod adiuvatur a deo ad credendum. Adiuvatur
autem a deo aliquis ad credendum tripliciter. Primo quidem
per interiorem vocationem Ioh. vi. Omnis qui audivit
a patre et didicit venit ad me. Et ad Rom.
viii. Quos praedestinavit hos et vocavit. Secundo per
doctrinam et praedicationem exteriorem secundum illud Apostoli
ad Rom. x. Fides ex auditu est, auditus autem

ex verbo Christi. Tertio per exteriora miracula. Unde
dicitur i ad Corinth. xiiii. quod signa data sunt infidelibus,
sicut ut per ea provocentur ad fidem. Si autem
Christus visibilia miracula non fecisset adhuc remanebunt
alii modi attrahendi ad fidem quibus homines
tenerentur credere. Tenebantur enim credere auctoritati
legis et prophetarum. Tenebantur etiam interiori vocationi
non resistere. Sicut Isaias dicit se dixisse. Dominus deus
aperuit mihi aurem ego autem non contradico retrorsum
non abii. Sic Stephanus v dicit quibusdam Iudaeis:
Vos autem spiritui sancto resistitis. Ad primum ergo dicendum
quod inter ista opera quae Christus fecit in hominibus connumerari
etiam debet vocatio interior qua
quosdam attraxit sicut Gregorius dicit in quadam
al' mirand
omelia. Quod Christus per misericordiam Magdalenam
traxit intus quam etiam per clementiam suscepit
foris. Petrum connumerari etiam debet eius doctrina
quam etiam dicit: si non venissem et locutus eis
non fuisset peccatum non haberent. Ad secundum dicendum
quod Christus potuit se ostendere esse legislatorem
non solum faciendo miracula visibilia sed etiam
per auctoritatem scripturae et interiorem instinctum.
Ad tertium dicendum quod interior instinctus quo Christus
poterat se manifestare sine miraculis exterioribus
pertinet ad virtutem summae veritatis quae interius
hominem illuminat et docet. Ad quartum dicendum
quod miracula visibilia fiunt virtute divina ad
confirmationem fidei. Unde dicitur Marc. ult. Illi praedicaverunt
ubique domino cooperante et sermonem
confirmante sequentibus signis. Non autem fiunt miracula
semper ad demonstrandam gratiam eius per quem
miracula fiunt. Et ideo potest contingere quod aliquis
gratiam gratum facientem non habens miracula
faciat, sed hoc contingere non potest quod aliquis falsam
doctrinam annuncians vera miracula faciat quae
nisi divina virtute fieri possunt. Sic enim deus esset
falsitatis testis quod est impossibile. Cum igitur
Christus se filium dei diceret et aequalem deo, haec
eius doctrina probabatur miraculis quae faciebat.
Et ideo ostendebatur Christus per miracula quae faciebat
esse deus. Petrus autem licet eadem vel maiora
miracula faceret non probabatur esse deus, quia
per ea probabatur quod Christus esset deus. Quia Petrus
non praedicabat se ipsum, sed ihesum Christum esse deum.
vii A d secundum sic proceditur. Videtur quod pueri
iudeorum sint baptisandi parentibus
invitis. Maius enim est vinculum
matrimoniale quam ius patriae potestatis, quia
ius patriae potestatis potest per hominem solvi cum
filius patrisfamilias emancipetur. Vinculum
autem matrimoniale non potest solvi per hominem secundum illud
Matth. xix. Quod deus coniunxit homo non separet.
Sed propter infidelitatem solvitur vinculum matrimoniale.
Dicit enim Apostolus i ad Cor. vii. Quod si infidelis
discedit, discedat. Non enim est servituti subiectus
frater aut soror aut huiusmodi. Et canon dicit quod si
coniux infidelis non vult cohabitare sine contumelia

creatoris quam alteri cuicumque, non debet ei contrariare; ergo multo magis propter infidelitatem tollitur ius patriae potestatis in filios suos, ut contra eorum voluntatem filii baptizari possint. ¶ Praeterea. Magis debet homo subvenire ei qui periclitatur morte aeterna quam qui periclitatur morte temporali. Sed si aliquis videret hominem in periculo mortis temporalis et ei non praestaret praesidium peccaret. Cum ergo pueri Iudaeorum et aliorum infidelium sint in periculo mortis aeternae si parentibus relinquantur, qui eos in sua infidelitate informant, videtur quod sint auferendi et baptizandi et in fide instruendi. ¶ Praeterea. Filii servorum sunt servi et in potestate dominorum. Sed Iudaei sunt servi regum et principum. Ergo et filii eorum. Reges igitur et principes habent potestatem de filiis Iudaeorum faciendi quod voluerint. Nulla ergo erit iniuria si per eos baptizentur invitis parentibus. ¶ Praeterea. Quilibet homo magis est dei a quo habet animam quam patris carnalis a quo habet corpus. Non est ergo iniustum si pueri Iudaeorum ex carnalibus parentibus auferantur et per baptismum consecrentur. ¶ Praeterea. Baptismus est efficacior ad salutem quam praedicatio, quia per baptismum tollitur statim peccati macula et reatus poenae et aperitur ianua caeli. Sed si periculum sequatur ex defectu praedicationis imputatur ei qui non praedicavit, ut habetur Ezechiel xxxiii° de eo qui vidit gladium venientem et non insonuit tuba. Ergo multo magis si pueri Iudaeorum damnentur propter defectum baptismi imputatur ad peccatum ei qui potuit baptizare et non baptizavit. ¶ Sed contra. Nemini facienda est iniuria. Fieret autem Iudaeis iniuria si eorum filii baptizarentur eis invitis, cum amitterent ius patriae potestatis in filios iam fideles. Ergo eis invitis non sunt baptizandi. ¶ Respondeo dicendum quod maximam auctoritatem habet consuetudo ecclesiae, quae semper est in omnibus aemulanda, quia et ipsa doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia auctoritatem habet. Unde magis est standum consuetudini ecclesiae quam auctoritati Augustini vel Hieronymi vel cuiuscumque doctoris. Hoc autem usus ecclesiae numquam habuit, quod Iudaeorum filii invitis parentibus baptizarentur, quamvis fuerint retroactis temporibus multi catholici principes potentissimi ut Constantinus et Theodosius et alii plures quibus familiares fuerunt sanctissimi episcopi, ut Silvester Constantino et Ambrosius Theodosio, qui nullo modo hoc praetermisissent ab eis impetrare si hoc esset consonum rationi. Et ideo periculosum videtur hanc assertionem de novo inducere, ut praeter consuetudinem in ecclesia hactenus observatam Iudaeorum filii invitis parentibus baptizarentur. Et huius ratio est duplex. Una quidem propter periculum fidei. Si enim pueri nondum usum rationis habentes baptismum susciperent, postmodum cum ad perfectam aetatem

pervenirent, de facili possent a parentibus induci ut relinquerent quod ignorantes susceperant, quod vergeret in fidei detrimentum. Alia ratio est quia repugnat iustitiae naturali. Filius enim naturaliter est aliquid patris. Et primo quidem a parente non distinguitur secundum corpus quamdiu in matris utero continetur. Postmodum vero postquam ex utero egreditur, antequam usum liberi arbitrii habeat, continetur sub parentum cura sicut sub quodam spirituali utero. Et sic quamdiu usum rationis non habet puer non differt quantum ad ea quae agit ab animali irrationali. Unde sicut bos vel equus iure gentium vel civili est possessoris ut utatur eo quando voluerit sicut proprio instrumento, ita de iure naturali est quod filius antequam habeat usum rationis sit sub cura patris. Unde contra iustitiam naturalem esset si puer antequam habeat liberi arbitrii usum a cura parentum subtrahatur vel de eo aliquid ordinetur invitis parentibus. Postquam autem incipit habere usum liberi arbitrii iam incipit esse suus et potest quantum ad ea quae sunt iuris divini vel naturalis sibi providere, et tunc est inducendus ad fidem non coactione sed persuasione, et potest etiam invitis parentibus consentire fidei et baptizari, non autem antequam habeat usum rationis. Unde de pueris antiquorum patrum dicitur quod salvabantur in fide parentum, per quod datur intelligi quod ad parentes pertinet providere filiis de sua salute praecipue antequam habeant usum rationis. ¶ Ad primum ergo dicendum quod quia in vinculo matrimoniali uterque coniugum habet usum liberi arbitrii, uterque potest invito altero consentire. Sed hoc non habet locum in puero antequam habeat usum rationis. Sed tunc tenet similitudo si quis voluit. ¶ Ad secundum dicendum quod a morte naturali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris civilis, puta si aliquis a suo iudice condempnetur ad mortem, nullus debet eum violenter eripere. Unde nec aliquis debet rumpere ordinem iuris naturalis quo filius est sub cura patris ut eum liberet a periculo mortis aeternae. Nota quod potest haberi dici quod puer iure divino condempnatus est ad mortem aeternam, sicut et ceteri omnes qui dupliciter morte fuerunt mortui, scilicet temporali et aeterna, ex lapsu primi parentis. Unde non potest eripi nisi per parentes vel per eos qui potestatem iuris parentum habent in ipsis. Hoc quod non est hic nisi de bono esse. ¶ Ad tertium dicendum quod Iudaei sunt servi principum servitute civili, quae non excludit ordinem iuris naturalis vel divini. ¶ Ad quartum dicendum quod homo ordinatur ad deum per rationem, per quam deum cognoscere potest. Unde puer antequam usum rationis habeat naturali ordine ordinatur in deum per rationem parentum, quorum curae naturaliter subiacet, et secundum eorum dispositionem sunt circa ipsos divina agenda. ¶ Ad quintum dicendum quod periculum quod sequitur ex praedicatione omissa illi imminet nisi ei cui commissum est praedicationis officium. Unde in Ezechiele praemittitur: Speculatorem te dedi filiis Israel. Providere autem pueris infidelium de sacramentis pertinet ad parentes eorum. Unde eis imminet periculum si propter subtractionem sacramentorum eorum parvuli detrimentum salutis patiantur.

m

hom

viij Ad tercium sic procedit. Videtur quod propter
consuetudinem aliqui obligant de iure
non reddere decimas. Magis enim accipe-
re decimas quam dare. Sed propter consuetudinem malignam
tres clerici curati accipiunt decimas et hoc ab
ecclesia tollatur. Ergo multo magis propter consuetudinem
aliqui non obligantur ut decimas non solvant
neque solvere teneantur. Sed contra. Quod est iuris divini
non abolet per disuetudinem sed decime debentur
de iure divino. Ergo per disuetudinem non abolet
ius reddendi decimas contra consuetudinem non
obstante. Respondeo dicendum quod ea que sunt de iure
positivo per disuetudinem abolentur. Ea vero
que sunt de iure naturali ut iure divino nulla
disuetudine aboleri possunt. Nulla enim disue-
tudine fieri potest ut sit licitum furari ut mecha-
ri. Est ergo considerandum ad propositum quod solutio dandi
decimas sit vel de iure divino vel de iure
positivo humano. Ius autem divinum in novo
et veteri testamento continetur. Constat quod non apparet
in novo testamento aliquod preceptum datum de
decimis solvendis in doctrina domini cristi vel
apostolorum. Dicit enim dominus Mathei xxiii de solvere
decimarum. Hoc oportuit facere et ista non dimittere.
Et quod dicit phariseus Luce xviii Decimas do
omnium que possideo. Hoc magis videtur ad statum
veteris testamenti pertinere, tamen observantie novi
testamenti formam imponere. In veteri autem testamento
triplex preceptorum genus erat. Quedam enim
erant precepta moralia, quedam iudicialia,
quedam ceremonialia. Precepta moralia sunt
indita naturali ratione ad que homines omni tempore
obligantur. Ut honora patrem et matrem. Non
mechaberis et similia. Precepta autem iudicialia
sunt per que iudicia exercebantur, puta si quis
furetur unam ovem reddat quatuor, et huiusmodi pre-
cepta non sunt indita rationi naturali. Non enim ratio
naturalis hoc dictat quod ille qui furatur ovem magis
reddat quatuor quam tres vel unam. Sed hec per humanum
preceptum determinantur moralis preceptum. Hoc
enim ratio naturalis dictat quod ille qui furatur debeat
puniri. Sed quod tali pena puniatur hoc dictat
preceptum iudiciale. Precepta autem ceremo-
nialia veteris legis sunt que pertinent ad obser-
vantiam divini cultus et sunt ordinata ad figur-
andum aliquid futurorum sicut immolatio agni
paschalis significabat sacrificium Christi. Est ergo
considerandum utrum preceptum de decimis solvendis
sit morale vel iudiciale vel ceremoniale.
Si enim morale esset, ad hoc omnes tenerentur
et omni tempore, illa obstante contraria consuetudine.
Sed hoc non videtur, quia ratio naturalis non dictat
sed hoc non videtur quia ratio naturalis non dictat
magis quod ministris dei detur decima quam vn-
decima vel nona pars fructuum. Si autem
sit preceptum iudiciale non tenentur omnes
ad decimas dandum. Sicut non tenentur omnes ad
iudicialia. Iudicialia enim in lege veteri conscripta. Et una
illa iudicialia precepta sunt specialiter illi populo
data considerata conditionibus eius. Non enim eadem
omnibus expediunt precepta. Si autem sit ceremoniale
non solum non obligaret, sed etiam absolutum
induceret vel peccatum. Peccaret enim si aliquis
agnum paschalem immolaret, quod post adventum
veritatis cessaverit figure. Dicendum ergo sic aliqui
ergo dixerunt quod quedam precepta legis sunt
pure moralia, ut non occides, quedam vero ce-
remonialia ut immolatio agni paschalis, quedam
autem media secundum aliquid sunt moralia et secundum
aliquid sunt ceremonialia. Sicut preceptum de observatione
sabbati est morale quantum ad hoc quod aliquid tempus
quieti deputatur ad vacandum divinis. Hoc enim naturalis
ratio habet. Sed quod dies septima sit deputata
ad hoc, hoc est determinatione dei propter aliquam
figuram. Unde hoc est ceremoniale. Sic igitur
preceptum de decimis persolvendis est quidem
secundum aliquid morale, ut scilicet quod pro toto populo
divino obsequio vacat stipendiis populi sustentetur
sicut et qui in aliis officiis reipublice ser-
viunt a populo sustentetur. Et sic tenent
modi propter hoc preceptum in novo testamento.
Dicit enim dominus Mathei x Dignus est operarius
cibo suo. Et apostolus dicit prima ad Corinthios ix Ita et
dominus ordinavit ut qui evangelium annuntiant de evangelio
vivant. Et qui altari deserviunt de altari vivant.
Sed quantum ad determinandum numerum decime non est
de iure naturali. Neque enim est preceptum morale
sed est ceremoniale in quantum refertur ad consuetudinem
aliquid etiam Christi. Vel est etiam iudiciale secundum
provenientiam ad illum populum in quo multitudo
ministrorum tali taxatione opus erat ad mi-
nistrorum dei sustentationem. Sic igitur quantum ad ius
quod est providendum ministris dei in necessariis vite
est de iure divino quod tamen morale preceptum
et de iure naturali existit. Quod quidem autem pri-
ncipes quod sunt leges condere pertinet ius naturale
atque per ius positivum determinare. Nichil enim
est aliud ius positivum quam determinatio iuris
naturalis. Sicut ius naturale habet quod malefactor
puniatur, sed quod tali pena hoc determinatur
per ius positivum. Ecclesia igitur ecclesia habet potestatem
condendi leges in hiis que pertinent ad cultum
dei potuit per ecclesie statutum taxari
quantitatem certam que sunt danda ministris dei a
populo. Et ut esset consonantia novi et veteris
testamenti statuit ecclesia ut taxatio veteris
testamenti servaretur etiam in novo. Unde omnes
tenentur ad decimas velint nolint et posset autem
ecclesia statuere si causa subesset vel
in maiori vel in minori numero puta quod
daretur octava vel duodecima sicut et quod
detur decima. Patet igitur quod talia consue-
tudine contraria solvit homines ab obligatione reddendi

decimas. Decima obligacio fundatur super ius divinum
et naturale. Unde semper tenentur homines reddere decimas
si ecclesia exigat, etiam contra consuetudinem non
obstante. Et in terris in quibus est consuetudo quod
decime non dantur et ecclesia non petit, videtur
ecclesia dimittere dum dissimulat. Et ideo homines
in terris illis non peccant decimas non dando.
Durum enim est dicere quod omnes homines Ytalie
et orientalium peccando dampnarentur qui decimas
non solvunt. Et hodie argumentum possumus ab
apostolis accipere, cui cum deberent necessaria victus
ab hiis quibus predicabat, tamen non accipiebat,
nec tamen peccabat qui ei non dabat. Aliquin male
cum eis egisset non accipiendo. Conserti cum ipse
dicat Actuum XX: Non enim subterfugi quominus
annunciarem vobis omne consilium dei. Et ideo apostolus
non exigebat quod sibi debebatur, ne daretur aliquod
offendiculum evangelio, ut ipse dicit. Unde non bene
facerent doctores ecclesiarum contrarium si in terris
illis decimas exigerent in quibus non est consuetudo
dandi, probabiliter viderent quod ex hoc scandalum
oriretur. Ad id quod in contrarium obicitur dicendum
quod milites qui accipiunt decimas in aliquibus terris
non habent ex hoc aliquod ius accipiendi decimas.
Hoc enim ius est spirituale debitum ministris dei, unde
non cadit in laycam personam. Sed reges ille temporales
que iure exiguntur ex concessione ecclesie date sunt
aliquibus militibus propter aliquod servicium, que faciunt
ecclesie. Sicut et ecclesia potest remittere ipsos fructus
qui debentur pro decima, non tamen remittit ius
exigendi decimas nec tollit debitum.

Deinde quesitum est de hiis que pertinent
ad virtutes circa res humanas.
Et circa hoc quesita sunt duo. Primo
utrum filius teneatur obedire parentibus carnalibus
indifferenter ad omnia. Secundo utrum venditor teneatur
dicere venditori vicium rei vendite.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod filius
teneatur obedire parentibus carnalibus
indifferenter ad omnia. Dicitur enim Deuteronomii XXI:
Si enim genuerit homo filium contumacem et protervum
qui non audiat patris et matris imperium, lapi-
dibus eum obruat populus civitatis. Sed pena talis
non infligeretur nisi graviter peccaret. Ergo filius te-
netur obedire parentibus carnalibus per omnia. Preterea
apostolus dicit ad Colossenses III: Filii tenentur obedire
parentibus per omnia. Contra. Precepta moralia affir-
mativa, quamvis non ad semper obligant, tamen nunquam
contrarium facere licet. Sed preceptum affirmativum est
de honore parentum. Ergo nunquam licet filium irre-
verentem esse parentibus, quod esset si contra mandatum
non obediret. Tenetur filius in omnibus parentibus
obedire. Sed contra: non minus est obediendum patribus
spiritualibus quam carnalibus, sed magis, ut habetur
per apostolum ad Hebreos XIII. Sed patribus spiritualibus
non tenentur subditi obedire indifferenter.
Religiosi enim qui obedienciam profitentur non
tenentur obedire suis prelatis nisi in hiis

que sunt secundum regulam, ut dicit Bernardus in libro de dispensacione
et precepto. Ergo nec parentibus carnalibus filii tenentur
indifferenter obedire. Respondeo dicendum quod obediencia prelato
debetur ad illud se extendit debitum obediencie
ad quod se extendit ius prelacionis. Pater autem carnalis
habet ius prelacionis in filium, presertim quantum ad do-
mesticam curam. Sic enim paterfamilias est in domo
sicut rex in regno. Unde sicut subditi regis tenentur
obedire regi in hiis que pertinent ad gubernacionem
regni, ita etiam filius et alii domestici tenentur
obedire patrifamilias in hiis que pertinent ad di-
spensacionem domus, et precipue quantum ad morum disciplinam.
Unde apostolus dicit ad Hebreos XII: Patres quidem carnis
nostre habuimus eruditores et obtemperabamus eis.
Debet enim pater filio non solum educacionem, sed etiam
disciplinam, ut dicit philosophus. Sed in hiis ergo filius te-
netur obedire patri carnali et non in aliis. Ad primum
ergo dicendum quod loquitur ibi Moyses de precepto patris
quod pertinet ad disciplinam morum. Unde ibidem
dicitur: Monita nostra audire contempnit, comessacionibus
vacat et luxurie atque conviviis. Ad secundum dicendum
quod apostolus dicit obediendum esse parentibus per omnia
ad que ius prelacionis se extendit. Ad tercium
dicendum quod non exhibet reverenciam patri si non
obedit ei in hiis in quibus obedire non tenetur.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod venditor
non teneatur dicere vicium rei vendite
emptori. Contra secundum leges civiles ven-
ditor et emptor se decipere possunt. Nulla autem
possibilis deceptio si venditor rei vendite
vicium emptori teneretur. Non ergo tenetur. Sed dicendum
quod leges non loquuntur secundum forum consciencie, sed magis
videntur loqui secundum forum contencionis. Sed contra,
secundum philosophum in II Ethicorum, intencio legislatoris est
cives facere bonos. Quod ergo licet secundum leges ci-
viles non est contrarium consciencie. Sed contra est secundum leges
civiles, si aliquis vendat animal morbidum,
tenetur de vicio. Ergo tenebatur dicere vicium
emptori. Respondeo. Tullius dicit in libro De officiis
quod ad officium boni viri pertinet ut dicat
emptori illud pro quo res minus vendetur.
Hodie autem est vicium rei vendite. Ergo venditor
vicium emptori rei vendite tenetur dicere. Respondeo
dicendum quod quod pertinet ad bonum virum, ad quod tamen omnis
non tenetur, sicut ad bonum virum pertinet quod
liberaliter bona sua aliis largiatur, quamvis ad
hoc non teneatur. Sed aliquid pertinet ad bonum
virum ad quod tenetur, scilicet quod reddat cuique quod
iustum est. Nam actus iusticie est quod reddat cuique
quod ei debetur. Et ideo vir bonus venditor ad hoc
tenetur ut iustam vendicionem faciat. Non autem ut
faciat vendicionem liberalem dimittens aliquid
de precio iusto. Iusticia autem equalitatem quandam est
ut dicitur in V Ethicorum. Est ergo iusta vendicio quando
precium acceptum ab emente equatur rei vendite.
Iniusta autem si non equatur sed plus accipiat.

Si igr̃ viciu rei vendite faciat rem minꝰ valē
q̃ͣ preciū impositū a venditore · iniusta erit
vendicio / vn̄ ptinet ad litteras vicii Si aut̄
nō faciat rē mīnꝰ valē q̃ͣ preciū impositū
q̄ forte venditor mīnꝰ p̄ciū imposuit ꝓpt
viciū tūc nō peccat tacens viciū · q̄ vēdicio
nō ē iniusta / et forte eēt sibi dāpnosum
si viciū diceret · q̄ emtor vellet hr̄e rē · eciā
pro minori p̄cio q̄ͣ valet / libalit' tn̄ faceret
si dāmū ꝑpriū ꝯtēpneret / ut satisfaceret volūt'
alteri̾ licet ad hoc nō teneat̄ ¶ Ad p̄m ergo
dd' · q̄ ꝑ id dctm̄ legis nō habet̄ q̄ licet
sit venditori · suū decipe emptorē · et ꝯu̾so
s; dr̄ eē aliqd̄ licitū · scdm̄ legē · qd̄ scdm̄
legē nō punit̄ / sic scdm̄ legē veterem lice-
bat libellū repudij ¶ Ad scdm̄ dd' q̄ p̄cepta
legis · sūt directiua ad ꝑfectā v̾tutē / et actꝰ
ꝑfecte v̾tutis nō cadunt · sub p̄cepto legis
humane · s; lex ꝓhibet q̄dā q̄uis a · vt
gradatī hoīes retrahi a malis ꝑ seipos
ad v̾tutis exercitat̄ p̄mittit at q̄ueda
minora pcc̄a · cꝰ penā nō infligens · q̄
sine hiis · nō facile inuenit̄ · hoīm mul-
titudo · et d' talibꝰ ē deceptō · q̄ ē inter
vendentes et ementes · q̄ plurimi sūt q̄ volūt
vilis eme · et care vende / vt d' aug' In
xiij de Trī ¶ Ad illud vō / qd̄ in ꝯtrariū
p̄o obiciat̄ dd' · q̄ id intelligēdū ē · qn̄ do
morbꝰ pecoris · facit pecꝰ mīnꝰ valē
q̄ͣ vendat̄ ¶ Ad tcium dd' · Et dꝰ ea vacare
Tullius dr̄ / q̄ vir bonꝰ nō tacet viciū
rei vendite / ĉtra ad vir̄ bonū · nō ꝑtinet
aliquē decipe · Deceptō at nō est / si id
qd̄ tacet̄ de re vendita / nō faciat rē
mīnꝰ valē · q̄ͣ preciū · quod pro ea accipi-

Deinde q̄situ est de pctīs · Circa
hec q̄sita sūt duo ¶ Pri° vtrū pctīn
sit appetē prelatorē · Scdo vtrū
pctīn sit p̄dicatori habē oculū sup̄ rem
XI temꝑale · Ad p̄m sic p̄cedit̄ · vidē̄ q̄ pctīn sit
appetē p̄latorē · Non em̄ videt̄ q̄ possit
appeti sine pcto illud qd̄ fuit in statu nature
incorrupte s; p̄lacō nō fuit in statu nature
integre · s; incepit eē ꝑ pctīn / vt dctm̄
ē interius · sub vim ꝑtate eius ergo pctīn
ē prelacōm appetē ¶ Pr° · noster appetitꝰ
debet eē de hiis q̄ ꝑtinet ad statū future
glīe / s; in futurō cessabit oīs p̄lacō · scdm̄
glo' sup̄ illud Corinth' j ad Cor' xv · Cū dederit
regnū dō · Cū euacuauerit oēm p̄ncipatū et potes-
tatē / s; illud qd̄ ī ad Thimot' v · Qui bn̄ p̄sunt p̄sbri
dupli honore digni habeant̄ · s; nō est pctīn
appetē id qd̄ reddit̄ honori / q̄ nō debet̄
nisi v̾tuti ergo nō ē pctīn appetē p̄lacōm
¶ Pro° dd' q̄ hanc q̄onem soluit Aug' xix d'
ci · dī · vbi dr̄ · Quod locū sup̄ior · sine quo
ꝑplꝰ regi nō pt̄ / etsi administret ut decet

tn̄ indecent' appetit̄ · Tamq̄ vacō est / q̄ qui
appetit p̄lacōm / aut ē sup̄bꝰ / aut iniustus /
Iniustū em̄ ē · q̄ alicꝰ velit sibi plꝰ de
honore accipe / aut de ꝑtate aut de aliis bonis
q̄ sit maioribꝰ dignꝰ · vt d' in v Ethic'
Cū at alicꝰ estimet se eē magis dign̄
p̄lacōm · omnibꝰ illis · sup̄ quos p̄lacōe
accip̄t · sup̄bie et p̄sūpcōis ē / Vn̄ patꝫ
q̄ quicq̄ prelacōm appetit · aut ē iniustus
aut sup̄bꝰ · Et ideo nullꝰ ꝑ suū appetitum
debet ad p̄lacōm ꝓuenire · s; solo dei iudicio
scdm̄ id apli ad Heb' v · Nemo assumat
sibi honorē · s; q̄ vocat̄ a deo / tamq̄ Aaron ·
Pt̄ tn̄ licite appetē · se esse dignū p̄lacōi operibꝰ et
occupacōibꝰ boni p̄lati / ꝑ quibꝰ debet̄
honor · Vnde patet racō ad vltīm · Ad p̄me
vō dne racōes / nō recte gradiunt̄ / q̄ ea
ea q̄ nō fuerūt in statu innocēcie · nec
erūt in statu glīe / pnt licite appeti · sic
subiti p̄me · et alia huiꝰmōi · Similiter p̄lacō
q̄ntū ad aliqd̄ fuisset in statu innocēcie ·
et futura sit in statu glīe / licet q̄ntū
ad superioritate gradus / et q̄ntū ad gubnac̄ōz
vel regimen · non at q̄ntū ad coactiuā ꝑtate ·
XII Ad scdm̄ sic p̄ced' · vid̄ q̄ pctīn
sit p̄dicatori habē oculū ad temꝑalia
5 d' em̄ luc' xij Querite p̄m regnū
dei Glo' · bona eterna · et h' oīa adicient̄
vob' · glo' · eciā nō querentibꝰ / ergo nō licet
p̄dicatori habē oculū ad terrena ¶ Itē ut q̄
qd̄ ī ad Cor' ix d' · Qui arat in spe debet
arare Glo' stipendiorū temꝑaliū / ergo licet
p̄dicatori · d' quo ibi loquit̄ habē oculū ad
terrena ¶ Pro° dd' q̄ habē oculū ad terrena
ꝯtingit dup̄r · Vno° sic ad mercedem
vel p̄miū · et sic p̄dicatori nō licet habē
oculū ad terrena / q̄ sic faceret ewangeliū
venale · Alio° sic ad stipēdia p̄ necessitate
sustentacōis vite · Et licet p̄dicatori
habē oculū ad terrena · Vn̄ ī ad Thimo' ij
sup̄ id · Qui bn̄ p̄sunt p̄sbri ī · d' Glo'
Aug' · Necessitatis ē accipe vnde viuit
caritatis ē p̄bere · Non tn̄ venale est
ewangeliū pro hiis · Si em̄ sic vendunt magnā
rem · pro vili vendunt p̄cio Ac-
cipiat ergo sustentacōem necessitatis a pp̄lo / mer-
cede dispensacōis a deo · Et ꝑ hoc patꝫ Racō ad obiectū

Deinde q̄situ fuit de penis
pctōrū · Et p̄o d' ipsis penis
Scdo de remissiōe penarū
Circa p̄m q̄sita sūt duo ¶ Pro vtrū aīa
sepata possit pati ab igne corporeo
¶ Scdo vtrū duorū q̄ eadē pena sūt digni
vnꝰ diucius moret̄ in purgatorio q̄ͣ alt'.

pro vidēs aīarū alligar corp'

XIII

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod quicumque aliquis de pecunia vsuraria lucratus fuit reddere teneatur. Dicit enim apostolus ad Thimotheum vi: Sicut radix scientie et ramus, sed radix omnis lucri est infecta et vsuraria, ergo totum est infectum et vsurarium. Non ergo potest huiusmodi lucrum retinere. Sed contra quicumque potest tenere illud quod licite acquisivit. Sed quod accipitur de pecunia vsuraria mediante licite acquiritur, ergo licite potest retineri. Respondeo dicendum quod huius questionis veritas potest apparere si consideretur racio quare vsuram accipere sit peccatum. Non enim est peccatum solum quia est prohibitum, sed quia est contra racionem naturalem, vt dicit Philosophus et in primo Politicorum. Ad cuius evidenciam considerandum quod rerum in vsum humanum venientium quedam sunt quarum vsus non est ipsius rei consumpcio. Si contingit rem deteriorari vel consumi per vsum, hoc est per accidens, sicut domus vestis et huiusmodi. Non enim vti veste est delere eam, neque vti domo est destruere eam. Et in talibus aliud est dare vsum rei et aliud est dare substanciam rei. Et propterea huiusmodi possunt per accomodacionem vsus talis rei alteri concedi non propterea hoc dominium rei transferatur.

Et propterea huiusmodi potest vendi vsus rei, dominio rei manente apud dominum, sicut patet in conducione et locacione, que sunt contractus liciti. Quedam vero res sunt quarum vsus nichil est aliud quam consumpcio ipsarum, sicut pecunia qua vtitur expendendo, vinum ipsum potatur bibendo, et de aliis huiusmodi. In quibus vti re nil est aliud quam consumere ipsam, et ideo in talibus cui conceditur rei vsus per mutuum, transfertur etiam rei dominium. Cum ergo vsus talium non est separabilis ab ipsa re, quicumque vendit vsum talium rerum retinendo sibi obligacionem ad sortem reddendam, manifestum est quod idem vendit bis, quod est contra naturalem iusticiam. Et ideo exigere vsuram est secundum se iniustum. Tenetur ergo aliquis illud quod accipit vltra sortem restituere quia iniuste accepit. Et preterea dampna refundere vsque ad interesse. Sed cum pecunie vsurarie non sit alius vsus quam ipsa eius substancia, racione iam dicta patet consequenter quod ex quo pecuniam vsurariam reddit de vsu pecunie nichil reddere tenetur. Tenetur enim aliquis reddere illud quod lucratus est vel de domo aliena vel de equo vel alio huiusmodi, etiam postquam rem huiusmodi reddidisset, quia in talibus appreciatur res et vsus rei. Ad illud ergo quod in contrarium obicitur dicendum quod pecunia vsuraria non habet se per modum radicis ad lucrum quod de ea fit, sed solum per modum materie. Radix enim aliquatenus habet virtutem cause active ministrando nutrimentum plante. Unde in humanis actibus voluntas et intencio comparantur radici, que si perversa fuerit, opus erit perversum. Non autem hoc necessarium est in eo quod se male habet. Potest enim aliquis malo bene vti.

Deinde quesitum est de hiis que communiter pertinent ad omnes homines. Et primo quantum ad animam, secundo quantum ad corpus, tertio quantum ad actum hominis. Circa animam quesita sunt tria. Primo quantum ad substanciam eius, vtrum sit composita ex materia et forma. Secundo quantum ad cognicionem eius. Et tertio quantum ad penam ipsius. XX

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima sit composita ex materia et forma. Intellectus enim humanus comparatur ad substancias intellectuales superiores per recessum simplicitatis. Sed omne quod recedit a simplicitate incidit in aliquam composicionem. Prima autem composicio est ex materia et forma, ergo anima humana est composita ex materia et forma. Sed contra est quod Philosophus dicit in iii de anima, quod species rerum materialium prout sunt in propriis rebus non sunt intelligibiles actu quia sunt in materia. Non ergo anima humana est composita ex materia et forma. Respondeo dicendum quod si materia dicatur omne id quod est in potencia quocumque modo et forma dicatur omnis actus, necesse est ponere quod anima humana et quelibet substancia creata est composita ex potencia et actu. Manifestum est enim quod solus deus est suum esse, qui essencialiter existens inquantum.

incriatu sz suu ee est sua suba, qd d nullo
alio dici pt. esse em subsistens no pt ee n vnu
sic nc albedo subsistes no pt ee n vni, optet
igr qp quelzt alia res. sit ens p participacoz
ita qp aliud sit in eo suba participas. et aliud
ee ipm participatu sic potencia ht se ad actum
Qua suba cuiuslzt rei create se ht ad suu ee
sic potencia ad actu. Sic igr ois creata suba e
cposita ex potencia z actu .i. ex eo qd est et esse.
vt dt Boe. in li d ebdoa. sic albu cpo. ex
eo qd e albu et albedie. Si vo ma pprie accipi-
atur illud qd e in potencia tm sic inpassibile. est
qp aia humana sit cposita ex ma z fora. Et hc
pt maifestari dupr. Pmo quidm qa est intellectual
subst maifestu e em qp intellectu in actu est
intellectus in actu Intellectu at in actu e aliqd
inqntu e imale Est em aliqd pfecte cognoscibile
inquatu e in actu. no at inqntu e in potencia
vt d in ix metha. Scdo qm ma sit ens in
potencia. fora in ma exns no pt ee pfecte
cognita. ut intellecta in actu Vn scqr qp nulla
suba intellectua cuius pfectio e ipm intellectum in
actu sit malis. eo qp optet pfectiom pporcionari
pfectibili Scdo apparet idem ex hc qp aia sit fora
Cu em fora sit actus. et id qd e in potencia no
possit ee actus. Impossibile e qd aliqd cpositu
sit ex ma z fora. et fm se totu sit forma
Si igit anima que ponit cpom ex materia
et fora. sit fora fm aliqua sui pte. que est
actus. Nunq nlla pars e ma. Scqr qp aie pars
no sit ma. hc em dicim aiaz. qd e actus
pma corpis aiati. Ad illud vero qd i ctrium
obicit. dd qp potencia z actus st pa principia
in gne sube. Materia at z fora st pa pricipia
in gne sube malis. Vnde no optet omem
cpoitoz in gne sube esse ex ma z forma
Sz hc solu necce est. in subis malibz et

xx Quinde qsitum e d aia z mobilibz
qntu ad eius cognicoz. Et cu hc
qsita sint duo. Pmo Vtrz aia separata
a corpe cognoscit alia aiaz hoiu. qua in
hac vita cognouit et videt qd non. Omis
em cognicio est p aliquam silitudinez Sz in
vna aia no fuit expssa alterius aie silitudo
in hac vita que possit in ea pa morte rema-
nere. go vna aia separata pa morte no potest
aliam cognoscere. Pc. Phs dt in pmo d aia
qp corrupto corpe aia no remiscit. No go re-
cognoscet aias quas in hac vita cognouit. Sed gr
est qd dt luc. xvi. Diues in infno fm anima
positus recognouit lazaru in sinu abrahe fm
aiaz existentem Rndeo dd qp cu nlla suba spua
opacione destituat necce est ponere no aiam
intellectuam pa morte remaneat. qz aliquo mo
intelligat. Necce est at ei attribue alterum modorum
intelligendi. ut sz intelligat vl abstrahendo spes
intelligibiles a rebus sic nunc intelligit corpi
vnita. vel p spes intelligibiles in corpe ad-
qsitas et in ea qsuatas pa morte. vel per
illas spes generatas vl qualitercuq desup
influxas. Quedam go dicut qp aie separate
intelligut. abstrahendo spes intelligibiles a
rebz. Sz hc ee no pt. abstractio em spei
intelligibilis a rebz sensibilibz fit mediate
sensu et imaginacoe. cu opacoes cui sint
p organa corpalia. aie separate attribui
no pnt. Vnde alii hc negates dicut vltio
Scdo nc etia p spes acqsitas a rebz sensibilibz
du eet in corpe aia separata intelligit. Po-
nit em Avicenna sequetes. qp spes intelli-
gibiles no qseruant in intellectu pa li. nec
du actu intelligit. Sz qsuant spes pticularum
reru sensibilium solu in imaginatiua. et
rememorativa ad quas du intellectus pa[ssi]bilis
se qutit de nouo influunt in ipm intelligibiles
ab intelligencia agete. Cum igit vis me-
moratiua et imaginatiua corrupantur corpe
corrupto eo qp vtitur organo corporali. Sequit
qp aia nullo mo intellige possit per aliqs
spes a rebus sensibilibz acceptas. Vn
relinqtur fm eos. qz aia separata intelli-
gat. p spes generatas sic z angli. Sed
d. hec quidm posicio irracionabilis videtur
qntu ad vtrqz dictorum. Scdo em spes in-
telligibiles in intellectu possibili no qseruet
e gt racoz. Scdo em in aliquo recipit. e
in eo p modu recipientis. Vnd cu intellectus
possibilis habeat ee stabile z imobile. spes
intelligibiles optet qp in eo recipiat stabili-
ter et imobiliter. Est etia gt Aristotele qui dt
in tcio d aia. qz intellectus pa-libs cu fiat
singula. hc e accipies spes singulorum. vt
sciens .i. vt qret in sciente. vl in eo q ht
sciaz. tuc d fm actu. hc at qtingit cu dt
tu possit opari p seipm. Est qdz igr et
tuc potea quodamo. no tm simpr ante
discere vl inuenire. Ex quibz vbis apparet
qp spes intelligibiles quas st hitu i intellectu
possibili. cuius actu no opet. Illud etia
qd dict. aiaz hre spes intelligibiles creatas
irracionabile d. Si em pt eius vni. du e
corpi vnita. scqr qp possit sic intellige ea
quorum sensu no accipit. vt puta qp cecus
intelligat colores. qd pz ee flm. Si aut
p vnioz ad corpus totalit impedit aia
humana. vt spebz intelligibilibz creatis vti no
possit. Sequit qp vnio corpis z aie no
sit naturalis. Illud em qd est de na rei
no totalr impedit p aliqd qd est ei naturale

iii

Aliogrum natura sequeretur alterum illorum sufficienter. Sed contra dicit quod anima separata intelligit per quedam species intelligibiles quas per sensus a rebus acquisivit dum esset in corpore. Sed iste modus cognoscendi non sufficit, quia multa cognoscit anima separata que nos in hac vita non cognoscimus. Maxime quia impermixtis videtur quod anime illorum qui in matris uteris moriuntur que forte nullum intellectus usum habuerunt et per consequens nec aliquas species intelligibiles acquisitas nichil post mortem intelligant. Unde oportet addere quod anima in sui separatione a corpore recipit influxum rerum intelligibilium a natura superiori scilicet divina secundum ordinem naturalem que exprimitur quod anima humana quanto magis ex corporeis se sibi abstrahit tanto magis fit capax perceptiva superiorum influxuum sicut patet in dormientibus et in alienatis qui et quedam futura previdere. Sic igitur anima separata fit alia animarum cognoscitiva tamen per notitiam quam de ea acquisivit in hac vita vel per aliquam similitudinem a deo naturali influxu. Et per hoc patet visio ad primum. Ad secundum dicendum quod philosophus loquitur quantum ad memoriam et reminiscentiam que est per actus potentie cuiusdam sensitive utentis organo corporali quo corrupto cessat actus talis potentie.

XXII

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non liceat ab aliquo moriente requirere quod revelet statum suum post mortem. Non enim hoc inquirere que deus voluit esse abscondita secundum illud Ecclesiastici iii Altiora te ne quesieris. Sed deus voluit esse absconditum statum anime post mortem quod patet ex hoc quia diviti petenti ut Lazarus mitteretur ad fratres suos viventes hoc est denegatum ut dicitur Luce xvi. Non ergo licet a morientibus aliquid requirere. Sed contra est quod dicitur ii Machabeorum xii Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare. Sed homo provocatur per hoc quod cognoscat voluntatem eorum qua habent post mortem. Ergo licitum est et expediens hoc a morientibus requirere. Respondeo dicendum quod in peccatum sit contra naturam ut patet per Damascenum in ii li. Respondere impletionem naturalis desiderii non est peccatum nisi aliqua inordinatio adiungatur sicut patet in sumptione cibi aut potus. Homo autem naturaliter scire desiderat. Unde si requirat aliquis rei notitiam non est peccatum nisi forte per accidens hoc est per aliquam inordinationem adiunctam puta si per studium et inquisitionem alicuius scientie aliquis impediatur ab aliis que tenetur intendere. Puta si predicator impediatur ab officio debito predicationis propter studium geometrie aut etiam si quis inquirat aliquid agnoscere superbe vel presumptuose de sua facultate confidens. Et si qua alia deordinatio circa hoc contingit. Nulla autem inordinatio in hac acquisitione videtur si aliquis requirat a moriente cognoscere statum suum post mortem, supposito tamen quod hoc divino iudicio. Unde nulla ratio videtur quare debeat hoc dici esse peccatum nisi forte ex dubitatione fidei de futuro statu que quis tentando inquirit. Ad primum vero quod in contrarium dicitur quod deus voluit nobis multa sic esse abscondita ut eorum notitiam propriis viribus assequi non possumus que tamen voluit revelare humilibus et pie querentibus secundum illud Mathei xi Abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Unde non est mirum si superbus fuit superbi divitis deus aliquid noluit revelare que tamen voluit revelare fidelibus pie et humiliter requirentibus.

Tertium quesitum est de anima quantum ad penam. Et circa hoc quesita sunt duo. Primo utrum anima separata possit pati ab igne corporeo. Secundo utrum dampnati in inferno gaudeant de penis inimicorum suorum quos vident secum puniri.

XXIII

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima separata non possit pati ab igne corporeo. Actio enim agentis est proportionata passioni patientis. Sed actio ignis cum sit corpus physicum est actio naturalis que consistit in movendo. Ergo in [illegible] patitur ab igne corporeo nisi quod movet. Sed anima non movetur cum sit impartibilis. Nichil autem impartibile movetur ut probatur in vi physicorum. Ergo anima non patitur ab igne corporeo. Sed contra est quod dives in inferno existens secundum animam dixit Crucior in hac flamma ut dicitur Luce xvi. Respondeo dicendum quod anima patitur penam ab igne corporeo, sicut fides catholica docet. Quomodo autem ignis corporeus agat in animam separatam hoc non habet ex natura sua sed in quantum est instrumentum divine iustitie. Ut dictum [illegible] considerandum tamen est quod nullum instrumentum agit in virtute superioris agentis nisi exercendo aliquam actionem sibi connaturalem. Alioquin frustra adhiberetur ad effectum. Sicut serra instrumentum est instrumentum artis facit artem secando. Et aqua baptismalis abluit ut instrumentum divine misericordie corporaliter abluendo. Si igitur ignis corporeus agit in animam ut est instrumentum divine iustitie puniens necesse est quod hoc fiat per aliquam actionem igni corporeo congruentem. Non autem potest dici quod ignis alteret animam calefaciendo vel desiccando vel humectando ipsam. Unde relinquitur modus quem Augustinus ponit xxi de civitate dei. Scilicet quod anima separata vel spiritus demonis patiatur penam per alligationem quandam ab igne corporeo. Videmus enim spiritum corpori alligari quod ex natura sic anima alligatur corpori, quod autem quadam superiori virtute sicut per virtutem demonum inferiores demones alligantur certis ingeniis imaginibus vel anulis vel aliis huiusmodi rebus multo igitur virtute divina magis demones vel etiam anime alligari possunt igni corporeo ut ab eo assumant penam. Unde patet visio ad id quod in contrarium obiciebatur quod procedit ab actione ignis que est per alterationem

XXIIII Ad secundum sic proceditur. Videtur quod dampnati
in inferno gaudent et consolantur de penis
inimicorum suorum. quos secundum videt in inferno
puniri contra super. xiiii ysa. omnes principes terre
surrexerunt de soliis suis dicit Glossa iheronimi. quod
solacium est malis multos habere penarum socios. Sed gaudium
omne gaudium diminuit dolorem. ut patet per philosophum
in vii ethicorum. Sed dolor dampnatorum est in infinitum
intensio. tantum quod posset multiplicari multi-
plicatione dampnati in inferno. quod totaliter dolor eius
deleretur. quod est contra diminutionem iusticie. Responsio quod nichil
prohibet idem secundum diversas rationes esse delectabile
et triste. tamen simpliciter aliquid dicitur tale. ab eo. quod
convenit ab eo vero quod est minus dinominatur secundum quid
Ad quod quod pena inimici considerata ab eo qui est
in inferno habet quodam modo rationem delectabilis.
et quodam modo rationem contristabilis. ratione quidem delectabilis
habet in quantum implet voluntatem dampnati de malo
inimici sui. Descendunt enim dampnati ad infernum
cum animis suis et cum affectionibus pravis ut dicitur
Ezechiel. xxxii. Sed ex alia parte habet rationem contristabilis
per duo. Primo quod in quantum per penam inimici impletur
divina iusticia. quam odiunt et blasphemant dampnati
in inferno. secundum illud apocalypsis xvi. estuaverunt homines
estu magno et blasphemaverunt nomen domini. Secundo propter
unitatem consortii. Sicut enim in eis prave affectiones re-
manent. ita tamen de eis dolet ad dampnationem non
ad purgationem secundum illud Sapientie v penitentiam agentes
et per angustiam spiritus gementes. Unde sicut pe-
nitentes in hac vita dolet. et in dolore gaudet
ita dampnati in inferno gaudent de penis inimicorum
suorum. Et tamen de ipso gaudio magis dolet. et
precipue si consisteret eius dampnationis causa. Et
per hoc patet responsio ad obiecta

XXV Deinde quesitum est de hominis generatione ad corpus
consideratur. Utrum scilicet secundum hoc si non peccasset
tot fuissent nati masculi. quot femine
Et videtur quod sic. In paradiso enim ubi secundum Augustinum
fuisset thorus immaculatus et nuptie honorabiles
nulla genuisset sed omnibus membris usi fuissent.
ut impleretur preceptum domini primis hominibus datum
Crescite et multiplicamini et replete terram. ut habetur
Genesis i. Sed in statu innocentie. nulla masculus
fuisset plures uxores. nec aliqua mulier plures
viros. nec aliquis a aliqua morte sensisset. ergo
sequitur quod tot masculi nascerentur quot femine. Sed contra
est quod dicit Gregorius iiii moralium. super illud Nunc enim dor-
miens. silerem dicit. Si parentes primi nulla putredo
inmensa. sileret dicit. nec ex se filios gehenne generaret
peccati corrumperet. neque ex se filios gehenne generarent
sed hii qui nunc per redemptorem salvandi sunt. solum
ab eo electi nascerentur. sed non minus salvandi sunt
non sunt equaliter masculi et femine. ergo nec in statu
innocentie equaliter nascerentur masculi et femine.
Responsio dicendum quod si Adam non peccasset. nec aliquis
de stirpe eius. satis videtur credendum quod tot nascerentur
masculi quot femine. sicut ratio probat. Ad illud vero
quod in contrarium obicitur. potest dici. quod non soli do

cogniti sunt cives numerus electorum. Ignotum est nobis
utrum masculi salvantur mares et femine vel
equaliter tot masculi quot femine. Et si contingat
quod non inequali numero mares salventur et femine
potest dici quod eadem dicuntur hii consequuntur per redemptorem
salvandi sunt et quod hoc primum. hii non secundum personale
deviationem. sed simpliciter hoc non dicitur. hoc est ba
versat in orto meo. ut intelligatur. intellectu
significatum est quod soli salvandi ab eo nascerentur
et nullo nascendo ab eo. traheret dampnationis
causam. Non autem potest dici. quod idem homines
numero nascerentur. qui nunc nascuntur. Manifestum
enim est. quod non potest esse idem esse homo numero.
si ab alio patre vel ab alia matre nascitur.
Item autem multi sunt. qui ex pluribus uxoribus filios
susceperunt. qui salvantur. si status innocentie
plurium uxorum non fuisset impossibile
esset quod idem homines numero nascerentur. qui
nunc salvantur

XXVI Deinde quesitum est de actibus quibus
anime hominis. Et primo de consciencia. Secundo
de penitentia. Circa primum quesita sunt duo
Primo utrum consciencia possit errare. Secundo
utrum consciencia erronea liget
Ad primum sic proceditur. Videtur quod consciencia
errare non possit. Contra ad Romanos
ii dicit Glossa. quod consciencia est lex
intellectus nostri. que est lex nature. Sed lex naturalis
errare non potest. ergo nec consciencia. Preterea Basilius
dicit quod consciencia est naturale indicatorium.
Sed naturale indicatorium. non potest errare ut patet
in primis principiis demonstrationibus. de quibus
homo naturaliter indicat. Ergo consciencia non potest
errare. Sed contra est quod dominus dicit Johannis
xvi discipulis loquens. Venit hora. ut omnis qui
interficiat vos. arbitretur etc. sed hoc non est nisi
consciencia errante etc. Responsio dicendum quod consciencia
sicut ipsum nomen sonat. importat applicationem
scientie vel notitie humane. ad aliquem proprium
actum secundum autem notitiam. quam homo habet. potest
ad suum actum applicare sicut memoria. per ut homo
de consciencia habere testificatorem. quod fecit aliquid
vel non fecit. sive etiam scientiam universale vel
particularem. per quam homo potest cognoscere utrum
aliquid sit faciendum. vel non faciendum. Et similiter
consciencia dicitur urgere vel impedire. Manifestum est
autem. quod si accipiatur diversas cogitationes
in aliqua consciencia. potest esse error. et in aliqua
non. In primis enim principiis naturalibus cognitis
sive sit speculativa sive operativa. nullus
potest errare. Sicut in hoc. Omne totum maius
est sua parte. vel nulli iniuria est facienda
In aliis autem humanis cognitionibus. magis particularibus
sive pertineat ad rationem inferiorem. sive ad partem
sensitivam que considerat humana. sive ad rationem
superiorem. que considerat divina. potest multiplex error

actione. Manifestum est autem quod in applicatione multarum cognitionum ad actum provenit error, quamvis nulla cognitionum fuit erronea. Sicut patet quod falsitas accidit in conclusione, quamvis nulla premissarum fuit falsa. Dico ergo licet in cognitione primorum principiorum iuris naturalis non sit error, tamen quod in aliis principiis iuris civilis vel divini sit error accidere. Ideo quod conscientia hominis errare potest. Sicut patet quod hereticus qui habet conscientiam iniquam iurandi habet conscientiam erroneam, propter hoc quod credit omne iuramentum esse contra preceptum dei, licet in hoc non erraret quando ex conscientia mentiri esset faciendum contra preceptum divinum. Ad primum ergo dicendum quod principia speculativa habent virtutem concludendi ex primis principiis universalibus. Unde conclusio aliorum principiorum a primis principiis sit contraria rationi. Et eadem ratione quod conscientia principalis non dependet ex principiis iuris naturalis, sicut ex primis et per se notis principalis, conscientia dicitur lex naturalis vel naturale indicatorium. Unde patet ad secundum.

xxvii

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod conscientia erronea non liget ad peccatum. Ut enim Augustinus dicit contra Faustum, omne peccatum est contra legem eternam que est lex dei. Sed quicquid conscientia errans prohibet id quod non est contra legem dei, sicut patet in hereticis qui conscientia erronea prohibente nolunt iurare vel comedere carnes vel bibere vinum. Non est ergo eis peccatum si contra conscientiam hoc faciunt. Et ita conscientia erronea non obligat ad peccatum. Preterea conscientia erronea quamvis dictat homini quod faciat hoc quod est contra legem dei, sicut hereticus sua conscientia erronea dictat quod predicet contra legem et fidem catholicam, sed faciendo contra legem dei peccat mortaliter, similiter faciendo contra conscientiam erroneam peccaret mortaliter. Sequeretur quod utrobique esset peccatum sive predicaret contra legem dei sive non, et ita esset perplexus, quod videtur esse inconveniens. Alia sequitur quod non pateret ei via salutis, cum tamen omnibus pateat per penitentiam in hac vita. Non ergo conscientia ligat erronea. Sed contra est quod ad Romanos xiiii dicitur: omne quod est ex fide peccatum est, et dicit Glossa quod quicquid fit contra conscientiam edificat ad gehennam. Respondeo dicendum quod sicut actus recipiat speciem ab obiecto, non recipit speciem ab eo secundum materiam obiecti sed secundum rationem obiecti. Sicut visio lapidis non recipit speciem a lapide sed a colore, quod est per se obiectum visus. Omnis autem actus humanus habet rationem peccati vel meriti in quantum est voluntarius. Obiectum autem voluntatis est bonum apprehensum. Et ideo actus humanus iudicatur bonus vel virtuosus vel vitiosus secundum bonum apprehensum, in quod per se voluntas fertur, et non secundum materiale obiectum actus. Unde si aliquis credens occidere patrem occidit cervum incurrit parricidii peccatum. Et econtrario si aliquis venator putans occidere cervum debita diligentia adhibita occidit

casualiter patrem, immunis est a parricidii peccato. Si ergo aliquid secundum se non est contra legem dei ut levare festucam de terra vel iurare, et ratio apprehendat conscientia ut contra dei legem existens, et sic voluntas in ipsum feratur, manifestum est quod voluntas fertur per se loquendo et formaliter in id quod est contra legem dei, materialiter autem in id quod non est contra legem dei. Et ideo materialiter est quando est ibi contemptus dei. Et ideo necesse est quod sit ibi peccatum. Et ideo dicendum quod omnis conscientia sive recta sive erronea, sive in per se malis sive in indifferentibus, est obligatoria, ita quod qui contra conscientiam facit peccat. Ad primum ergo dicendum quod licet hereticus qui iurat conscientia erronea contradicente materialiter loquendo non faciat contra legem, formaliter tamen facit ut dictum est. Ad secundum dicendum quod si alicui dictat conscientia ut faciat id quod est contra legem dei, si non facit peccat. Et similiter si facit peccat, cum ignorantia iuris non excusat a peccato nisi forte sit ignorantia invincibilis, sicut est in furiosis et amentibus, que omnino excusat. Nec tamen sequitur quod sit perplexus simpliciter, sed secundum quid. Potest enim conscientiam erroneam deponere et tunc faciens secundum legem dei existens non peccat. Non est autem inconveniens quod aliquo posito aliquis sit perplexus, sicut sacerdos qui tenetur cantare, si sit in peccato peccat cantando et similiter non cantando. Non tamen est simpliciter perplexus quia potest penitentiam agere et absque peccato cantare. Sic etiam in sillogismis sillogisticus uno inconvenienti dato aliud contingit, ut dicitur primo posteriorum.

Deinde quesitum est de penitentia. Et circa hoc quesita sunt duo. Primo utrum aliquis sacerdos si penitenti dicat quod quicquid boni fecerit sit ei in remissionem peccatorum, sit satisfactio sacramentalis. Secundo utrum ei cui preceptum sit divinum officium dicere tamen tenetur ad ipsum, possit imponi aliqua penitentia pro tali omissione vel sit ei impositum quod iteret quod omisit.

xxviii

Ad primum sic proceditur. Videtur quod predicta satisfactio non sit sacramentalis. Sacramentalis enim satisfactio ad aliquid obligat. Sed ille cui predictus modus satisfactionis indicitur ad nichil ligatur. Igitur videtur quod non est sacramentalis satisfactio. Quia perfecta ad nichil aliud homo tenetur implere. Sed contra: cui sic satisfactio iniungitur a sacerdote, nichil aliud tenetur implere vel nichil aliud sit ei data. Ergo quamvis satisfactio sit sacramentalis. Respondeo dicendum quod hic est quadruplex distinctio. Primo enim considerandum quod peccator est debitor alicuius satisfactionis dupliciter. Uno modo ex iniunctione sacerdotis, alio modo ex peccato commisso. Unde si contingat quod sacerdos minorem satisfactionem imponat penitenti quam sit illa ad quam obligatur ex quantitate sui peccati, subtracto eo quod remittitur virtute clavium et contritionis precedentis, nichilominus penitens ad aliquid ulterius obligatur, quod si in hac vita non perficit in purgatorio exsolvet.

Et e contrario si sacerdos imponat maiorem penitentiam quam penitens facere tenetur, presupposita remissione que est facta per vim clavium et contritione precedente, nichilominus penitens tenetur facere quod sibi est iniunctum si assit facultas. Secundo considerandum est quod opus quod quis facit ex iniunctione sacerdotis penitenti duplicem habet efficaciam et valet penitenti. Uno modo ex natura operis, alio modo ex vi clavium. Cum enim satisfactio a sacerdote absolute iniuncta sit pars penitentie, manifestum est quod in ea operatur vis clavium. Ita quod amplius valet ad expiandum peccatum quam si proprio arbitrio homo faceret idem opus. Tercio considerandum est quod satisfactio ad duo valet. Valet enim ad expiationem culpe preterite, valet etiam ad cautelam culpe future. Cum enim homo ieiunat et per hoc confertur ei remedium contra futuras concupiscencias carnis. Ex isto considerandum est quod sacerdos potest penitenti satisfactionem iniungere vel ex proprio arbitrio vel ex consilio alieno. Est ergo dicendum quod sicut potest sacerdos iniungere satisfactionem penitenti ex arbitrio alieno, ita ex arbitrio ipsius penitentis. Ut si dicatur sanabis hic si potes et si non potes sanabis hic. Et sic videtur quod sacerdos dicit: Quicquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum. Videtur autem satis conveniens quod sacerdos non arceat penitentem gravi onere satisfactionis, quia sicut quandoque ignis a multis lignis supra positis de facili extinguitur, ita posset contingere quod parvus affectus contritionis in penitente nuper excitatus per onus immense satisfactionis extingueretur, peccatore totaliter desperante. Unde melius est quod sacerdos penitenti indicet quanta pena esset sibi pro peccatis iniungenda, et iniungat ei nichilominus aliquid quod penitens tolerabiliter faciat. Ex cuius impletione assuefiat ut maiora impleat que sacerdos iniungere sibi non attemptasset. Et quia ea que preter iniunctionem expresse facit penitens accipiunt maiorem vim expiandi culpe preterite ex illa generali iniunctione qua sacerdos dicit: Quicquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum, unde laudabiliter consuevit hoc a multis sacerdotibus dici, licet non habeant maiorem vim ad prebendum remedium contra futuram culpam. Et quantum ad hoc satisfactio talis est sacramentalis, in quantum virtute clavium est culpe commisse expiativa. Et propter hoc unde ad-

XIX Ad sextum sic proceditur. Videtur quod qui obmisit dicere divinum officium sit iniungendum quod iterato dicat. Qui enim tenetur ad aliquod debitum spirituale implendum non potest liberari nisi idem debitum solvat. Si igitur aliquis tenebatur ad hoc debitum scilicet ut divinum officium diceret, videtur quod non possit absolvi nisi hoc debitum solvat. Sed contra est quod penitentie sunt arbitrarie. Ergo pro peccato talis omissionis que est pena secundum arbitrium sacerdotis potest imponi alia. Respondeo dicendum quod in omni divino officio est hoc quod pertinet ad laudem dei et ad suffragium ecclesie. Et distinguitur unum officium ab alio secundum diversitatem temporum et locorum. Rationabiliter enim institutum est ut omni hora deus laudetur secundum congruentiam temporum et locorum. Et ideo sicut in diversis officiis ex solucione obsilada est congruitas locorum, ita et congruitas temporis, que quidem observari non posset si oporteret iniungere omittenti quod horas diceret quas omisit. Forte enim in completorio diceret Iam lucis, et in tempore paschali diceret officium dominice passionis, quod esset absurdum. Et ideo non videtur esse iniungendum ei qui omisit divinum officium quod horas easdem repetat, sed aliquid aliud ad laudem divinam pertinens, puta quod dicat VII psalmos vel unum psalterium vel aliquid amplius secundum quantitatem delicti. Ad id vero quod in contrarium obicitur dicendum quod tempore debito officiorum preeunte iam est impotens ad solvendum tempore debito. Et ideo quia hoc non potest facere iniungenda est ei aliqua alia penitentia.

Deinde quesitum est de materia pene corporali. Et circa hoc quesita sunt duo. Primo utrum sit de arcu nubium qui dicitur iris signum diluvii non futuri. Secundo utrum possit denuntiare pluviam quod nunquam non...

XX Ad primum sic proceditur. Videtur quod arcus nubium non sit signum diluvii non futuri. Illud enim quod fit ex necessitate nature non videtur esse institutum ad aliquid significandum. Sed arcus nubium provenit ex necessitate propter oppositionem solis ad nubem roridam. Ergo non videtur esse signum diluvii non futuri. Preterea huiusmodi apparitiones aeris sicut iris et halo, id est circulus circumstans solem et lunam, et alia huiusmodi causantur precipue ex vaporibus humidis in aere existentibus, ex quibus sequuntur pluvie que diluvium faciunt. Ergo apparitio iridis magis est signum diluvii futuri quam non futuri. Preterea si signum est diluvii non futuri, aut est signum diluvii nunquam futuri aut est signum diluvii non futuri usque ad aliquod tempus. Si autem est signum diluvii nunquam futuri, non oportuisset quod apparuisset nisi semel. Si autem est signum diluvii non futuri ad aliquod tempus, oportet esse determinatum, quod quidem determinari non potest nec auctoritate scripture nec ratione humana. Ergo frustra huiusmodi signum datur. Sed contra est quod dicitur Gen. IX: Arcum meum ponam in nubibus celi et erit signum federis inter me et terram. Et postea subditur: et non erunt ultra aque diluvii ad delendum universam carnem. Respondeo dicendum quod in hiis que in veteri testamento dicuntur quedam observanda est veritas litteralis. Sed quia vetus testamentum est figura novi, plerumque in veteri testamento sic aliquid proponitur ut ipso modo loquendi aliquid significatum designet. Dicendum ergo quod quia cause rerum multe sunt latentes, effectus autem sunt manifestiores, ideo effectus ponuntur in designatione causarum. Est autem considerandum quod pluviarum tria sunt cause, quarum una est sol, materialis vero vapor humidus elevatus de terra et aquis per virtutem solis.

Hec aut duo in cplexi dispositione pnt se hre
q̄nq; em̄ calor solis omnio supiunt vapo
et exsiccat eos et tunc pluvie fieri nō pnt
Vnde in egipto et in terris multum calidis
raro sunt pluvie in estate etia ppt ...
sol sunt pluvie variores in hieme vero
frequentiores q̄nq; vero e cōtrario virtus sol ad hoc
usq; valet ut vapores multiplicat sed hi nō pnt
eos desiccare et tunc supabundat pluvie
et e raro diluvii aquarum q̄nq; vero me-
dio mō se hr scz ut virtus solis nō solum
sufficit ad elevationem vapoꝝ sed etiam hā victo-
riam sup eos et nō tantum multiplicentur
ut diluvium inducere pnt nam etiam ut vapores
omnio desiccet sed pluvia nō sequatur et
ex hac media dispositione ul operatione sol
ad vapores causatur iris que non apparet
vaporibus omnio desiccatis neq; etiam eis in
aere omnio supabundantibus et ideo iris e
signum diluvii nō futuri inquantum procedit
ex tali causa que repugnat diluvio sed
at scriptura tali mō loquendi utitur etiam per
iridem significat Xᵘˢ p quem pregnum a
spuali diluvio Ad pm̄ g° dō q̄ iris
procedit naliter ex talibus causis que repugnat
diluvio et ideo gnrum iris dr signum
diluvii nō futuri Ad scdm̄ dō q̄ pt fieri
pluvias sed nō supabundantes usq; ad hoc
ut fiat diluvium Ad tertium dō q̄ iris
semel apparens significat q̄ tamdiu nō
erit diluvium q̄ diu sol et vapores i eadem
dispositione cōsistunt et ideo nō est supfluum
q̄ frequenter apparet

XXXI

Ad scdm̄ sic procedit q̄ ...
durative pbari possit mundum nō
esse eternum Si em̄ mundus esset eternus
nō posset cōputari initium annorum ab initio
mundi sicut at mūs scribit in paschali cereo
sed g° nō posset paschalis cereus in
eadem bndicti... Ad h° cōpetit cōputatio scdm̄
exercitium annoꝝ lunarium sup annos
solares sed talis exercitia cōputa nō
posset si mundus esset eternus g° mundus nō e
eternus Sed cont° id q° est fidei nō pt
demonstrari q̄ fides est nō apparentium ut
dr ad heb̄ xi sed mundum ex quodam pncipio
pro tpe e fidei articlus Vnde et gphetice
a genese dictum e In pncipio creavit deus
celum et terram ut Greg dr in 1 Omel Ezech
g° mundum nō ee eternum nō pt demonstrari phari
Respo dō q̄ sicut ea que sumpta voluntate divine
subsistunt demonstrari nō pnt ita demonstrative
pbari sicut ut dr 1 ad Cor 2 q̄ que sunt
sidi nemo novit nisi sps dei et talia aut
nō dependet ex alia causa nisi ex sola

dei voluntate Vnde ea que ad pncipium mundi
ptinet demonstrative pbari nō pnt sed sola fide
tenetur gphetice p sprm sctm revelata sunt
sicut aplus ... pmissa ulterius subiungit Nob aut
revelavit deus p sprm sctm Est at cavendum
ne d eis que fidei sunt aliquis demonstrationes adducere
psumat ppt duo Pmo quidem q̄ in hoc dero-
gatur excellentie fidei cuius veritas omnem huanam
rationem excedit sm̄ id Eccliastici iii plurima sup
sensum hoīs ostensa sunt tibi que at demonstrative
probari pnt rationi huane subduntur Scdo
quia plurimi tales rationes inducere solent dant
occasionem irrisionis infidelibus dum putant
q̄ ppt rationes hmōi ... que sunt fidei assentiamus
Et hoc expresse apparet in rationibus hic inductis
que derisibiles sunt et nullius momenti ... em̄
q° inducitur d cereo paschali nō auctoritas e plane
et auctoritas nō e demonstrare pbare sed fidei sp
apudam facit et tamen multo validior est auctoritas
sacre scripture q̄ cerei conscriptio tamen sic assertione
annorum mundi cereus paschalis fundari posset
Non em̄ e d necessitate paschalis cerei talis
assertio Vnde in multis ecclesiis nō est consuetudo
ut aliquid cereo ascribatur Et q° scdo opponitur
derisibile e Non em̄ exercitia annoꝝ lunarium
ad solares cōputatur ab initio mundi sed ab aliquo
determinata radice puta ab aliqua operatione solis
et lune ul ab alio quecunque vul ab aliquo hmōi
sicut modis aliis cōputatoribus astronomicis

Deinde questium est de rebus
divinis et huanis Circa res divinas
questum est pmo de essentialibus
scdo d psonalibus Circa essentialia
questium e pō de sciencia dei scdo d eius potentia
Circa scientiam questium e utrum in deo sit plures
ydee Et videtur q̄ sic Dicit em̄ Aug lxxxiii q° ... ...
q̄ deus singula fecit rationibus ... et aliarum
hoīem alia ratione quod pz rationes reꝝ in
mente divina dicuntur ydee Ergo p Aug ibidem g° sunt
plures ydee Sed contra Scdm hoc sunt aliqua distincta q̄
eꝝ esse distinctum consistit Cognoscat ad alioꝝ
ratione in seipso g° distinctam reꝝ sunt in deo plures
et distincte ydee Sed quia omne nomen q° d i divinis
dr aut e essentiale ut deus aut psonale ut pr
aut notionale ut gnativus sed hoc nomen ydea nō
e psonale neq; notionale q̄ nō gnet ... pprios
g° e nomen essentiale sed nullum essentiale multiplicatur
in divinis g° nō possunt dici q̄ in deo sunt plures
ydee Respo dō q̄ dupx e pluralitas Vna quidem
pluralitas e reꝝ et sm̄ hoc nō sunt ydee plures
Nominat em̄ ydea formam extra rem Est em̄ una
res que est omium exemplar scz divina essentia qua
sicut imitant inquantum sunt et bona sunt Alia vero
pluralitas est sm̄ intelligentie rationem et sm̄ hoc plures
sunt ydee Licet em̄ omnes res inquantum sunt divinam

essenciam imitantur. Non tamen uno vel eodem mo
do omnia imitantur ipsam sed diversimode et secundum diversos
modos. Sic igitur divina essencia, secundum quod est
imitabilis hoc modo ab hac creatura, est propria
racio et ydea huius creature, et similiter de aliis.
Unde secundum hoc sunt plures ydee, secundum quod intelligitur
divina essencia secundum diversos respectus quos
res habent ad ipsam, eam diversimode imitantes.
Huiusmodi autem respectus non solum intelliguntur ab
intellectu creato, sed eciam ab intellectu increato
ipsius dei. Scit enim deus et ab eterno sciuit
quod diverse creature diversimode essent eius essenciam
imitature. Et secundum hoc ab eterno fuerunt in mente
divina plures ydee. Sic raciones rerum intellecte
in deo. Hoc enim significat nomen ydee, ut sit scilicet
quedam forma intellecta ab agente, ad cuius similitudinem
exterius opus producere intendit. Sic edificator
in mente sua precipit formam domus, que est quasi
ydea in materia fienda. Ad primum ergo dicendum quod cum
Augustinus intelligit esse aliud et alia racione secundum
diversitatem respectiuam ut dictum est. Ad secundum dicendum
quod cum dicitur scilicet hoc sunt res distincte, put deus
earum distinctionem cognoscat, hoc locucio est duplex.
Cum enim dicitur secundum quod deus cognoscit, potest referri
ad cognicionem divinam ex parte cogniti vel ex parte
cognoscentis. Si ex parte cogniti sic est vera locucio.
Est enim sensus quod hoc modo res sint distincte
sicut deus cognoscat eas distinctas. Si vero refertur ad
cognicionem ex parte cognoscentis, sic locucio
falsa est. Erit enim sensus quod res cognite illum
modum distinctionis habent in intellectu divino quem
habent in seipsis, quod falsum est, quia in se res sunt
diverse essencie, non autem in intellectu divino. Sic
diverse essencie, non autem in intellectu divino. Sic
eciam res in seipsis sunt materiales, in intellectu autem
divino immateriales. Et in hoc ultimo sensu procedebat
obieccio. Ad tercium dicendum quod racio illa procedit de
pluralitate reali. Talis enim pluralitas in nominibus
essencialibus non invenitur, sed solum pluralitas que
est secundum intelligencie racionem.

Deinde quesitum est de potencia, ad
potenciam dei. Et primo utrum in deo sit
virtus. Secundo de quodam effectu divine virtutis,
utrum scilicet aque sint super celos. Tercio ad quid virtus
divina se extendere possit.

ii Ad primum sic proceditur. Videtur quod in deo
non sit virtus. Quia ut philosophus dicit in primo
de celo, virtus est ultimum potencie. Sed
divina potencia non habet ultimum, cum sit infinita.
Ergo in deo non est virtus. Sed contra divine imme-
diatum operacionis principium virtus est. Operacio
autem a virtute aliqua procedit. Sed in deo est aliquod
immediatum operacionis principium, quia deus immediate
aliqua operatur. Ergo in deo est virtus. Respondeo dicendum quod cum
virtus accipiatur significat potencie complementum.
Et inde est quod virtus uniuscuiusque rei que bonum
facit habentem et opus eius bonum reddit, ut dicitur
in ii° ethicorum. Cum enim ostenditur potencia esse completa
cum et agens est perfectum et actio perfecta. Cum igitur
potencia dei sit maxime completa, potentissime in deo
virtus invenitur. Unde dicitur Sap. xii: virtutem ostendis
tu qui non crederis in virtute consummatus. Et in psalmo:
magnus dominus et magna virtus eius. Ad primum ergo dicendum
quod cum quibus virtutes notificatur non per aliquid quod
de virtute essencia producet sed per illud ad quod virtus
ordinatur et ab eo speciem habet. Sic Augustinus dicit quod fides
est credere quod non vides. Credere enim non est ipsa
fides sed actus ad quem fides ordinatur. Et hoc
modo philosophus diffinit virtutem cum dicit virtus est ultimum
potencie, quia scilicet virtus rei attenditur in ordine
ad hoc in quod ultimum potest. Sic virtus eius qui potest ferre
centum libras, ut ipse ibidem dicit, non consistit in hoc
quod ferat decem, sed in hoc ut ferat illud ultimum. Et
quod potest non respectu paruorum sed respectu totius
quod potest. Virtus igitur divina non potest attendi secundum
aliquod ultimum operis ipsius, quia nullum opus eius
est quod adequet virtutem, ut deus amplius facere
non possit. Sed virtus eius attenditur secundum totum in
quod potest. Hoc autem infinitum est, quia deus infinita
facere potest. Unde et virtus est infinita, et hoc est
ultimum ei infinita posse, sicut virtuti finite
ultimum est aliqua determinata posse.

iii Ad secundum sic proceditur. Videtur quod aque
habentes veram speciem aque elementaris
super celos existant. Hoc enim dicitur innot-
escit propter similitudinem, quia habet cum mundo ma-
iori. Sic videmus quod in corpore humano supponitur
cerebrum quod habet naturam aque, cordi quod habet propter
ignem inquantum in eo est fons naturalis caloris.
Ergo eciam in mundo maiori aqua supponitur
aliis elementis. Et hec racio videtur esse Augustini
in xi de civitate dei, ubi dicit de quibusdam quod ponderibus
elementorum mouentur, et ideo non putant
aquam fluidam grauemque per naturam in superioribus
mundi locis potuisse constitui, quia si secundum raciones
suas, si ipsi homines facere potuissent, non ei
pertinerent ignire flamma dicitur. Et tamquam in
elementis corporis nostri aquarum vice optime
in capite poneret. Sed contra partes mundi
optime et ordinatissime sunt disposite secundum
suam naturam, sed id quod speciem aque habet
naturaliter est ponderosum et ita naturaliter subsidet
corporibus leuibus, aeri et igni. Non ergo aliquid
habens veram naturam aque super celos existit.
Respondeo dicendum quod sacra scriptura, que mentiri non potest,
expresse dicit aquas esse super celum. Dicitur enim
Gen. 1°: Cum divisit deus aquas que sunt sub fir-
mamento ab aquis que sunt super firmamentum.
Et in psalmo dicitur: Aque que super celos sunt laudant
nomen domini. Et ideo sicut Augustinus ii° super Genesim
dicit ad literam, quomodo et quales ibi aque
ibi sint, ibi esse eas minime dubitemus.
Maior quippe est scripture huius auctoritas,

quam omnis humani ingenii capacitas. Sed
sicut Augustinus in primo eiusdem libri dicit: Turpe est
nimis et perniciosum et maxime cavendum, ut christianum
de his rebus, scilicet naturalibus, quasi secundum christianas litteras
loquentem ita delirare quilibet infidelis
audiat, ut quemadmodum toto celo errare
conspiciens risum tenere vix possit. Et non tam
molestum est quod errans homo deridetur, sed quod
auctores nostri ab eis qui foris sunt talia sen-
sisse creduntur, et cum magno eorum exitio quorum
saltem satagimus, tamquam indocti reprehenduntur
atque respuuntur. Et ideo sic ipse subiungit mul-
tiplices expositiones. Videndum est quas ipse
posuit in libris Genesis. Et sic excipiat una
expositio quod aliam expositioni non preiudicet, que
forte melior est quam prima. Quod dicit de aquis super
celos existentibus materialiter potest intelligi. Uno modo
ut per firmamentum vel per celos non intelligatur
firmamentum sed celum in quo sunt sidera, sed hunc aerem
in quo aves dicuntur volare, super quem aerem
aque vaporaliter elevantur et ex inde pluvie
generantur. Et de hac expositione dicit Augustinus in ii°
super Genesim ad litteram: Hanc consideratorem diligentissimi
indicis [?], quod autem dicitur neque contra fidem est et promptum
potius documento credi potest. Tercio aut per firmamentum
vel celos intelligatur firmamentum ubi sunt sidera
posita. Sic sciendum est quod de hoc firmamento diversas
opiniones fuisse: quidam enim posuerunt firmamentum
esse ex quattuor elementis compositum, que videtur
fuisse opinio Empedoclis. Et secundum hoc
nichil prohibet dicere supra celum siderum
esse aquas elementares tamquam simpliciores
et super ignem a quo vocatur celum empireum.
Aliorum autem positio est quod celum vel sit ignee
nature sicut Plato posuit, vel non sit de natura
quattuor elementorum sed habens altiorem naturam
sicut posuit Aristoteles. Utroque horum supposito
inconveniens videtur super firmamentum aquarum
elementarum materialiter esse dispositionem. Nunc enim
sicut Augustinus dicit in ii° super Genesim: Quemadmodum
deus instituit naturas rerum nos convenit querere,
non quid in eis vel ex eis ad miraculum sue
potencie velit operari. Sed tamen aquas aliquales
supra huiusmodi firmamentum ponere possumus. Uno modo ut
per aquas intelligamus totam materiam corporalem,
sicut accipitur in principio Genesis. Et secundum expositionem
Augustini. Secundo secundum huius intellectum aquas esse supra
celos sidereos nichil aliud est dicere quam aliquid
de materia corporali super hos celos existere. Et hoc
etiam a dictis philosophorum modernorum non discordat,
qui ponunt super octavam speram in qua sunt stelle
aliam speram in qua nulla est stella. Et hanc
expositionem ponit Augustinus super Genesim contra Manicheos.
Alio modo potest dici quod sicut celum empireum dicitur
igneum non quia habet speciem ignis sed propter splendorem,
ita etiam aque super celos dicuntur non quia

habeant speciem aque, sed quia habent dyaphaneitatem
ad modum aque, ut firmum celum, secundum quod empireum
dicitur, sit totum splendidum, secundum aut quod hoc quod
aqueum dicitur sit dyaphanum totum, aut celum quod dicitur
sidereum sit partim lucidum et partim dyaphanum.
Dicit igitur: quomodocumque potest veritas sacre scripture salvari,
quolibet modo non est coartandus sensus sacre scripture
ad aliquid horum. Ad primum ergo dicendum quod homo assimilatur
maiori mundo quantum ad aliquid, inquantum scilicet constat
ex corporali et spirituali natura, sicut et totum universum,
non tamen quantum ad omnia assimilatur universo. Ordo enim
partium in homine non est sicut in quodam exigit eorum na-
tura, sed prout exigit ratio finis. Ponitur enim cor in medio
ut ex eo diffundantur operationes vite de facili per
totum corpus. Cerebrum autem ponitur in summo ut operationes
naturales que ibi quodammodo perficiuntur non impediantur
per diversas corporum transmutationes. Sic et ordo
cognitionis humane non est secundum ordinem naturalium
sed quo ad nos. Augustinus autem non induxit quod asserendo
sed obviando hiis qui scripturas prave interpretantur.

Deinde considerandum est de hiis ad que
divina potentia se extendere potest. Et circa
hoc queruntur duo. Primo utrum deus possit
aliquid in nichilum redigere. Secundo si aliquid esset
in nichilum redactum utrum deus posset reparare
illud idem in numero.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod deus possit iiii
aliquid in nichilum redigere. Equalis enim
est distantia non entis ad ens et entis
ad non ens. Sed deus potest ex nichilo aliquid facere,
ergo deus potest ex aliquo facere nichil. Sed contra:
deus non potest esse causa defectiva, sed causa que facit
tendere in non esse est causa defectiva, ergo deus non
potest aliquid redigere in nichilum. Respondeo dicendum quod de
potentia dei loqui possumus dupliciter. Uno modo absolute
considerando eius potentiam. Alio modo considerando ipsam in ordine
ad sapientiam vel prescientiam suam. Loquendo igitur absolute
de dei potentia sic potest deus universam creaturam
redigere in nichilum. Cuius ratio est quia creatura
non solum producitur in esse a deo agente sed etiam per eum
conservatur in esse, secundum illud ad Hebreos i°: Portans
omnia verbo virtutis sue. Ut Augustinus dicit x° super Genesim ad litteram:
Virtus dei si aliquando ab eis que creata sunt
regendis cessaret, simul et illorum cessaret species
omnisque creature natura concideret. Sed autem deus propria
voluntate agit et non ex necessitate nature ad rerum
productionem sicut et ad earum conservationem. Et ideo potest subtrahere
suam actionem a rebus conservandis, et hoc ipso omnia in
nichilum decaderent. Si vero loquimur de potentia dei
in ordine ad eius sapientiam vel prescientiam, sic non potest
quod res in nichilum redigantur, quia non habet hoc divina
sapientia. Creavit enim deus ut essent omnia, ut dicitur Sap. i°,
non ut in nichilum caderent. Ad secundum dicendum quod causa
defectiva aliquis potest esse dupliciter. Uno modo ex propria intentione,
sicut ad aliquis abstrahendo lucem causat tenebras.
Et hoc modo non oportet quod sit causa defectiva illud
quod causat per defectum. Sic autem deus potest esse

aliam defectus causa, vel excecationis ut obduracionis vel annichilacionis si vellet. Alio modo aliquid est causa defectus preter intencionem, et sic solum oportet quod causa defectus sit deficiens, quia ex defectu agentis contingit quod non inducat perfectionem in suo effectu. Et deus nullo modo potest esse causa defectus secundum tercium.

v Ad secundum sic proceditur. Videtur In non esse quod deus non possit illud quod in nichilum redactum est idem numero reparare. Dicit enim philosophus in primo de generatione quod ea quorum substantia corrumpitur non reiterantur eadem numero, sed eorum que in nichilum rediguntur substantia corrumpitur, ergo eadem numero reiterari non possunt. Sed contra est quod Augustinus dicit xxii de civitate dei: Si caro humana perisset omnibus modis, ut nulla eius materies in ullis latebris remansisset, unde si vellet eam repararet omnipotens. Sed nulla materia remanente de re corrupta que corrumpitur in nichilum redigitur, ergo quod deus illud quod est in nichilum redactum potest numero reparare. Preterea diversa est causa unitatis sicut Damascenus dicit, sed nullum non facit aliquam diversitatem, quia non entis non sunt species nec differentie secundum philosophum. Ergo illud quod reparatur a deo potest esse unum et idem numero cum eo quod in nichilum fuit redactum. Responsio dicendum quod in hiis que in nichilum redigi possunt est quedam differentia attendenda. Quedam enim sunt quorum unitas in sui racione habet duracionis continuitatem, sicut patet in motu et in tempore. Et ideo interrupcio talium directe contrariatur unitati eorum secundum numerum. Et talia vero que contradictionem implicat non continetur sub numero divine possibilitatis, quia deficiunt a racione entis. Et ideo si huiusmodi in nichilum rediguntur, deus ea non potest eadem numero reparare. Hoc enim esset facere contradictoria simul esse vera, puta si motus interruptus esset unus. Alia vero sunt quorum unitas non habet in sui racione continuitatem duracionis, sicut unitas rerum permanencium, nisi per accidens, inquantum eorum esse subiectum est motui, sic enim et mensuratur huiusmodi tempore, et eorum esse est unum et continuum secundum unitatem et continuitatem temporis. Et quia naturale agens non potest ista producere sine motu, inde est quod naturale agens non potest huiusmodi reparare eadem numero, si in nichilum redacta fuerint. Sed deus potest reparare huiusmodi substantia eorum corrupta, sine motu, quia in eius potestate est quod producat effectus sine causis mediis. Et ideo potest ea eadem numero reparare etiam si in nichilum elapsa fuerint. Unde patet responsio ad primum et ad secundum. Ad tercium dicendum quod nichilum non est differentia alicuius entis, sed per hoc quod aliquid reducitur in nichilum interrumpitur continuacio essendi, que pertinet ad unitatem motus et eorum que continuantur ad motum.

Deinde quesitum est de personalibus que pertinent ad personam filii. Primo quantum ad naturam divinam, secundo quantum ad naturam assumptam. Circa primum quesita sunt duo. Primo utrum pater eodem verbo dicat se et creaturam. Secundo utrum filius sua filiacione distinguatur a spiritu sancto.

vi Ad primum sic proceditur. Videtur quod pater non eodem verbo dicat se et creaturam. Dicere enim se soli patri convenit, ut dicit Augustinus vii de trinitate, sed dicere creaturam convenit toti trinitati. Illa enim que important respectum ad creaturam toti trinitati conveniunt, ut patet per Dyonisium ii c. de divinis nominibus. Ergo pater non eodem verbo dicit se et creaturam. Preterea creatura procedit a deo per modum voluntatis, filius autem qui est verbum quo pater dicit seipsum procedit a deo per modum nature, quia ut dicit Hylarius in libro de synodis omnibus creaturis substanciam voluntas dei attribuit, filio autem dedit natura nativitatem. Ergo non est idem verbum quo pater dicit seipsum et quo dicit creaturam. Responsio dicendum quod sicut Augustinus in xv de trinitate dicit, verbum dei representatur aliqualiter per verbum nostri intellectus, quod nichil aliud est quam quedam accepcio actualis nostre notitie. Illud enim quod simul actu considerando concipimus hoc verum nostri intellectus est, et hoc est quod verbo exteriori signamus. Sed quia nos non totum illud quod habitualiter scimus simul actu mente concipimus, sed de uno intelligibili movemur ad aliud, inde est quod in nobis non est unum solum verbum mentale sed multa, quorum nullum adequat nostram scienciam. Sed deus semper quicquid scit actu intelligit, et ideo in mente eius non succedit verbum verbo, et sic eadem sciencia scit se et omnia alia. Ita etiam eodem verbo exprimit seipsum et omnia alia. Nec esset eius verbum perfectum, ut Augustinus in eodem libro dicit, si aliquid minus esset in eius verbo quam in sciencia. Unde quicquid pater scit totum unico verbo suo dicit. Et sic necesse est quod idem sit verbum quo dicit seipsum et quo dicit creaturam. Ad primum ergo dicendum quod dicere si proprie sumatur est producere verbum, quod soli patri convenit. Et ideo si dicere in divinis proprie sumatur solus pater dicit, quia solus ipse generat verbum. Hoc tamen verbo exprimitur quicquid tota trinitas scit, quia trium personarum una est sciencia. Et ex hac racione verbum importat respectum ad creaturam, inquantum est expressio huius sciencie, quam pater habet communem de aliis personis et creaturis. Ad secundum dicendum quod aliud est verbum, et illud quod dicitur verbo. Hoc enim verbo quod est lapis significatur res que non est verbum sed corpus. Unde nichil prohibet creaturam procedere ex deo per modum voluntatis, verbum autem quo dicitur creatura per modum nature.

vii Ad secundum sic proceditur. Videtur quod filius distinguatur filiacione a spiritu sancto. Eodem enim modo aliquid constituitur et ab alio distinguitur. Sed persona filii constituitur filiacione, que est proprietas personalis constituens personam filii. Ergo filiacione distinguitur a spiritu sancto. Sed contra est quod Boetius in libro de trinitate

Quia sola relatio in divinis multiplicat trinitatem.
Et anselmus dicit in libro de processione spiritus sancti
quia ibi solum distinguuntur persone divine ubi
occurrit relationis oppositio. Sed filius non opponitur
relative spiritui sancto filiatione sed solum patri. ergo filius
non distinguitur filiatione a spiritu sancto. sed solum a
patre. Ad primum dicendum quod sicut modo se habent proprietates
personales in divinis ad distinguendum personas
ita se habent in rebus naturalibus forme substantiales
ad distinguendum species rerum. Sed tamen quod a casu
excepta ad divinam assumpta non omnino similia sunt
in rebus autem naturalibus distinguitur aliquid per formam
suam ab alio dupliciter. Uno modo secundum directam oppositionem
forme ad formam. et hoc modo distinguitur una
quelibet res naturalis ab omnibus speciebus sui generis
que habent formas oppositas. sicut quelibet greges dividuntur
oppositis differentiis. Sicut zaphirus distinguitur
sua forma ab aliis omnibus aliis formis. ut speciebus
lapidum. Alio modo distinguitur res naturalis per
suam formam. tamquam per habere et non habere. Et hoc
modo quod habet formam naturalem distinguitur ab omnibus
non habentibus formam illam. sicut zaphirus per suam
formam naturalem distinguitur non solum ab aliis
generibus lapidum sed a speciebus animalium et plantarum
Sicut igitur dicendum est quod filius sua filiatione di-
stinguitur quidem a patre secundum oppositionem rela-
tivam filiationis ad paternitatem Sed a spiritu sancto
distinguitur filiatione per hoc quod spiritus sanctus non habet
filiationem quam filius habet Et per hoc patet responsio ad obiecta.

xiii

2 Deinde quesitum est de filio. quantum ad
animam assumptam. Et circa hoc quesitum est
utrum fuerit unum numero corpus christi affixum
cruci et iacens in sepulcro. Et videtur quod non
Que differunt specie. differunt numero. sed corpus christi appen-
sum in cruce et iacens in sepulcro differunt specie
modo, quia mortuum et vivum differunt specie. ergo
non est unum et idem numero. Sed contra quecumque sunt
unum et idem supposito vel ypostasi sunt unum
et idem numero Sed corpus christi iacens in sepulcro et
appensum cruci est unum et eadem supposito sive
ypostasi. Et illa ypostasis verbi dei nunquam separata
est ab eius corpore. ergo corpus christi est unum et idem
numero appensum cruci et iacens in sepulcro.
Responsio dicendum quod circa hoc cavende sunt due dam-
pnate hereses. quarum una est Arrianorum
qui cum ponerent christum animam non habuisse. sed verbum
corpori loco anime unitum. per consequens posuerunt
quod verbum separatum est in morte a corpore. sicut
manifeste patet in questione sermonis de Arrianorum
contra quem Augustinus disputat. Alia vero heresis
est Iacobitarum. que est in Generali sinodo
dampnata. qui cum ponerent unam naturam compositam
ex humanitate et divinitate. posuerunt illam
naturam simpliciter incorruptibilem. et ita posuerunt
corpus simpliciter incorruptum non solum corruptione
putrefactionis. sed fides catholica tenet secundum

psalmus Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. scilicet
corruptionem que pertinet ad rationem mortis. quod est
impium. quod patet per Damascenum in libro iiiº. Sic igitur
ad excludendum heresim primam. oportet nos ponere iden-
titatem secundum suppositum in corpore christi appenso cruci et posito
in sepulcro. Ad excludendum vero secundam heresim. oportet
nos ponere christi differentiam mortis et vite. quia prima uni-
tas maior fuit. Sed secundum diversa. Ad primum dicendum quod est idem
numero corpus christi appensum cruci et iacens in sepulcro Ad
secundum dicendum quod ratio illa non tenet in corpore christi propter
unitatem ypostasis

xv

Deinde quesitum est de rebus humanis. Et
primo de gratia. secundo de gratie sacramentis
tertio de actibus humanis. Circa primum queritur
utrum deus semper faciat novam gratiam. Et videtur quod
Augustinus enim viii super Genesim ad litteram comparat infusionem
gratie illuminationi. sicut nunquam aer presente luce. nam
factus est lucidus sed fit. quia si factus esset non fieret
et eo ablato lucis. lucidus non maneret. Sic
homo deo sibi presente illuminatur. absente autem continue
tenebratur. A quo non locorum intervallis sed voluntatis
aversione discedit. Sed sol semper facit novum lumen
in aere. ergo deus semper facit novam gratiam in anima
Sed gratia nobilior creatura. nobilius est esse
Sed gratia nobilissima creatura est quia est perfectio nature
rationalis create. ergo eius est esse nobilissimum
non ergo datur solum in momento. Et ita non semper
deus facit novam gratiam. Responsio dicendum quod duplex est
actio quedam est que fit cum motu. Et talis actio
semper est cum aliqua innovatione. quia semper in motu
aliquid fit et aliquid desinit esse. inquantum acceditur
ad terminum et receditur a termino. Et propter hoc philosophus dicit
in viii physicorum. quod in omni motu est quoddam fieri
et corrumpi. Alia autem actio est. que est. sine motu
per simplicem communicationem forme. inquantum scilicet agens
suam similitudinem imprimit recipienti disposito.
Et talis actio in principio quidem est cum innovatione.
scilicet cum de novo acquiritur forma in subiecto. sed continuatur
ipsius actoris. sine ullo hoc motu adiuncto.
sed simplici influxu. sine mutatione. Ita etiam
illam sine innovatione. Et hoc modo causatur gratia
a deo in anima. Unde dicendum quod quamdiu gratia durat
in anima. deus in anima operatur causando eam. non tamen
quod faciat semper novam gratiam. Et quod singulis mo-
mentis existentibus corrumpatur. Sed quod eandem gratiam
quam primo infudit. semper operatur in anima servando
ipsam. quod semper difficile est ad intelligendum
non valentibus abstrahere considerationem suam ab actionibus
que sunt cum motu in quibus semper aliquid innovatur
ut dictum est. Ad primum ergo dicendum quod lumen semper
fit in aere quia semper a calore solis illuminantis actore
conservatur. non quod semper fiat aliud et aliud lumen

Deinde quesitum est de sacramentis. Et primo
de sacramento penitentie utrum per absolutionem
sacerdotis remittatur culpa. Secundo de
sacramento matrimonii utrum vir possit

accipere crucem, si timeatur de incontinentia uxoris non valentis virum sequi.

x Ad primum sic proceditur. Videtur quod per absolutionem sacerdotis culpa remittatur. Dicit enim Hugo de sancto Victore in libro de sacramentis: Sententia petri sequitur sententiam celi; sed sententia celi est de remissione culpe; ergo remissio culpe sequitur per sententiam petri, que est sacerdotis absolventis. Praeterea sacramenta sunt medicina contra peccata, sed per medicinam sanantur vulnera et contritiones; ergo contritio vel vulnus peccati sanatur per sacramentum penitentie, quod consummatur in hoc quod sacerdos dicit: Ego absolvo te, sicut sacramentum baptismi in hoc quod dicit: Ego te baptizo. Ergo per absolutionem sacerdotis dimittitur culpa. Sed contra est quia per solam contritionem dimittitur peccatum, secundum illud Psalmi: Confitebor adversum me iniustitias meas domino, et tu remisisti impietatem peccati mei. Sed contritio precedit absolutionem sacerdotis, quia sacerdos non debet aliquem absolvere nisi esset cum contritione; ergo remissio culpe precedit absolutionem sacerdotis. Quia sacerdos non debet aliquem absolvere, non ergo per absolutionem sacerdotis culpa remittitur. Responsio. Dicendum quod sacramenta dupliciter operantur: uno modo secundum quod exhibentur in actu, alio modo secundum quod habentur in voto. Et hoc ideo quia sacramenta operantur ut instrumenta divine iustitie, que nunc iustificant; deus autem respicit ad hominis cor, secundum illud i Regum xvi: Homines vident ea que apparent, deus autem intuetur cor. Et ideo quamvis ipsi [illegible] non agunt nisi principaliter adhibere sacramenta, tamen agunt etiam secundum quod sunt in voto; sed plenius sacramentalem effectum inducunt cum actu exhibentur. Sicut patet in baptismo: nam cathecuminus, si sit adultus et habeat baptismum in voto, iam consecutus est effectum baptismi quantum ad emundationem a peccato et consecutionem gratie, que est principalis effectus eius; sed cum actu baptismum accipit, suscipit caracterem et dimissionem totius pene. Sed quicumque tamen decet, qui non fuisset [?] habere baptismum in voto quam actu baptizaretur; sic precipue patet in pueris, quibus recipit per baptismum gratiam remittentem culpam et omnem alium sacramentalem effectum. Et hoc contingeret in adulto si sibi cum baptizaretur votum baptismi reciperet. Et idem est etiam in sacramento penitentie, quod consummatur in dispensatione ministri absolventis. Tunc enim aliquis actu absolutus consequitur plenarie sacramenti effectum; sed si antequam absolvatur habeat sacramentum in voto, scilicet quando proponit se subicere clavibus ecclesie, iam virtus clavium operatur in ipso et consequitur remissionem culpe. Si quis tamen in ipsa absolutione incipit conteri et claves ecclesie habere in voto, in ipsa absolutione sacerdotis culpa ei dimittetur per gratiam que infunditur in hoc sacramento, sicut et in aliis sacramentis nove legis. Unde quandoque contingit quod aliquis non perfecte contritus virtute clavium gratiam contritionis consequitur, dummodo non ponat obicem spiritui sancto. Et idem est in aliis sacramentis nove legis in quibus gratia confertur. Videtur tamen esse differentia inter baptismum et penitentiam, quia hoc sacramentum penitentie sic exhibetur adultis, in quibus ut plurimum contritio precedit tempore confessionem et absolutionem; baptismus autem multotiens confertur pueris, in quibus votum baptismi non precedit. Unde ad simile apparet si etiam baptismus exhibetur adultis. Ad primum ergo dicendum quod verbum Hugonis

non sic intelligendum quod sententia petri in sacerdote absolvente precedat tempore sententiam celi, id est dei remittentis culpam, sed quia in sententia petri apparebat sententia dei. Ad secundum dicendum quod medicina sacramentalis operatur non solum actu adhibita sed etiam in proposito existens. Et ideo quandoque sanatio vulneris precedit sacramentalem absolutionem. Ad tertium dicendum quod numquam potest esse vera contritio sine voto clavium ecclesie, quantumcumque sit dolor de peccato preterito et propositum abstinendi in futurum; et ideo in contritione culpa remittitur.

xi Ad secundum sic proceditur. Videtur quod vir possit accipere crucem ad transeundum ultra mare nolente uxore, etsi de eius incontinentia timeatur. Non enim debet homo postponere propriam salutem pro salute aliena; sed homo procurat salutem propriam per hoc quod cruce signatur, consequitur plenam remissionem peccatorum; ergo non debet hoc pretermittere ut provideat saluti uxoris. Sed contra est quod Augustinus dicit: Si abstines sine voluntate uxoris, tribuis ei fornicationis licentiam, et peccatum illius tue imputabitur abstinentie. Sed accipiendo crucem impeditur a reddendo debiti; ergo videtur quod peccatum uxoris, si non contineat, imputabitur viro. Responsio. Dicendum quod ea que sunt necessitatis non sunt pretermittenda propter ea que sunt proprie voluntatis. Unde etiam dominus Matthei xv reprehendit phariseos qui dicebant pretermittere mandatum dei de honorando parentes ut aliqui voluntarie obligationes deo offerant. Est autem necessitatis viro imminens ut gerat curam uxoris, quia caput mulieris est vir, ut dicitur i ad Corinthios xi. Sed quod accipiat crucem ad transfretandum subiacet proprie voluntati. Unde si uxor sit talis que secum non posset propter aliquod licitum impedimentum, et de eius incontinentia timeatur, non est ei consulendum ut accipiat crucem et dimittat uxorem. Secus autem est si uxor voluerit continere, vel velit vel possit secum virum sequi. Ad primum ergo dicendum quod hoc etiam ad salutem propriam viri pertinet ut gerat curam de salute uxoris, que viri regimini committitur.

Deinde quesitum est de his que committuntur actibus humanis. Et primo de actibus pertinentibus ad prelatos; secundo de actibus qui possunt pertinere ad omnes. Pertinet autem ad prelatos precipue dispensare in preceptis, excommunicare rebellantes preceptis, et beneficia ecclesiastica conferre. Unde circa primum queruntur quatuor. Primo de obedientia circa precepta prelatorum: utrum scilicet religiosus teneatur obedire prelato suo precipienti ei in virtute obedientie quod revelet ei crimen fratris occultum. Secundo circa dispensationem: utrum papa possit dispensare in bigamia. Tertio circa excommunicationem: utrum aliquis teneatur vitare excommunicatos illos de quorum excommunicatione est inter peritos diversa sententia, quibusdam dicentibus eos excommunicatos esse et aliis non esse. Quarto circa collationem beneficiorum: utrum prelatus ecclesie licite possit dare beneficium consanguineo suo idoneo, cum si [illegible] sit ei alius et magis idoneus.

Ad p'm sic procedit'. Videt' q subditus XII
no teneat' obedire plato pripienti
revelacoem crimis occulti Nullus em tenet'
obedire alicui in h'. qd no subdit' ei q' iudice
sz occlta no subdunt' iudicio huano. s' soli
iudicio divino. ergo circa eorz revelacoz nullus
tenet' obedire plato pripienti. Sed ct e
q platus in ordine religiosorz pt pripe illud
de quo tenet' statutis. vel consuetudine. pt exige
iuramentu. ab aliquo. ut revelet illud. qd
scit de aliquo occulto. ut dt queda decretal'
de purgacoib'. ergo pari racione platus i casu
pt religioso pripe in virtute obediencie. ut dicat
ei si qd scit de aliquo crimine occulto. Respo dd
qd petm duplr pt ee occultu. Uno mo sic
ita q ad multorz notica nullo mo pveniat
Et tale petm occultu. nocet solu facienti.
Et ideo q tale petm occultu. fratres scit. solu h'
debet intende. ut fris peccantis saluti pviat
Unde institutus e sic a dno ordo correctionis
frne ut pmo qdm corripiat aliqs. frez occulte
peccantez. int se et ipm solu. pxmo adhibeat
duos ut tres testes. et tunc tandm si
no corrigat' dicat ecclie. Contra que ordinez
si platus pripiat. ut petm fris occultu dicat ei
no e obediendu. et ipse peccat pripiendo. Contra
aplet dcm. magis oz deo obedire qm hoib'. Aliq petm
fris. no sit adeo occultu. qn et p aliquas suspi-
ciones in multorz notica pveniat. unde multorz
scandalu oriat'. Tam petm no solu nocet illi
sz multis. Et qz bonum multitudis. pfert' bono
unius. ideo prelatus debet discerne vitate de
facto. ut scandalu sedat multitudis. ut per
pena peccantis. ut p eius excitacoz. Et ideo
in tali casu. pt pripe sub pena cme fris. quod
manifestet. et ille tunc pripit' tenet' plato
obedire. Tunc em tale non sit omnio occultu.
Unde. ptinet ad iudicium plati. Et in h' casu
loquitur decretalis. Non at i pmo mo pt expo. ad:

Ad scdm sic procedit'. Videt' obiectu
q papa no possit dispensare i bigamie
irregularitate. Non em pt ab hoie
dispensari. in hiis que st divinitus instituta. ut
hn dc et in li. de dispensacoe et precepto. Sz
doctrina aplī in qua continet' q bigamus no
pmoueat. utz i ad thimot' iii. Et ecciam ipo
est divinitus pmulgata. scdm id aplī ii ad thi
vlt. An experimentu quitis eius. q' in me loqr'
xc. ergo papa no pt cu bigamis dispensare. Sz
qr ctr qd in decretis dr di l. ergo papa cu
quoda bigamo dispensat. Respo dd q papa ht
plenitudinez ptatis in ecclia. ita q queq st
instituta. p ecclias. ul ecclie platos. st dis-
pensabilia a papa. Ista em st que dicunt' de iure
huano ul positivo. Circa ea vo que st iuris divini
ul iuris naturalis. dispensare no pt. Circa ista
que efficacia ex institucoe divina. iurib' at
divinum est. quod ptinet ad lege nova. vel vetere.
Sz h' e dra. int lege utraqz. Circa lex vetus determinabat
multa. tam in preceptis cerimonialib' ptinentib' ad
cultum dei. qm eciam in preceptis iudicialib' ptinentib'
ad iusticia int hoies. conservanda. Sz lex nova. que
e lex libertatis precepta hmodi determinacoes no ht
sz est contenta preceptis moralib'. naturalis legis.
et articulis fidei. et sacramentis gre. Unde et dicit'
lex fidei. et lex gre. ppt determinacoz articulorz fidei
et efficacia sacramentorz. Cetera vo que ptinent
ad deteracionem. huanorz actuorz. vel ad determinacoz
divini cultus libe pmisit xc. q' est nove legis lator.
platis ecclie. et principib' xpianorz populorz determinanda
Unde omis hmoi determinacoes. ptinet ad ius huanum
in quo papa pt dispensare. In hiis solis vo. que st
de lege nature. et articulis fidei. et sacramentis. nove
legis. dispensare no pt. h' em eet posse pro
vitate contra vitatem. Manifestum est at q bigamum
promoveri. neqz e de lege nature. neqz ptinet
ad articulos fidei. neqz eciam e de necessitate sacramenti.
Qd patet ex h' qz si bigamus ordinet' recipit
ordinis sacramentum. sz h' ptinet ad quanda determinacoz
divini cultus. Unde circa h' papa pt dispensare. licet
dispensare no debeat. nisi ex magna et evidenti causa.
Sicut eciam posset dispensare. circa h'. q aliquis sacerdos
no indutus vestib' sacris conficeret corpus xi. Et eadem
racio de omnib' alijs hmodi. que ex institucoe huana
processerunt. Ad pm ergo dd qd aplus i doctrina
sua duplicit' aliqua proposuit. quedam q'dm sicut
pmulgans ius divinum. Sicut id qd ht' ad Galat'
v. Si circumcidimini xc vob' nichil pderit. Et multa
alia hmodi. Et in h' papa no pt dispensare. quedam
vo sicut papa auctoritate aliqua statuens. Nam ipse dt
i ad cor. xi. Cetera cu venero disponam. Et ibidem
xvi madat ut collecte que fiunt in sanctos. p unam
sabbati fiat. quod no ptinet ad ius divinum. Et silit'
eciam qd dt de bigamo no pmouendo. no e iuris
divini. sz institutum auctoritatis huane. divinitus hoi concesse

Ad terciu sic procedit'. Videt' q no debent XIII
vitari illi excitati. circa quorz excitacoz
sapientes contraria opinant'. Contra scdm Augustinum
sinus no pt auferre baptismum. qd clerico contulit
sine culpa. Sz no minus debet' quo fidelium. cuiuslibet
fideli. q baptismus clerico. Sz ab epo collatum. ergo nec
comunio fidelium e alicui. subtrahenda sine culpa.
Sz qn dubitat' an ea subsit. pnicior debet
ee animus boni vi ad interpretandum. minorem pte.
ergo ex quo dubita' de excitacoe. aliquorz. magis debet
aliquis stare. pro h'. q no st excitati. et ita no
debet eos vitare. Sed ct est. q si aliquis percussa
in bello moriat'. si ignoret' quis eu percussit. quilibet
dubius. qbzt. q' fuit in bello. irregularitatis. ecclesie
scdm curam. ergo a simili. videt' q ex quo dubium est
de aliquib'. an sint excitati. qdm ppt maiorem cau-
telaz sunt vitandi. Respo dd q dubitatio de excitacoe
aliquorz aut precedit senciaz iudicium. aut sequitur.

in procedit. puta cum nondum est declaratum per iudi-
cium consensum aliquos esse excogitatos, non sunt vitandi
quousque certo iudicio conuincantur. In hoc enim casu verum est
quod in meliorem partem interpretetur. Unde Deutero. xvii:
Si difficile et ambiguum apud te iudicium esse
perspexeris, et iudicium inter portas tuas videris verba variari,
venies ad sacerdotes et iudicem, quem ab eis
et facies quodcumque dixerint. Ergo si ambiguum oriatur
per contrarium iudicium determinatum, magis standum est sententie
iudicum duplici ratione. Primo quidem quia iudices solent
discutere negotium plenius propter percipere veritatem,
et ideo si sit minus periti quam alii qui per functione constituuntur
et extraordinarie. Secundo quia hoc esset in magnum
nocumentum utilitatis communis status hominum si sententie
non staretur, sed quilibet pro suo libito vellet sine
calumpnia impugnare, quia sic litigia essent interminabilia.
Et ideo in tali casu magis est standum sententie iudicum
nisi forte sit per appellationem suspensa. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

xv Ad quintum sic proceditur. Videtur quod prelatus
ecclesie non possit curam committere suo con-
sanguineo minus idoneo, postposito meliori.
Pater enim sue filie querit sponsum quem magis putat
idoneum. Et sponsus sue sponse querit fidelissimum in-
tendentem pro posse. Sed maior prelatus ad ecclesiam sibi
subiectam comparatur vel sicut pater ad filiam vel sicut sponsus
ad sponsam. Ergo debet ei de persona idonea prouidere
quantum melius potest. Praeterea. Iohannes Crisostomus maxime fuit
idoneus et tamen consanguineus Christi secundum carnem, et tamen
prohibuit ei petitionem in regnum celi. Ergo et prelatus
si habeat consanguineum eque idoneum non debet ei prouidere
in ecclesia magis quam filio eque idoneo, multo igitur
minus si sit minus idoneus. Sed contra est quod secundum ordinem
caritatis homo plus debet diligere sibi magis coniunctos
quam illos quos magis ex caritate diligit. Ergo magis
debet eis prouidere. Unde cum in melius crescat. Item
ex bona dispensatione ecclesie crescat multum bonum admi-
nistrantis. Videtur quod prelatus magis debeat suis quam
extraneis prouidere etiam si sint minus idonei.
Responsio. Dicendum quod aliud est dicendum de consanguineo prelati
eque idoneo et aliud de minus idoneo. Si enim sit
eque idoneus potest prelatus suum consanguineum preferre,
nisi forte ex hoc scandalum oriatur vel aliquid ex inde
malum exemplum accipiatur, ut probabiliter timeri posset
quod alii prelati hoc exemplo inducantur ad dandum suis
consanguineis etiam minus dignis. Et hoc ideo quia ex quo
nichil deperit utilitati ecclesie, non eque idoneo
prouidetur, licet etiam huiusmodi prouisione etiam amori
naturali satisfacere, quod non est contrarium caritati, sed magis
caritatem informat. Et huiusmodi dicitur Gen. xlvii,
ubi Pharao dixit ad Ioseph de fratribus suis: Si
nosti in eis viros industrios, constitue eos magistros
pecorum meorum. Si vero sit minus idoneus consanguineus
prelati non debet eum preferre ad curam ecclesie postposito
meliori duplici ratione. Primo quidem quia hoc videtur esse
contra fidelitatem quam in bono dispensatore dominus
requirit. Non enim faceret fideliter negotium alicuius
domini qui posset rem eius meliorare si hoc permitteret
ut suis consanguineis satisfaceret. Secundo quia hoc
videtur ad personarum acceptionem pertinere, que consistit
in hoc quod aliquis accipit pro causa conditionem persone
que non facit ad negotium. Sicut si aliquis daret sententiam
pro aliquo, quia diues est, et non iustitiam habet, quia
conditio faciens ad negotium. Ipsa autem consanguinitas
non est aliqua conditio pertinens ad curam ecclesie, que non
optinetur iure consanguinitatis sed diuino munere. Esset
autem conditio faciens ad negotium circa dispensationem
patrimonialium bonorum. Unde si episcopus patrimonialibus
bonis magis prouideat suo consanguineo minus
idoneo non est acceptio personarum. Sed si ratione
consanguinitatis ei prouideat in patrimonio crucifixi
non caret vitio personarum acceptionis. De qua Augustinus
est in epistula de gradibus dispensandis exponens
id quod habetur Iacobi ii: Nolite in personarum accep-
tione fidem domini nostri Iesu Christi habere. Et ut habetur
viii q. i. Exempla(?) ex alia tribu a Moyse eligitur
ut significaret principatum in populo non consanguinitati
deferendum esse sed vite. At nunc e contrario per annos(?)
hanc rem bipartiuntur(?) facere, ut non querant eos in
ecclesia columpnas erigere quos plus cognoscant ecclesie
prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum
sunt obsequiis deliniti.

Deinde quesitum est de actibus qui pertinent
ad omnes homines communiter. Et primo de actibus
pertinentibus ad vim intellectiuam. Secundo de
actibus pertinentibus ad vim appetitiuam. Circa
primum quesitum fuit tam. Primo utrum aliquis possit sine
peccato appetere scientias magicas. Secundo utrum commina-
bile quod scitum est verum, per se sit verum. Tertio utrum
magistri determinando questiones theologicas magis
debeat uti ratione vel auctoritate. XVI

Ad primum sic proceditur. Videtur quod homo sine peccato
possit appetere scire scientias magicas.
Non enim est peccatum appetere id per quod perficitur
intellectus hominis in optimo. Scientia vero est bonum
intellectus ut dicitur in vi Ethicorum. Sed contra est quod
potest licite appetere scire quamlibet scientiam. Et ita
sine peccato potest homo appetere scientias magicas. Sed
contra prohibitum non est de licito. Sed scientie magice
sunt prohibite. Ergo illicitum est appetere eas scire.
Responsio. Dicendum quod actus humanus potest dici bonus dupliciter.
Uno modo ex genere. Alio modo ex circumstantia. Ex genere
quidem dicitur actus bonus eo quod actus cadit super
materiam debitam. Debita autem materia appetitus est
bonum. Unde appetere quodcumque bonum est bonum in
genere. Omnis autem scientia siue cognitio veritatis
bonum aliquod est. Alioquin Deus qui nichil mali
ingerit, non haberet omnium scientiam tam bonorum quam malorum.
Unde appetere quamcumque scientiam vel notitiam quarum-
cumque rerum siue bonarum siue malarum est bonum
in genere. Sed tamen secundum diuersas circumstantias ad-
ditas potest esse bonum vel malum, et precipue hoc
diuersificatur secundum intentionem finis. Nam si aliquis
appetat scire scientias magicas ut eis etiam
utatur, est malum. Si autem appetat eas scire
ut eas confutet et reprobet, sic bonum est et licitum.

Similiter etiam ex conditione personae, puta hoc di-
versificari, vel etiam ex modo appetendi. Si enim
aliquis appetat scire huiusmodi scientias ut eas nociva
operetur aliis utilioribus relictis, inordinatus est
appetitus. Et similiter si sit talis persona ad quam
non pertinet huiusmodi scire, inordinate hoc appetit.
Ad primum ergo dicendum quod omnis scientia perficit intellectum
in aliquo suo bono, quia omne verum est quoddam
bonum intellectus; sed non omnis scientia perficit intellectum
in suo optimo, sed illa sola quae est circa veritatem
primam. Hoc etiam verum est quod magicae artes
non sunt scientiae, sed potius sunt quaedam fallaciae daemonum.
Ad secundum dicendum quod huiusmodi artes sunt prohibitae quantum
ad usum. Si vero prohibetur alicui earum
studium, propter periculum vitandi, sicut esset malum quod phi- bitum

xvii

Ad secundum sic proceditur. Videtur
quod non oportet enuntiabile quod semel est
verum semper futurum esse verum. Si enim hoc
esset verum in aliis enuntiationibus praeteritis, hoc esset
verum in enuntiationibus de futuro. Sed in istis non
est verum, quia ut dicit Philosophus in II Perihermeneias, futurorum
contingentium non invenitur; ergo non oportet quod semel
est verum semper esse futurum verum. Si praeterea
sunt eadem et totum est idem, sed partes enuntiabilis
sunt praedicatum et subiectum et compositio, ergo idem est
enuntiabile existente eodem subiecto et praedicato et com-
positione; sed talibus existentibus eodem enuntiabili contingit
quod sit quandoque verum et quandoque falsum, sicut hoc enuntiabile
Sor sedet est verum eo sedente et falsum eo non
sedente, secundum Philosophum in Praedicamentis: ex eo quod
res est vel non est, oratio est vera vel falsa; ergo enun-
tiabile quod semel est verum non semper est verum.
Sed contra, ista enuntiabilia: Sor currit et
Sor cucurrit et Sor fore cursurum non differunt
nisi secundum diversam significationem; sed diversa significatio
non tollit identitatem nominis. Idem enim nomen
dicitur per omnes casus et in singulari et in plurali;
ergo est praedicta tria enuntiabilia sunt
unum enuntiabile. Sed si unum horum sit semel verum,
semper oportet quod aliud horum sit verum, quia si semel est
verum quod Sor currit, prius erat verum quod Sor cursurus est et
postea erit verum quod Sor cucurrit; ergo si enuntiabile aliquod
semel est verum, semper erit verum. Respondeo dicendum quod hic quaestio
dubitationis vis in hoc consistit, ut sciatur
utrum sit idem enuntiabile quod est de praesenti, de praeterito
et futuro. Si enim hoc verum sit, consequens erit verum quod
enuntiabile quod semel est verum, semper erit verum, licet
forte hic dubitatio aliqua esse possit circa
enuntiabilia de futuro contingenti. Sed haec est alterius
inquisitionis. Si vero sunt diversa enuntiabilia de praesenti,
praeterito et futuro, diversitas secundum hoc. Si est aliquod idem
enuntiabile quod est de praesenti, qualitercumque res
se habebat seu habeat, manifestum est quod idem
enuntiabile quandoque est verum, quandoque falsum, secundum
Philosophum in Praedicamentis. Quia eadem oratio et opinio
quandoque est vera, quandoque falsa. Ad huius evidentiam sciendum
est quod secundum Philosophum in Perihermeneias, nomina
quae per ordinem inveniuntur. Nam voces sunt signa
intellectuum, intellectus autem rerum similitudines. Manifestum est
autem quod unitas vocis significativae vel diversitas non de-
pendet ex unitate vel diversitate rei significatae. Alioquin
quia non esset aliquod nomen aequivocum, quia homo hic et eius sic fuit
diversae res, essent diversa nomina, et non idem nomen.
Dependet igitur unitas vel diversitas vocis significativae
sive complexae sive incomplexae ex unitate vel diversitate
vel varietate intellectus, quorum unum scilicet vox est signum, et non
significatum tantum intellectus, quae signum et significatum sic res po-
ssunt. Sed nomen vel enuntiabile esse aliquod diversum vel
propter diversitatem vocis tantum, sicut est in sermonibus in
quibus est diversa vox, sed idem significatum oratio. Sed esset
non diversitate vocis potest esse diversitas intellectuum
sive propter diversitatem rei intellectae, sive propter diversitatem
modi intelligendi. Unde quandoque est diversitas significati
quae sequitur diversum modum intelligendi unam et eandem
rem, et propter hoc apparet in hoc quod possumus admi-
scere operationi intellectus formam apponentes et
dividentes, ut dicitur in III De anima. Et ideo dicendum est quod idem
non est idem enuntiabile Sor sedet et Sor sedisse et
sessurum esse. Sed Sor sedet est idem enuntiabile quod
eadem vox et idem modus significandi. Et ideo patet quod idem
enuntiabile quandoque potest esse verum et quandoque falsum, unde
dico praedicta concedenda. Ad tertium dicendum quod diversitas consi-
gnificationis tollit nominis identitatem intentam, quia
obliqui secundum Philosophum non sunt nomina, sed tamen unum nomen
non simpliciter, sed in quantum conveniunt in uno ordine.

xviii

Ad tertium sic proceditur. Videtur declarationis
quod magister determinans quaestiones theologicas
magis debeat uti auctoritatibus. Contra, in quali-
bet scientia quaestiones determinantur per sua principia. Sed
illius scientiae principia sunt articuli fidei, qui nobis
per auctores innotescunt; ergo maxime quaestiones theologicae
sunt determinandae per auctores. Sed contra est quod dicitur
ad Titum I: ut sit potens exhortari in doctrina
sana, et contradicentes revincere. Sed contradicentes
melius revincuntur rationibus quam auctoritatibus; ergo magis
oportet determinare quaestiones per rationes quam per auctores.
Respondeo dicendum quod quilibet actus exequendus est secundum quod
congruit ad suum finem. Disputatio autem ad duplicem
finem potest ordinari. Quaedam enim disputatio ordi-
natur ad removendum dubitationem an ita sit, et
in tali disputatione theologica maxime utendum est auctoritatibus
quas recipiunt illi cum quibus disputatur, puta si cum
Iudaeis disputatur, oportet adducere auctoritates Veteris
Testamenti; si cum Manichaeis, qui Vetus Testamentum respuunt, oportet
uti auctoritatibus Novi Testamenti; si autem cum schismaticis, qui
recipiunt Vetus et Novum Testamentum, non autem doctrinam sanctorum
nostrorum, sicut sunt Graeci, oportet cum eis disputare ex Novi
et Veteris Testamenti auctoritatibus, et illorum doctorum quos recipiunt.
Si autem nullam auctoritatem recipiunt, oportet ad eos convincendos ad rationes naturales
confugere. Quaedam vero disputatio est magistralis in scholis,
non ad removendum errorem, sed ad instruendum auditores
ut inducantur ad intellectum veritatis quam intendit, et tunc oportet
rationibus inniti investigantibus veritatis radicem, et facientibus scire
quomodo sit verum quod dicitur. Alioquin si nudis auctoritatibus magister quaestionem
determinet, certificabitur quidem auditor quod ita sit, sed nihil scientiae
vel intellectus acquiret, et vacuus abscedet. Ad primum ergo dicendum quod ad-
obiectionem

Deinde quesitum est de rebus pertinentibus ad virtutem appetitivam. Et primo de bonis. Secundo de malis. Circa primum queruntur duo. Primo utrum aliquis absque perfecta caritate possit se martirio offerre. Secundo utrum martirium pati pro Christo sit in precepto.

XVIII Ad primum sic proceditur. Videtur quod aliquis absque caritate perfecta possit se martirio offerre. Contra super illud Psalmi: Quomodo dilexi mandata tua super aurum et topasion, dicit Glossa: Quedam minima caritas plus diligit legem quam milia auri et argenti. Et eadem ratione quam omnia temporalia. Sed illud quod minus diligimus exponimus pro eo quod magis diligimus. Ergo et omnia temporalia et etiam vitam ipsam exponere pro Christo qui habet minimam caritatem. Sed contra si aliquis absque caritate perfecta potest se offerre martirio, ergo potest etiam martirium sustinere absque caritate. Sed videtur esse falsum secundum illud Johannis xv: Maiorem caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat pro amicis suis. Sic ergo aliquis absque caritate perfecta non potest se ad martirium offerre. Responsio. Dicendum quod in operibus virtutum duo sunt attendenda, scilicet illud quod fit et modus faciendi. Contingit autem illud factum quod fit secundum perfectionem virtutis fieri etiam non solum ab habente parvam virtutem sed etiam a carente virtute. Sicut aliquis non habens iustitiam potest facere aliquod opus iustitie. Sed si attendatur modus faciendi, ille qui non habet virtutem non potest operari sicut ille qui habet, nec ille qui habet parvam sicut ille qui habet magnam, qui operatur faciliter et prompte et delectabiliter, quod non ita facit ille qui caret virtute vel qui parvam habet. Sic ergo dicendum est quod hoc opus quod est offerre se martirio vel etiam martirium sufferre potest facere non solum caritas perfecta sed etiam imperfecta. Et quod plus est etiam ille qui caret caritate, secundum illud Apostoli I ad Cor. xiii: Si tradidero corpus meum ita ut ardeat, caritatem autem non habeam etc. Sed caritas perfecta hoc facit prompte et delectabiliter, sicut patet de Laurentio et Vincentio qui in tormentis hilaritatem ostenderunt. Hoc autem non potest facere caritas imperfecta vel etiam qui caritate caret. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

XIX Ad secundum sic proceditur. Videtur quod pati martirium propter Christum non sit in precepto. Cuius enim videtur quod quis det sua quam quod proprium corpus ponat, ut dicit Gregorius in Omelia. Ergo superat. Sed dimittere omnia sua propter Christum non cadit sub precepto sed sub consilio dei. Ergo et exponere corpus suum martirio non cadit sub precepto. Sed contra est quod Augustinus dicit xiii de civitate dei: Sicut dictum est hominibus: morere ne si prevaricemini, nunc autem dicitur martiribus: morere ne peccetis. Sed illud quod oportet nos facere ne peccemus cadit sub precepto. Responsio. Dicendum quod aliquid cadit sub precepto dupliciter. Uno modo absolute. Alio modo secundum animi preparationem. Cum enim preceptum importat rationem debiti, illud absolute cadit sub precepto quod est debitum propter aliquid preexistens, sicut preceptum de honore parentum vel de amando deum. Sed quandoque contingit quod id quod facit aliquid esse debitum nondum preexistit sed potest accidere. Unde hoc cadit sub precepto non absolute sed secundum preparationem animi. Ita scilicet ut homo habeat animum paratum ad faciendum illud quod debitum redditur ex aliqua causa adveniente. Et hoc modo exponit Augustinus illa domini precepta que ponuntur Mathei v: Si quis percusserit te in una maxilla, prebe ei et aliam maxillam, quod dicitur: si opus esset et hoc exigeret salus aliorum, homo deberet esse paratus ad hoc faciendum. Et per hunc modum sustinere martirium propter Christum cadit sub precepto. Circa scilicet homo deberet habere animum paratum ut prius permitteret se occidi quam Christum negaret vel mortaliter peccaret. Et etiam relinquere bona propria cadit sub precepto, quia debet esse paratus animus christiani magis sustinere iacturam bonorum suorum quam Christum negare vel mortaliter peccare. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Deinde quesitum est de malis actibus, scilicet de primis motibus, circa quos quesita sunt duo. Primo utrum primi motus sensualitatis sint peccata. Secundo utrum in infidelibus sint peccata mortalia.

XX Ad primum sic proceditur. Videtur enim quod primi motus sensualitatis sint peccatum. Dicit enim Augustinus xxi di. zi li. Sen.: Quedam tentatio a carne non potest esse sine peccato. Sed primus motus est tentatio a carne. Ergo primus motus non potest esse sine peccato. Sed contra est quod ad Romanos vi dicitur super illud: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, dicit Glossa: Non prohibet concupiscentiam quam vitare non potest. Sed illud quod non potest vitari non est peccatum. Ergo concupiscentia que est primus motus non est peccatum. Responsio. Dicendum quod motus importat inclinationem quandam ad aliquid; quicquid inclinatur pertinet ad appetitum in quantum actibus. Est autem in homine triplex appetitus. Unus quidem naturalis, secundum quem vis appetitiva pertinet ad animam vegetabilem, sicut est vis digestiva et expulsiva et retentiva. Secundus appetitus est sensualitatis qui movetur secundum apprehensionem sensus. Tertius appetitus est voluntatis qui movetur secundum apprehensionem rationis vel secundum iudicium rationis. Peccatum autem quod habet rationem culpe de quo nunc loquimur non potest esse sine actu voluntario, qui scilicet est aliquo modo in potestate peccantis. Actus autem appetitus naturalis non subiacet imperio rationis, sicut nec actus aliarum potentiarum vegetabilis anime. Et ideo in actu talis appetitus non potest consistere culpa, sicut quod homo esuriat vel sitiat absque culpa est. Et idem dicendum est de aliis huiusmodi. Sed actus appetitus sensitivi subiacet imperio rationis, quia ratio preveniens primum potest ei imperare vel etiam impedire. Et ideo talis motus potest habere rationem culpe. Et si sequatur iudicium rationis potest etiam esse peccatum mortale, sicut et motus exteriorum membrorum imperati a ratione. Qui autem preveniunt iudicium rationis est quidem peccatum [illegible]

in aliquo illicito / quia in potestate hominis fuit ipsum
cohibere. Est tamen veniale peccatum et levissimum. Unde
per Aug. xii de trin. / Et hic dicitur primus motus peccati /
Motus autem superioris appetitus i. voluntatis / consequens
motum sensibilitatis / iam potest esse peccatum mortale secundum
predicta / Ad secundum dicendum quod concupiscentia non potest vitari
sic quod nullus concupiscentie motus surgat / Contra di-
sit quod vitari potest. unde insurgit aliquis, potest tamen vitari
singuli / et ex hoc quilibet habet aliquid de ratione peccati
licet non habeat rationem perfecti peccati / quod est peccatum mortale.

XXII

Ad secundum sic proceditur. Videtur
quod infidelium primi motus sint peccata mor-
talia. Contra sicut Anselmus dicit in libro de
gratia et libero arbitrio / Eos qui non sunt in Christo Ihesu
sequitur dampnatio / si sentiunt concupiscentiam etiam si
non consentiant. Sed sentire concupiscentiam est habere primum
concupiscentie motum / ergo infideles / qui non sunt in Christo
Ihesu, peccant mortaliter secundum primos motus / Contra
dampnatio non debetur nisi peccato mortali / Preterea
quilibet homo debet habere originalem iustitiam secundum
quam concupiscentiam reprimat / quod igitur quod debitum est
quilibet concupiscentie motum, ergo quilibet concupiscentie motus
est peccatum mortale. Omne enim quod est debitum
habet peccati mortalis rationem / Preterea quanto est
altior gradus tanto est casus gravior / sed altior
est gradus fidelis quam infidelis / Contra ergo primi motus
fidelium non sunt peccata mortalia / multominus primi
motus infidelium / Respondeo dicendum quod cum primus motus
sit dictum est motus sensualitatis preveniens deli-
berationem rationis. eadem autem natura sensualitatis est
et rationis in fidelibus et in infidelibus / Ad naturam
autem sensualitatis et rationis pertinet quod motus
sensualitatis / qui est absque deliberatione rationis
non possit esse peccatum mortale. Contra peccatum m-
ortale est quod consistit in aversione a deo / ad
quem converti non potest homo nisi per rationem. Et per consequens
aversio a deo, que constituit peccatum mortale / non
potest esse nisi in ratione. ut patet per Aug. de ci. dei
Et ideo dicendum quod primi motus infidelium non sunt peccata
nisi venialia / Ad primum ergo dicendum / quod dictum An-
selmi dependet ex verbis apostoli. qui concludit ad
Ro. viii capitulo, nichil est dampnationis hiis qui
sunt in Christo Ihesu. qui non secundum carnem ambulant /
videtur ergo quod hiis qui non sunt in Christo Ihesu sit
aliquid dampnationis etiam si non secundum carnem
ambulent motibus carnis consentiendo / Alio-
quin nichil plus haberent hii qui sunt in Christo Ihesu
quam alii. Est ergo aliquid dampnationis hiis qui sunt
in Christo Ihesu, si non sentiant motus carnis. Quamvis
non consentiant. Quod qualiter sit intelligendum
ex processu apostoli apparet / premiserat enim
operationem quam ad mentem licet non quantum ad
carnem / premiserat enim Ego ipse mente quidem
servio legi dei / carne autem legi peccati. scilicet per
legem fomitis / que adhuc manet in corporis mem-
bris. Nec igitur hii qui sunt in Christo Ihesu videntur
adhuc huiusmodi dampnationi subiacere. propter fortes motus

concludit apostolus. quod nichil est dampnationis hiis qui
sunt in Christo Ihesu. si non secundum carnem ambulant / quia vinculo
originalis peccati soluta est per gratiam Christi. Et ideo quamvis actu
remaneat fomes peccati / dampnationem tamen actualis
peccati non incurrunt, qui non ambulant secundum carnem / In infi-
delibus vero manet peccatum originale / non solum actu sed
reatu. Et ideo est eis aliquid dampnationis ex parte ori-
ginalis peccati, non autem ex parte actualis / si concupiscentie non
consentiant. Ex hoc ergo non sequitur quod infidelibus primi
motus inducant dampnationem peccati mortalis / sed sequitur
quod habeant annexam dampnationem originalis peccati / Ad
secundum dicendum quod debitum originalis iustitie / pertinet ad
ipsam personam infidelis. ratione nature quam a
primo parente traxit, cui collata est originalis iustitia
Et ideo id quod pertinet ad defectum originalis iustitie
pertinet ad peccatum nature / sed ad peccatum originale / non autem
ad peccatum actuale / quod est peccatum mortale

XXIII

Quesitum est Utrum pueri non excitati in
preceptis. sint recipiendi vel obligandi voto
vel iuramento / vel beneficiis alliciendi ad ingressum
religionis. Et videtur quod non / perfectio enim consiliorum ad
quam ordinantur religiones. a Christo exordium sumpsit /
sed Christus consilium dedit adolescenti qui precepta servaverat
ut patet Math. xix. ergo soli illi qui sunt excitati in
preceptis sunt ad religionem obligandi et recipiendi / Preterea
Gregorius dicit super Ezechielem / Nemo repente fit
summus sed in bona conversatione a minimis quis inchoan-
dum ut ad magna perveniat. Sed magna sunt consilia que pertinent
ad perfectionem vite / minora autem sunt precepta que pertinent
ad communem iustitiam. ergo pueri debent prius excitari in
preceptis quam ad consilia inducantur / Preterea Exodi xxi dicitur
si quis aperuerit cisternam. ceciderit bos vel asi-
nus in eam / dominus cisterne reddet pretium iumentorum, sed ille
qui aliquem puerum nondum in preceptis excitatum ad
religionem inducit quodam modo aperit ei cisternam /
Contra plerique enim religionem ingredientes cadunt
et in desperationem maduntur quia in quadam spiritualem
cisternam / ergo videtur quod ille qui eum inducat ei hanc
imputetur ad peccatum / Preterea Illud quod est expediens
cuilibet utilitati non est tollendum / sed expedit cuiuslibet uti-
litati quod homines propria libertate utantur ad bonum faciendum
ergo non est aliquibus auferenda talis libertas per obligationem
voti vel iuramenti. Preterea Beatus Benedictus monachorum
institutor almificus in sua regula statuit quod
venientibus ad religionem non sit facilis prebendus
ingressus. sed probandus sit an spiritus a deo sit
ergo multominus sunt aliqui muneribus vel beneficiis alliciendi /
Preterea Gregorius dicit / Et habetur in decretis di. xlviii Sicut
non edificati parietes. non prius tignorum pondus accip-
iunt. nisi novitatis sue humore siccentur, ne si an-
te pondera quam solidentur accipiant. cuncta simul ad terram
fabricam deponant. Sed pueri nondum sunt excitati in
preceptis. sunt quasi parietes nondum desiccati. ergo non sunt
eis imponenda tigna, i. onera legis instituta reli-
gionis / Preterea status religionis est status penitentie. sed
pueri excipiuntur ab omni penitentie coercione, ut habetur
in decretis de penitentia di. iiii. ergo non sunt ad religionem

inducendi. ¶ Preterea. Sicut dicitur xx q. i in c. Quod quis non optat
non eligit, profecto non diligit. sed quae non diligit facile
contempnit. Sed pueri antequam sint exercitati non habent
firmam electionem. ergo nec firmam dilectionem. facile ergo re-
ligionem contempnerent si in tali etate ad religionem
inducerentur. ¶ Preterea. Prov. xiii dicitur Substantia festinata
minuetur. Sed videtur esse nimia festinancia quod quis
ad consilia compellitur nondum in preceptis exercitatus. ergo videtur
quod horum spiritualis substantia de facili minuatur. non ergo sunt
ad religionem inducendi. ¶ Preterea. Non minor cura
est adhibenda in ingressu religionis quam in susceptione
ordinis. Sed in ordinibus prohibetur ad maiores ac-
cedere qui minores non acceperit. ergo eciam non debet aliquis
ad observanciam consiliorum et religionem transire, nisi prius
precepta observat. ¶ Preterea. Duo sunt homini necessaria, scilicet intelli-
gere verum et operari bonum. Sed in intelligendo verum
stultus reputaretur qui prius ad difficiliora se trans-
ferret quam leviora intelligeret. ergo stultum est quod in
operacione boni aliquis transeat ad consilia quam in preceptis
exercitetur. ¶ Preterea. Cultus in religione existit quoniam
curam gerit aliorum vel salutem suscipit. Sed in hiis
qui eliguntur ad aliquam curam ecclesiasticam oportet eligere
meliores. ergo oportet eos qui ad religionem assumuntur eli-
gere meliores. hii autem sunt qui sunt exercitati in preceptis.
ergo tales sunt ad religionem inducendi. ¶ Preterea. Illud quod
est in se bonum, si ex eo fiat peccati occasio est abiciendum
sicut serpens eneus quem Moyses fecerat ex mandato
domini ad sanandos filios Israel, ut habetur Num. xxi. Eze-
chias contrivit, quia ex eo sumebatur ydolatrie occasio.
Sed et quamvis benedictio sit secundum se bona, tamen repre-
henditur si minor puer maiorem benedicat. Cum ergo
aliquis inexercitatis in preceptis sumatur occasio peccati
ex ingressu religionis, ab ea recedentes, sequitur quamvis
religio sit secundum se bona, tamen videtur quod inexercitatos
ad religionem inducere sit vitandum. ¶ Preterea. Greg. dicit et
habetur in decretis di. xlviii. Casum appetit qui ad
summi loci fastigia postpositis gradibus per
abrupta querit ascensum. Sed procedere ad consilia
non observatis preceptis est preponere gradus. ergo videtur
quod hoc sit casum querere, et ita ad hoc non sunt aliqui
inducendi. ¶ Preterea. Damascenus dicit in ii° li. quod non
est utile inexpertum existere et improbatum, incorr-
uptione frui, ut non in superbiam incidat et
in laqueum diaboli. Ergo pari ratione non est utile
improbatos et inexpertos in preceptis ad statum con-
templationis assumi, ad quem religio ordinatur.
¶ Preterea. Greg. dicit in vi Moral. quod post Lye amplexus
ad Rachelem Iacob pervenit, quia perfectus quisque ante
vite active ad fecunditatem iungitur, et post contemplative
ad requiem copulatur. Sed activa quantum ad vitam consistit
in obediencia preceptorum. Status autem religionis pertinet
ad vitam contemplativam. ergo non sunt aliqui ad religionem
inducendi antequam sint in preceptis exercitati. ¶ Preterea. Nulla
promissio est facienda, cuius solucio non est licita.
Sed solvere aliquid alicui pro ingressu religionis non est
licitum. Dicitur enim in decretis i q. ii Hunc legis

discipulos vel eorum ministro quisque quempiam
ad dei cultum aliquos inducere intuitu procurasse.
ergo non sunt aliqui promissionibus ad religionem alliciendi.
¶ Preterea. Nullus qui non est exercitatus in armis secundum
leges est admittendus ad miliciam corporalem. Sed
religio est status milicie spiritualis. ergo non sunt aliqui
recipiendi ad religionem nisi prius exercitati in preceptis
quasi in quibusdam spiritualibus armis. ¶ Preterea. Qui non potest
obligare ad minus, non potest se obligare ad maius,
nisi sit necessarium. Sed pueri ante xiiii annos non
possunt se obligare ad matrimonium quod est minus. ergo
multo minus ad religionem. ¶ Preterea. Legitur Mat. v.
quod dominus demoniacum quem curavit non permisit
secum intrare navem, quae significat crucem et religionem.
Per demoniacum enim curatum significatur homo
a peccatis conversus. ergo non sunt ad religionem accipiendi
peccatores statim conversi, antequam in preceptis ex-
erciteantur. ¶ Preterea. Bonorum operum fructus habere debemus
quam de Egipto exeamus, ut dicit glossa super Exod.
xii. Sed exire de Egipto est exire de mundo re-
ligionem intrando. ergo illi qui volunt religionem
intrare debent prius fructus bonorum operum habere
per observanciam preceptorum. ¶ Preterea. Aug. dicit in li.
de sermone domini in monte, quod omnis presumpcio
est cavenda. Sed magna presumpcio videtur esse
quod aliquis velit ascendere in arcem consiliorum nondum
observatis preceptis. ergo tales sunt cavendi et
non alliciendi ad religionis ingressum. ¶ Preterea.
Aug. dicit in eodem li. quod maiora maioribus
et minora minoribus sunt adhibenda. Sed consilia
sunt maiora. ergo non sunt pueris inexercitatis
exhibenda. Et ita pueri nondum exercitati in
preceptis non sunt ad religionem trahendi. ¶ Sed contra
est quod dicitur xx q. ii c. Si in qualibet, et in parentibus
sane filios religioni tradere non amplius liceat quam
ad xiiii etatis sue annum. Licentia esse potest
postea vero dicat in voluntate parentum eorum aut
sue devocionis sit solitarium votum, erit
filiis licitum religionis assumere cultum. Sed
post xiiii annum non statim sunt homines in preceptis
exercitati. ergo possunt religionem ingredi pueri
antequam sint in preceptis exercitati. ¶ Preterea. Maius
est quod aliquis recipiatur ad regimen sui et aliorum
quam quod recipiatur in religionem, in qua sub regimine
aliorum vivitur. Sed Salomon adhuc puer existens
assumptus est ad regimen sui et aliorum. Unde dicitur
i Paralip. xxix. Locutus est David rex ad
omnem ecclesiam: Salomonem filium meum elegit
deus puerum et tenellum. ergo multo magis
possunt pueri non exercitati in preceptis ad religionem
induci. ¶ Preterea. Votum illud non est illicitum ex cuius
solucione non redditur reus. Sed secundum Ambrosium qui
ponunt continenciam in annis puerilibus non fiunt rei
si votum non exsolvant. ergo non est illicitum quod in
puerilibus ergo ¶ Preterea. Non est illicitum quod quis

xxu

non retrahit a bono sed magis provocat ad
melius. Cum ergo status religiosorum in quo consilia
servantur sit melior quam secularis in quo solum
precepta servantur videtur quod etiam beneficijs induit
decant pueri etc. Extra xx q. i d. Firma tunc est
virginitatis professio ex quo adulta etas iam
esse cepit et que solet apta nuptijs computari
Sed non statim in hac etate viri vel mulieres sunt i
preceptis exercitati quod ambo aliqui in preceptis ex-
ercitantur licite possunt religioni astringi et voto vel
iurato. Extra. Si talis obligatio esset illicita scilicet
quia pueri non exercitati in preceptis voto vel iura-
mento ad religionem obligantur. Aut quia esset quod est secundum
se mala aut quia est prohibita. Sed non est secundum se
mala quia sic executio sive adimpletio promissorum
esset peyor et perseverancia pessima. Nunc contrarium
videmus quia adimplentes ea que promiserunt in
puerilibus annis et in talibus promissis perseverantes
maxime commendantur. Similiter etiam non est illicita
talis obligatio quia prohibita. Non enim prohibetur
in lege veteri. Dicit enim Num. xix. Mulier si quippiam
voverit et astrinxerit iuramento que est in domo patris
sui et in etate adhuc puellari si cognoverit pater
votum quod pollicita est et iuramentum non obligatur. Aut
si nescit et tacuit voti rea erit. Quicquid pollicita est
et iuravit opere complebit. Si autem audierit et contradixerit
pater et vota et iuramenta eius irrita erunt nec obnoxia
tenebitur sponsioni eo quod contradixerit pater. Similiter etiam non
est prohibitum iure canonico. Contra in decreto legis expresse
sed eadem auctoritas inducitur xx q. i. Puelle. Similiter
etiam non est prohibitum lege euangelica que maxime
inducit homines a recedendo a mundo et seruendo
perfectionis opera. Ergo licitum est obligare voto vel iu-
ramento pueros nondum exercitatos in preceptis ad
religionem. Pro Respondeo dicendum quod hoc quod pro parte tertia
inducitur dubitationem non habet nisi quod quidam conte-
nciosi studentes veritatem obnubilare conantur.
Unde hic locum habent verba que Aug. dicit in ii de
Ci. dei. Sed ille est maior et tenacior insipientium
morbus eorum quo instabilem motum etiam suos post
variam plene redditam sic nimia tenacitate que
nec apta veniunt sine obstinatissima putantia quam
etiam ea que veniunt non ferunt tamquam ipsam rationem
veritatem quia defendunt sit nouitatis corporis
defendendi plurimum quam rebus clarere velut etiam
non solum non solum spectantibus intuendam sed
quodammodo tangendam palpitantibus offeramus.
At tamen quod disceptandi finis erit si respondendum
responsionibus existimem vel non possunt intelligere
quod dicitur vel tam duri sunt adversitate mentis
ut etiam si intellexerint non obedient respondent
et loquuntur inertitate atque infatigabiliter. Nam
sunt quorum dicta contraria si totiens velim refellere
quotiens obnixa fronte statuerit non cogitare
quid dicant dum quomodocumque nostris disputationibus
contradicant quam sit infinitum et erumnosum et in-
fructuosum vides. Erit ergo hic modus servandus
et veritas manifeste et quasi palpabiliter ostendatur

Psi in contrarium dicta fuerint que aliquod pondus non habent
contempnantur ne sic optineat molestum eadem replicare
si quis contrarium dicere voluerit sciebat quod dicitur ut alij
intelligentes diiudicare possint. An doceat veritatem
Primo igitur circa propositam questionem ut singula discutiamus
considerandum est. Secundum pueros etiam infra annos pubertatis
in religionem recipi non est secundum se malum immo est
expediens et fructuosum. Contra id quod a pueritia
assuescimus sic perfectius et firmius tenemus secundum id
Prov. xxii. Adolescentulus iuxta viam suam ambulans
et cum senuerit non recedet ab ea. Et ideo Apostoli
instituerunt ut pueri etiam infantes ad christianam reli-
gionem reciperentur ut in ea nutriti firmius et perfectius
ei inhererent. Et hoc est quod Dyonisius dicit in ulti-
mo Ecclesiastice Ierarchie. Sed secundum sacram legem confirmati
infantes ad habitum sacrum habebunt consuetudinem
ab omni remoti errore et immunde vite expertes.
Hoc divinis nostris ducibus id est Apostolis ad mentem
venit et visum est bonum suscipere infantes. Multo
autem magis excedit vita christiana infidelium vitam
quam vita religiosorum secularium vitam presertim cum
in primitiva ecclesia omnium christianorum esset perfectissimus
religiosorum status secundum illud Actuum iiii. Multitudinis
credentium erat cor unum et anima una nec quisquam
eorum que possidebat aliquid suum dicebat. Sed erat
illis ecclesia quia ad eius vite exemplar omnes
religiones sunt institute. Et ideo religionum instituto-
res ex eadem causa qua et Apostoli moti sunt ad reci-
piendum infantes in religionem ut patet de beato
Benedicto qui ut in secundo Dyalogorum legitur recepit
Maurum duodennem et Placidum septennem. Est
tamen quedam differentia circa hoc attendenda. Nam pueri ante
annos pubertatis ex naturali iure sunt sub cura parentum
quia nondum habent usum discretionis perfectum secundum quam possint
per se ipsos regere se ipsos. Et ideo in hac etate possunt quidem
religioni tradi si a parentibus offerantur et erit rata
tradicio. Precipue si cum ad annos pubertatis pervenerint
ratam habuerint paternam oblationem. Unde Greg. dicit et habetur
xx q. i. Addidisti. Si pater vel mater filium filiamve
intra septa monasterij infantie annis sub regulari
tradiderint disciplina utrum liceat eis postquam pubertatis
impleverint annos egredi et matrimonio copulari. Hoc
omnino devitamus. Contra nephas est ut oblati a parentibus
deo filij voluptatis frena relaxent. Si autem in hac
etate ipsa sponte se religioni tradiderit quod quidem
per assensum vel dissimulacionem parentum ratum esse.
Unde dicitur xxii. Si in qualibet minori etate religionis
tonsuram vel religiosam vestem debitam in utroque
sexu filijs aut unus aut ambo parentes dederint aut
forte nolentibus vel nescientibus scilicet parentibus a se
suscepto non mox visum in filijs abdicaverint
sed vel coram se vel episcopo palam quam in quietum consentiunt
filios talia habere permiserint ad secularem redire habitum
filijs capitis quicumque parentibus non licebit. Si vero pueri
annos pubertatis transcenderint possunt etiam invitis parentibus
ad religionem transire nec sunt repellendi immo magis
vocandi. Ut enim Greg. dicit in quadam omelia ad vitam

bona aliqs in pueritia / aliq in adolescentia
aliq in iuventute aliq in senectute / aliq in de-
crepita etate pducit / et si in nulla etate sunt
repellendi, minus tn sunt repellendi in pueritia /
Dt enim Crisostomus sr math. Cuius mens ad appropinquare
xpo, non repellet ab eo simplex infancia / Nam si
sciti futurum est / quid vetatis filium ad patrem venire
Si aut peiores futuri sunt / quod sinatis contemnatoribus
pfecte. antequam culpam videatis / quam qui sinatis
damnatoribus pficit / Aliqui tn dicunt non sunt recipiendi
pueri ad religionem quia exibunt et peiores efficientur
Sz quod addit quidam quod oportet pueros prius exercitari
in preceptis / et postea transferre ad consilia observanda
in religione / ex falso intellectu procedit. Arbitrantur
enim quod preceptorum parat viam ad consilia / Non aut est
sic. immo potius consilia preparant via ad precepta
servanda / contra precepta consilia removentur. Ho a rebus secu-
laris quibus occupatur difficile est quod innocentiam
servet / Vnde Iulianus dicit sr math. Grave onus
subit innocentia inter mentes occupata /
Rem enim solius formidat dei. non sine seculi vigo-
rem obsequatur. Et idem dicit sr math xix Dedi diffi-
cile est qui pecunias habent in regnum celorum. Contra difficile
est quod hoc precepta servet quibus intrat in regnum celorum
nisi sapius consilia divitias reliquat. Et ideo
pueri ad hoc quod innocentiam servare possit. in
observantia mandatorum sunt preparandi / et quodam modo
praemuniendi in exercitio consiliorum / Nec sunt repellendi
quamvis inermi videantur in preceptis. Dt enim Dau-
sr math. Quidam puerile sermone haberes offe-
rentes salvatori pueros et infantes / qui aut videntur
ostenderes. pueris quidem discretis ratione iustitie re/pre-
hendunt / eos qui pueros et infantes adhuc inmaturos
eruditos offerunt xpo. Quibus aut hortatur disci-
pulos suos. condescendere utilitatibus puerorum
hoc aut debemus attendere. ne estimatione sapientie
excellentiis contemnas quia magnum. pusillos contem-
pnentes prohibentes pueros venire ad xpm. Sed quid utrum
quid. An ante religionis ingressum sit voto vel
iuramento ad religionem obligandi / manifeste patet quod
sicut enim in malo quanto voluntas est confirmata ad
malum. tanto peior est sicut in obstinatis patet / et qui
ex malitia peccant. Ita etiam in bonis quanto voluntas
melior est. tanto est magis firmata et astricta ad bonum.
Quod igitur bonum sit quod pueri ad religionem veniant
multo melius est quod eorum voluntas sit ad hoc firmata
quod sit voto vel iuramento. Vnde et David dicebat.
Iuravi et statui custodire iudicia iustitie tue.
Et Aug dicit in epistola ad paulinum et armentarium.
felix necessitas que ad meliora compellit. Vltimo aut
considerandum restat. An sit beneficiis alliciendi / et si quid
conventione vel pacto / pretium alicui det / vel quodcumque
tecum beneficium ut religionem intret / hoc est illicitum
Si aut aliquis aliquid beneficia ei temporalia conferat / vel aufert
impedimenta / quibus impeditur a religionis ingressu
vel etiam ut eum invitet vel dotem firmat / ad hoc quod sit
religioni aptus / hoc non est illicitum / sed laudabile. Similiter
etiam beneficiis temporalibus aliquis aliquem alliciat / ut eum

favorabilem sibi reddat / non intendens gloriam propriam
sed gloriam dei et proximi salutem laudabile est
sicut et apostolus de seipso dicit / ad cor x. per omnia
omnibus placens. Item etiam aliquis temporalibus beneficiis
alliciat ad bene agendum / In ecclesiis etiam quibusdam
temporalium distributionibus alliciuntur aliqui. ad ecclesie
desiderium / non quia ex primum accipiat / sed sunt quedam
salaria allectiva ad serviendum deo. Contra et dicit
dicit math vi. primum querite regnum dei et iustitiam
eius. et hoc omnia sunt necessaria vite adiicientur vobis
Ad primum ergo dicendum. Contra dicendum sicut xpc ad consilia in-
vitat adolescentem in preceptis exercitatum / Ita etiam
vocat matheum publicanum non exercitatum in
preceptis / sed potius peccatis implicatum. Ex quo accipe-
possumus. quod ad consilia observanda in religione
advocandi sunt / non solum exercitati in preceptis. sed etiam
non exercitati. Ad secundum dicendum quod diversitas gra-
duum. dupliciter attendi potest. Vno modo in diversis statibus
sic contradictis. Et non oportet quod qui tendit ad
maiorem statum, vel contradictum / quod prius exerceatur
in minori statu contra videlicet / quod illi qui volunt
fieri milites / non exercitantur prius in lanificio /
sed a pueritia exercitantur in militia Similiter et
qui volunt fieri clerici. non prius exercitantur in vita
laicali. sed clericali / et hoc modo qui volunt reli-
giosi fieri, non oportet quod prius exercitentur in vita
seculari, sed optimum est eis. si a pueritia exercitentur
in vita religionis / quia magis poterunt in ea
proficere Vnde dicitur Trenorum iii Bonum est
viro cum portaverit iugum domini ab adolescentia
sua Alio modo potest accipi diversi gradus. in
eodem statu et conditione / Et hoc modo dicit Gregorius
Quidam in qualibet bona conversatione incipiendum
est. a minoribus ut ad maiora perveniatur
Sic enim milites a rudimentis militie /
et clerici a rudimentis clericature / Ita etiam et re-
ligiosi incipiunt. a rudimentis religionis
ut proficiant usque ad summum Ad tertium
dicendum. quod duplex est occasio. scilicet data et suscepta /
Contra quidam dat alicui occasionem alteri. ruendi
vel in extremam cadendi / quia facit aliquid vel dicit
minus rectum. ex quo datur proximo occasio ruine
Et tunc ruina proximi imputatur dicenti occasionem
Aliquando aut non est occasio data / sed suscepta
puta cum aliquis. inducit aliquem ad bonum
et ipse fit ex hoc deterior Et sic non est reclinat
quedam inductio bona. propter hoc quod ille sumit
inde occasionem ruine Vnde et dominus non dimisit
predicationem veritatis. propter scandalum phariseorum
ut habetur math xv. Et Aug dicit in epistola
ad bonifacium Et habetur xxiii q iiii Ipsa pietas
Et in decretis si plurimi essent in domo ruitura
et inde saltem unus liberari posset / atque dum
illud facere conarem, alii semetipsos pre-
cipitatione necarent. dolemus de ceteris / utique
unius salute consolarem. Ad quintum dicendum quod ex
libertas necessitati coactionis opponitur. que est /

intrat

iiii

necessitas absoluta. Et talis necessitas non est
adhibenda. Sed necessitas que est ex suppositione
finis non opponitur libertati. et tali necessitate
expedit uti ad quorum utilitatem. Aliorum unde
pacta promissionibus firmata vel iuramentis in rebus
humanis fieri debent. Multo autem magis per huiusmodi
expedit homines obligari ad divina. que sunt meliora.
Ad quintum dicendum quod difficultas ingressus tollitur
in religionibus per hoc quod datur intrantibus annus
probationis. in quo difficultates religionis experiuntur.
Ad sextum dicendum quod parenti necessitatem desideranti non est
amor carnalis impendendus. non tamen prohibebitur quin
sit parentes desiderandum. Desiderantur autem parentes
a prauis fautore secularis affectus per religionem.
Et ideo congruit quod pueri existentes aliquando in religione
ante annos pubertatis. a sacris ordinibus impediantur.
Et de hoc omne legitur Gregorii ut patet per capitulum quod predicto
in illo capitulo. et in sexto omne Ezechiel. Ad septimum
dicendum quod status religionis est status penitentie et est
etiam sicut scola perfectionis Unde ad religionem
recipiendi sunt peccatores propter penitentiam et recipiendi sunt
pueri innocentes. quia in scola religionis perfectionis ut
perfectius innocentiam servent. Ad octavum dicendum quod
si omnino inviti pueri ad religionem ducerentur te-
nendum esset de casu facto. Sed ex quo propria voluntate
se obligat et religionem introducitur non habet locum
ratio inducta. Ad nonum dicendum quod sit magnum
et parvum naturaliter paucum. secundum philosophum dicit relative
alterum. festinat sicut velox ad tardum. Nam festinatio
sive velox est quod in parvo tempore multum movetur. illa ergo
festina minuitur que est festinata in respectu ad debitum
modum puta si aliquis aliquem statum a principio
aggressus. contemptis rudimentis illius status
ea que sunt perfectorum in statu illo attentare vellet
Non est autem festina festinata. si exercicium perfectionum
et quasi quandam scolam que est religio a pueritia
aliquis ingrediatur Tantum est enim culmen perfectionum
ut et si a pueritia quis ingrediatur perfectioni aggrediatur
sufficit ut proficiat Sicut et Augustinus dicit de doctrina
christiana Tanta in eis est et tamen profunditas
litterarum ut si in eis proficerem quotidie si eas solas
ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem
summo studio melior ingenio conarer addiscere.
Ad decimum dicendum quod diversi ordines sunt qui diversi gradus
communi claustralis vite. et ideo oportet ut a minoribus
incipiat. qui ad maiores tendit. Non autem
oportet quod qui tendit ad sacros ordines exerceatur
in illis qui pertinent ad inferiorem statum laicalis
scilicet vite. Et similiter in vita religionis. oportet quod
a rudimentis eius incipiat qui religionem ingreditur
ut ad summum apicem religionis pertingere possit
non enim oportet eum prius esse exercitatum in seculari
vita. Ad undecimum dicendum quod in intelligibilibus
etiam oportet quod aliquis a minoribus in eadem scientia
incipiat ut ad maiora procedat. Non tamen oportet
quod quicumque vult addiscere aliquam scientiam quod exerceatur
in qualibet minori. Sicut qui volunt addiscere aliquam
scientiam vel artes liberales. non oportet quod prius exerceatur
in mechanicis. Sed solum hoc oportet quod minor
scientia parat viam ad maiorem. Vita autem secularis
non parat viam ad religionem. sed magis ab ea

abducit Unde Gregorius dicit in principio Moralium
Cum adhuc me cogeret animus. presenti mundo quem spectaverunt
deservire. cepit multa contra me ex eiusdem mundi cura succrescere
ut in eo corpore iam non specie. sed quod est gravius mente retinerer
Consuetudo autem observancia consiliorum parat viam ad totam
et perfectam precepta divina observanda. que oportet etiam
in seculari vita observari. Ad duodecimum dicendum quod raro
illa deficiat in multis. Primo quidem. quia ille qui religionem
intrat. non ad hoc eligitur ut sui vel alterius curam gerat
magis quam ante sed magis ut sit sub obedientia et
cura alterius Secundo quia hoc non concedimus ab omnibus quod necesse
sit eligere meliorem ad regimen prelationis. sed secundum quosdam
sufficit eligere bonum Tertio quia si oportet eligere me-
liorem ad prelationem non quidem simpliciter meliorem. sed
meliorem et magis ydoneum. Ad hoc pueri autem et si
non sunt meliores simpliciter quam adulti sunt tamen magis
ydonei ad hoc ut in religione nutriantur Unde An-
selmus in libro de similitudinibus comparat eos qui a pueritia
nutriuntur in religione angelis qui nunquam ceciderunt
scilicet angeli a principio. homines autem post casum tempore. ad
vitam eternam perveniunt Et tamen quod ad ea ipsa non
eligitur sed unus et ideo maior necessitas est quod
melior assumatur quam intrantibus religionem qui plures
accipi possunt. Ad tertiumdecimum dicendum quod non solum illud
quod est peccatum prebet occasionem ruine sed etiam id quod habet
speciem mali Unde et apostolus dicit prima ad Thessalonicenses
ultimo Ab omni specie mali abstinete vos Et quod species
eius et si secundum se esset bonum ex sui institutione
tamen speciem habebat mali propter similitudinem idolatrie
propter quod erat ad ydolatriam pronior non
habita apud eos qui erant ad ydolatriam proni non
erat committendum Sed laudabiliter fuit subtractus
sub intronite autem religionis. Non est secundum se malum nec habet
speciem mali Vendicio autem et si sit de genere suo bona
tamen ad hoc quod sit actus virtutis exigitur quod sit vestita
debita circumstantia id est ut competat et persone
et loco et tempori Non est autem competens persone cum maior
parte maiorem vendiciat. etiam sit dictum ad Hebreos
sexto. sine ulla contradictione quod minus est a maiore
vendicatur Ad quartumdecimum dicendum quod ille qui accedit
ad consilia. non querit ascensum per abrupta postpositis
gradibus. sed magis recedit ab hiis que homines possunt
impedire ab observantia preceptorum. sicut dictum est. Ad
quintumdecimum dicendum quod secundum dictum Damasceni magis
est contrarium congruendum Ideo cum deus hominibus etiam
per regulare incorruptibile non statim addidit. quod
hoc non esset ei utile. sed superbiendi occasio abundantia
enim temporalium et corporalium bonorum est materia superbie Et
ideo utile est homini ad superbiam vitandam ut ad consilia
transeat. temporalium et corporalium bonorum abundantiam
derelinquens. Ad sextumdecimum dicendum quod amplexus Rachelis
significat quietem contemplationis. ad quam etiam consilia
sequentes. non statim a principio perveniunt possunt sed post
longum exercicium mandatorum in vita seculari. Ad
decimumseptimum dicendum quod si venditus temporalibus aliquis alliciatur
ad religionem non pacto. sicut solet fieri in emptione
et venditione. est illicita solutio Et ideo licet post
premissa verba in eodem casu subiungitur. nisi forte.

de pauperum alimento eius indigentie proponat. Et tamen
subtrahendum tamen absit pactio et omnis conventio.
Ad decimamoctavam dicendum quod status religionis quantum ad
eos qui in eo proficiunt est spiritualis militia, quantum vero
ad eos qui de novo intrant est quoddam tirocinii
exercitium, et oportet ad maiorem perfectionem quod a principio
aliquis aliquod exercitium subeat, sicut de exercitio milicie
temporalis Vegetius docet in libro de re militari. Ad
decimamnonam dicendum quod obligatio perfectionis innocentium temporalis
non potest fieri ante annos pubertatis. Cuius obligacionis
solius est professio que fit in religione ad perpetue
remanendum in ea. Sed ante annos pubertatis potest
fieri aliqua sponsio futuri matrimonii sicut est in sponsalibus,
cui assimilatur obligatio que pertinet ad religionem.
Ad vicesimam dicendum quod sicut Glossa dicit ibidem, quod hic de
monomachus curatus voluit esse in navi cum Christo
significat desiderium eorum qui sunt a peccato mundati, qui cupiunt
dissolvi et esse cum Christo. Sed quia non statim eis conceditur
sed oportet quod prius in hac vita laboret annuncians
verbum dei. Unde patet quod non est ad propositum. Ad xxi
dicendum quod quanto magis aliquis exercitatur in bono ex-
ercitio in seculo ad religionem vadit, tanto facilius in
ea proficere potest. Sed quia in seculari vita multa im-
minent pericula quibus aliquod exercitium virtutis impedi-
tur, quod a principio impedita concupiscentiat
per observationem consiliorum. Ad xxii dicendum quod dif-
ficilius est observare precepta in vita seculari
quam in vita religiosa. Magna enim virtus requiritur
ad hoc quod aliquis in seculo vivens se immaculatum a
curis seculi conservet. Unde dicitur Ecclesiastici xxxi Beatus
dives qui inventus est sine macula, et post aurum non abiit
quis est hic et laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in vita
sua. Et ideo maioris perfectionis videtur esse, si tamen
sit presumptio quod aliquis in seculo vivens conservet se im-
maculatum. Quia quod tante virtutis se non existimans
ad religionem transeat, ut facilius a peccatis maculam
conservet, ad modum Zachei qui cum statura
pusillus esset, ad hoc ut Christum videret ascendit
arborem sicomorum, id est fatuam, per quam religio
designatur. Ad xxiii dicendum quod in unoquoque statu
maiora maioribus sunt attribuenda, et tamen quia ad maiorem
statum perficere vult, oportet quod in minori primordia illius
status accipiat secundum illud Ecclesiastici xxv Que in iuventute
tua non congregasti, in senectute quomodo invenies. Et ideo
ad hoc quod aliquis perveniat ad perfectionem religionis oportet
quod a principio etatis sue ad hoc huiusmodi assuescat.

xxiii Secundo queritur utrum consilia ordinentur
ad precepta. Et videtur quod non. Illud enim
ad quod ordinatur aliud posterius est. Sed [illegible]
finis prior est in intentione et posterior in executione.
Sed observatio preceptorum precedit esse priorem in executione
quam impletionem consiliorum, ut Matthei xix de adolescente
qui se dicebat servasse legis consilia precepta. Non
ergo consilia ordinantur ad precepta sicut ad finem. Sed
potius econverso. Preterea finis est perfectior hiis que sunt ad
finem. Sed consilia sunt perfectiora preceptis, quia consilia pertinent
ad perfectionis statum. Precepta autem ad quemcumque iusticiam
viventem, et consilia preceptis superadduntur, ut patet per hoc
quod dicitur Matthei xix dicit adolescenti qui precepta
servaverat, adhuc unum tibi deest, si vis perfectus
esse etc. Ergo consilia non ordinantur ad precepta sed
potius econverso. Preterea secundum philosophum in ii physicorum sicut
se habent principia ad conclusiones, ita se habent hec
ad ea que sunt ad finem. Sed talis est habitudo principiorum
ad conclusiones quod positis principiis ponuntur conclusiones,
non autem econverso. Contingit enim ex falsis silogisare
verum. Ergo talis est habitudo finium ad ea que
sunt ad finem quod posito fine ponuntur ea que
sunt ad finem. Sed positis preceptis non ponuntur
consilia. Multi enim observant precepta qui non
observant consilia. Ergo consilia non ordinantur ad
precepta sicut ad finem. Preterea Augustinus dicit in libro de
sancta virginitate Mirabiliter desipiunt qui putant
preceptis solum virginitatem solam esse observandam
commitunt (?). Sed observatio preceptorum pertinet ad
preceptis solum. Ergo consilium virginitatis non est impletivum
preceptorum. Et eadem ratio est de aliis consiliis.
Preterea precepta pertinere videntur ad vitam activam,
consilia autem ad vitam contemplativam, ut patet Matthei
xviii ubi enumerantur precepta legis. Dicit Glossa
Ecce vita activa. Ubi autem postea subditur
si vis perfectus esse etc. dicit Ecce vita contemplativa.
Sed vita activa ordinatur ad contemplativam et non
econverso. Ergo precepta ordinantur ad consilia et non
econverso. Preterea dominus in deserto legitur turbas re-
fecisse, primo quinque milia hominum
ex quinque panibus et duobus piscibus, ut legitur Matthei
xiiii. Secundo de vii panibus et paucis piscibus
saciavit quatuor milia hominum, ut habetur Matthei xvi.
Et dicit Glossa Matthei xiiii quinque milia pro
quinque sensibus corporis, hi sunt qui in seculari habitu
exterioribus recte uti noverunt. Hii quinque panibus
id est legalibus preceptis ad hoc necesse instruuntur. Illa
quia nondum integre renunciant. Quatuor milia sunt
et a vii panibus id est evangelica perfectione sublimes
et spirituali gratia reficiuntur. Sed primo pavit dominus
quinque milia hominum quinque panibus, quam quatuor
milia ex vii. Ergo precepta sunt prima consiliis
et non econverso. Preterea dispositio precedit perfectionem
et ordinatur ad ipsam. Sed precepta sunt dispositiones
ad consilia. Dicit enim Glossa Theodori (?) in principio
Marci quatuor sunt qualitates de quibus sancta
ewangelia contexuntur, precepta, mandata, testimonia,
exempla. In preceptis iusticia, in mandatis
caritas, in testimoniis fides, in exemplis perfectio,
ad quam pertinent consilia. Ergo videtur quod precepta
ordinentur et non econverso. Preterea primo non potest aliquis
prius. Sed sicut dicit quedam glossa super psalmum, caritas
primo movet pedem ad reditum vite, de actu autem
caritatis dantur precepta. Ergo nichil est prius in
vita spirituali quam precepta. Non ergo consilia ordinantur
ad precepta, sed potius econverso. Preterea super illud psalmi
sicut ablactatus super matre sua etc. dicit Glossa decem (?)
quinque tempora notantur in peccatore carnali. Tercium autem

in spirituali. Primo quia tempus est conceptionis, quando
est in utero alicuius ante emissionem; secundum tempus
portationis et lactationis; tertium ablactationis.
Ita ergo et in utero matris ecclesie primo concipiuntur
dum fidei rudimentis instruuntur. Unde isti in utero
aluntur in eisdem primordiis proficientes. Deinde
manibus ecclesie portantur et lacte nutriuntur. Deinde
tertium gradum, scilicet a lacte matris accedamus ad
mensam patris. Et parum post subdit: Multi vero hunc
ordinem pervertunt, ut heretici et scismatici, se ante
tempus a lacte separantes, unde extinguuntur.
Sed separari a lacte est parvulis dimissis ad diffi-
ciliora transire. Cum vero consilia sint difficiliora
quam precepta, videtur quod periculo extinctionis se
exponat qui ad consilia accedit, nisi prius edu-
catus in preceptis. Precepta ergo ordinantur ad con-
silia et non econverso. Preterea Gregorius dicit super Ezechielem
quod ex precepto bonum facere inchoatum, sed id
quod est incipientium ordinatur ad illud quod est
perfectionis et non econverso. Ergo precepta ordinantur
ad consilia et non econverso. Preterea virtus imitatur
naturam, sed natura operatur prius in corpore animalis
ea que pertinent ad esse, sicut membra principa-
lia, quam ea que sunt de bene esse. Ergo in progressu
virtutum priora sunt precepta, que sunt de esse virtutis,
quam consilia, que sunt de bene esse ipsius. Et sic idem
quod prius. Preterea sicut est ordo in edificando, ita et
in operando; sed in edificando oportet incipere a faci-
lioribus ut ad difficiliora perveniatur. Ergo in ope-
rando oportet prius implere precepta que sunt faci-
liora et transire ad consilia. Preterea Matthei v dicit
in Glosa: quasi sermo domini est nobis via qua
currimus, sed sermo domini preordinat precepta
consiliis, videlicet Matthei v ubi primo ponitur illud quod
preceptum est antiquis, et postea superadditur id
quod perfectionis est. Ergo videtur quod observantia pre-
ceptorum sit preordinata observationi consiliorum.
Preterea illud quod est minimum in genere aliquo ordinatur
ad illud quod est maximum in illo genere. Sed nichil
est minus in vita christiana quam observantia preceptorum,
nichil autem maius quam observantia consiliorum. Ergo
precepta ordinantur ante consilia. Preterea Crisostomus
dicit super Matheum: qui precepta legis implere negligit,
perfectiora implere non potest. Ergo oportet quod prius aliquis
impleat precepta quam consilia. Et sic precepta ordi-
nantur ad consilia. Preterea prius est a quo non
convertitur consequentia essendi, sed a preceptis non
convertitur consequentia essendi ad consilia. Non enim
sequitur: si aliquis servet precepta, quod servet
consilia. Ergo observatio preceptorum naturaliter precedit
et ordinatur ad observantiam consiliorum. Sed
contra est quod Augustinus dicit in Enchiridion: Quecumque
mandat deus, ex quibus unum est: Non mechaberis,
et quecumque non iubentur sed spirituali consilio monentur,
ex quibus unum est: Bonum est homini mulierem non
tangere, tunc recte fiunt cum referuntur ad dili-
gendum deum et proximum propter deum. Sed hec
duo cadunt sub precepto, ut patet Matthei xxii. Ergo
consilia ordinantur ad precepta. Preterea illud quod est electionis
ordinatur ad illud quod est necessitatis, quia electio est
eorum que sunt ad finem. Sed consilia sunt electionis, precepta autem
necessitatis. Ergo consilia ordinantur ad precepta. Preterea illud
per quod aliquid plenius perficitur ordinatur ad illud. Sed
per consilia plenius et tutius conservantur precepta. Ergo con-
silia ordinantur ad precepta. Responsio. Dicendum quod precepta
dantur de actibus virtutum. Duplex autem est actus virtu-
tis, scilicet interior et exterior, et uterque actus cadit sub
legis precepto. Unde Augustinus dicit contra Faustum quod quia
Iudei non intelligebant homicidium nisi per interemptionem
corporis humani, aperuit dominus omnem iniquum motum
ad nocendum fratri in homicidii genere deputari.
Similiter etiam tantum modo corporalem cum femina illicita
cohabitationem vocari mechiam que erat in lege prohibita,
sed dominus declaravit etiam interiorem concupiscentiam ad hoc
pertinere. Unde manifestum est quod interiores actus vir-
tutum sub precepto cadunt. Consilia igitur ordinantur
ad precepta, et secundum quod sunt de interioribus virtutum actibus
et secundum quod sunt de exterioribus actibus, sed diversimode. Nam
ad interiores actus virtutum ordinantur sicut ad finem.
Primo enim interiores actus virtutum moralium pertinent
ad mentis puritatem, ut scilicet mens hominis a passionibus
inordinatis et ab exteriorum rerum cupiditate sit
libera, et ulterius omnes virtutes morales per theologicas
ordinantur ad dilectionem dei et proximi. Et ad hoc
omnia consilia ordinantur sicut ad finem, scilicet ad caritatem
dei et proximi et mentis puritatem. Unde dicitur in colla-
tionibus patrum: quicquid nos ad puritatem cordis
dirigit tota virtute sectandum est; quicquid autem ab hac
retrahit, ut perniciosum ac noxium vitandum est.
Pro hac enim universa agimus et toleramus; pro
hac patria, parentes, divitie, delitie mundi contempnuntur
et voluptas universa contempnitur, scilicet ut puritatem
cordis perpetuam retineamus. Et parum post subditur:
Pro hac ieiuniorum inedia, vigiliarum labores
corporales, meditationes, lectiones, cetera que virtutes
debemus nos sustinere, ut per illas ab
omnibus passionibus noxiis illesum servare cor
nostrum et conservare possimus, et ad perfectionem caritatis
istis gradibus innitendo conscendere. Et propter hoc idem
Augustinus dicit in libro de moribus ecclesie: Non vitiatis
inquit generibus ciborum quasi pollutis, sed concupiscentie per-
domande et dilectionis fraterne recipiende invi-
gilat omnis intentio. Et ibidem dicit: Caritas precipue
custoditur: sic caritati victus, caritati sermo, caritati
habitus, caritati vultus aptatur. Unde et apostolus i ad
Corinthios vii virginitatis consilium ad hoc ordinans docet
ut mulier innupta cogitet que dei sunt, quomodo deo placeat.
Et dominus Matthei xix paupertatis consilium ad hoc
ordinat ut homo deum sequatur, quod fit per rectitudinem
et puritatem interioris affectus. Sic igitur consilia or-
dinantur in fine ad precepta secundum quod sunt de interioribus
actibus virtutum. Sed secundum quod sunt de exterioribus actibus,
puta non occides, non furtum facies etc., ordinantur

consilia ad precepta non sicut ad finē Non
enim ideo quis hic virginitatem seruat ut ab adulterio
abstineat neque in finē aliquis sua abrenunciat
ut non furetur aliena / tamen exteriora opera sunt
ꝯsilior maiora quam interiora opera preceptorum ordinantur
tamen ad ea magnitudo faciunt ea tucius et firmius con-
seruari Qui enim sua dimittit multo magis
abstinet a rapiendo aliena Vnde et aug' i xix
li' contra faustum dicit Omnia ex hebreorum lege co-
memorata ita dominus commendat ut quicquid ex persona
sua insuper loquitur ad expositionem commendanda
valet sive quod illa obseruare potuisset vel ad tucius
conseruandum quod illa voluisset ad perfectionem multo
magis sunt que firmisse sunt Et in li' de sermone
domini in monte dicit Ea que dominus sunt que adduntur ad
inchoacionem Sic ergo patet quod consilia ordinantur sicut
ad finē ad precepta / prout sunt de interioribus actibus
virtutum / sed ad precepta similiter sunt de exterioribus
actibus ordinantur consilia ad hoc quod tucius et firmius
seruentur per modum remouentis Et secundum hoc est ea
secunda firma enim interiorum actuum obseruacio causatur
ex interiore affectione melius bene disposita ¶ Ad
2m ergo dicendum quod secundum quosdam diuites ille inuitus
e diues se precepta obseruasse et Papie quantum
ad unum preceptum quod ibi commemoratur pertinens ad
interiorem actum / scilicet diliges proximum sicut teipsum Vnde
orig' dicit super math' / Scriptum est in ewangelio secundum hebreos
quod cum dominus dixisset ei vade vende omnia que habes
cepit diues scalpere caput suum et non placuit
ei et dixit ad eum dominus quomodo dicis feci legem
et prophetas / Scriptum est in lege diliges proximum tuum
sicut teipsum / et ecce multi fratres tui et filii abrahe
amicti sunt stercore moriente fame et domus
tua impleta est multis bonis et non egreditur
ex ea omnino aliquid ad eos Impossibile est enim
implere preceptum mandatum et esse diuitem et maxime
tales tantas possessiones Et hoc idem confirmat per
hieronymum qui dicit super math' / Mentitur adolescens
si enim quod positum est in mandatis diliges pro-
ximum sicut teipsum opere complesset / quomodo postea au-
diens vende omnia que habes et da pauperibus
tristis abiisset Sed quod crisostomus et alii expositores
dicunt adolescentem illum non fuisse mentitum ut ex hoc
saluari posset Nam hoc preceptum diliges proximum tuum
dupliciter potest obseruari Vno modo imperfecte ut scilicet
aliquis non faciat contra proximum quod sibi non vult fieri
et ut sine detrimento proprio subueniat Alio modo ut
scilicet ad subueniendum necessitatibus proximorum corporalibus
ita se habeat sicut ad subueniendum necessitatibus
propriis / hoc enim modo non implet hoc preceptum
qui cum multas diuicias habeat sibi eas reseruat
et similiter proximum erga Consilia autem ad hoc
ordinantur ut precepta perfecte custodiantur et ideo
dominus obseruanti precepta imperfecte subaddit consilia
per que precepta perfecte consequentur /

xxiii

¶ Ad secundum dicendum quod perfectio vite in preceptis secundum
quod sunt de interioribus virtutum actibus consistit Eorum
nam caritas est vinculum perfectionis / Sic apostolus
dicit ad colo' iii° Et ideo cum dominus preceptis
caritatis posuisset math' v subiungit estote
ergo perfecti Sed in consiliis que sunt de quibusdam
exterioribus actibus consistit perfectio instrumentaliter
Illa scilicet quedam consilia sunt quedam instrumenta
per que facilius ad perfectionem peruenitur Vnde In
collacionibus patrum dicitur Ieiunia vigilie medi-
tacio scripturarum nuditas ac priuacio omnium fa-
cultatum non perfectio sed perfectionis instrumenta
sunt / Illa non ipsis consistit disciplina illius finis
sed per illa peruenitur ad finē Et aug' dicit in li'
de perfectione iusticie Sic ad eam precepta perfectionis
ne currere negligunt ad perfectionem caritatis Et
hieronymus super math' dicit exponens id Ecce re-
liquimus omnia et secuti sumus te Quia non sufficit
tamen relinquere / iungit quod perfectum est et secuti sumus
te / quod ergo erit nobis quasi diceret feci quod iussisti
quid ergo dabis premii Precepta ergo imperfecte
obseruata pertinet ad quem instituit secundum
perfectio vite consistit in propria plena obseruancia
mandatorum ¶ Ad tercium dicendum quod aliquid ordinatur
ad finē dupliciter Vno modo ut necessarium ad finem
sine quo finis esse non potest / Sic cibus ad vitam
corporis obseruandam Alio modo sicut necessarium
ad finē / sine quo ad finē non ita bene perueniri
potest / sic equus ordinatur ad iter non quod sine
equo aliquis ire non possit sed quia in equo melius
vadit Similiter et consilia ordinantur ad precepta
Non quod sine consiliis precepta adimpleri non
possint etiam quantum ad interiores Nam et abraham
qui et coniugio et diuiciis vtebatur fuit coram
deo perfectus secundum id Gen' xvii Ambula
coram me et esto perfectus / Sed quia per consilia fa-
cilius et expeditius ad perfectam preceptorum ob-
seruanciam peruenitur ¶ Ad quartum dicendum quod aug'
in verbis illis intendit concludere contra eos
qui credebant virginitatem esse necessarium solum
ad euitandum tribulacionem corporis que in matrimonio
sustinentur Obseruacio vero preceptorum etsi in hoc
seculo fiat non tamen pertinet ad hoc seculum sed futuro
seculo coniungit ¶ Ad quintum dicendum quod precepta pertinet
ad actiuam et contemplatiuam vitam / consilia vero sunt
instrumenta contemplatiue vite Sed tamen precessit
intencio de preceptis ordinantibus ad proximum
que pertinet ad actiuam ¶ Ad sextum dicendum quod
in ipso extremo preceptorum conueniunt in certam
perfectionis Vnde non potest dici quod minus
maliud pertinet ad precepta et minus quod melius
ad consilia sed primum pertinet ad imperfectam obseruanciam
preceptorum equalis est in seculari vita mediocris
secundum vero pertinet ad perfectam obseruanciam

preceptorum ad quam ordinantur consilia. Nec tamen con-
tinuo ipso facto quamquam millia quam quatuor milia
Oportet quod aliquis prius exerceat in vita seculari
quam transeat ad religionem. quia etiam religionem intrantes
non statim perfectionem adipiscuntur sed ad perfectionem
ascendendam se exercitant. sicut et intrantes scolas
logice non statim efficiuntur logici sed ad hoc se ex-
ercitant. Unde et religio. quedam perfectionis scola est.
Ad septimum dicendum quod exempla que tradantur etiam evan-
gelio sunt exempla Christi. que pertinent non solum ad consilia
sed etiam ad perfectam observationem preceptorum. Unde etiam
ibidem subdit exempla. ut hic discite a me
quia mitis sum. Ad octavum dicendum quod caritas habet
multos gradus. Nam ipsa est caritas incipientis.
et proficientis. et ultra perfecta. Unde caritas
in spirituali vita est principium et finis. Ad
nonum dicendum quod observatio consiliorum est difficilior
quam observatio preceptorum. quantum ad interiores
actus. tamen observatio preceptorum perfecta quantum
ad exteriores actus est longe difficilior. Diffi-
cilius enim est deponere animi cupiditatem
quam possessiones. et tamen difficilius est observare
exteriores actus preceptorum sine consiliis sicut ex
premissis apparet. Ad decimum dicendum quod ma-
[illegible]etos sunt in ordine instructorum ab aliis
Et ideo ex precepto movetur ad aliquid faciendum
tam in vita seculari quam in religione sed con-
silia perficiunt operantur ex interiori habitu. quia ex
seipsis non solum consilia sed etiam precepta. Ad
undecimum dicendum quod sicut decimum est caritatis et o-
principium spiritualis vite et finis. et ideo etiam
ipsa procedit inchoata. tamen debet esse extremis
spiritualis vite et ipsa sequitur. tamen pertinet
ad perfectum esse spiritualis vite. et tamen ea que
sunt de bene esse ordinantur ordinantur ad conservationem
eorum. que sunt de esse rei. Ad duodecimum dicendum
quod etiam in disciplinis prius addiscuntur ea que
perfectius intelliguntur. quamvis illa facilius sit in-
telligere. vel habere secundum quemcumque modum. sicut facilius
est scire argumentari eo modo quo etiam idiote utuntur
quam dyalecticam quandam sive scire regulas logice
et tamen prius addiscuntur regule logice. ad hoc quod aliquis
perfecte argumentari valeat. quam quibus idiote
argumentantur. Et similiter facilius est observare
precepta secundum imperfectum modum. quam observare consilia
et tamen qui tendit ad perfectam observationem preceptorum
oportet quod incipiat a consiliis sicut a quibusdam instrumentis
Ad tredecimum dicendum quod illa que dicuntur superaddita
non sunt consilia sed precepta. ut patet tamen ex ipsis
verbis domini. que ibi ponuntur. tum etiam ex expo-
sitione Augustini in libro de sermone domini in monte. Ad
quartumdecimum dicendum quod observantia preceptorum secundum
imperfectum modum est minimum in spirituali. sed est
maximum si observetur perfecte. Ad quintumdecimum
dicendum quod perfectiora etiam tamen non solum sunt consilia

sed etiam precepta ut patet ex dictis. Ad sedecimum dicendum
quod illud. a quo non convertitur consequentia essendi. et si sit
prius natura quodammodo. non oportet tamen quod sit prius
tempore. Non enim in angelis voluntas precedit intelligentiam
quamvis non omne volens sit intelligens. quia statim a
principio angeli perfectam vitam habuerunt que est in-
tellectualis. et similiter qui voluerit plenius precepta cu-
stodire. statim a principio consilia assumere debet
licet non omnes observantes precepta observent consilia

Quesitum est de deo et angelis et hominibus. de deo quesitum est quantum ad naturam divinam et quantum ad naturam assumptam. Circa naturam divinam quesitum est. et de scientia. et de potentia dei. Circa scientiam dei quesita sunt duo. Primo utrum deus sciat primum instans in quo potuit mundum creare. Secundo utrum prescitum a deo possit demereri

Ad primum sic proceditur. Videtur quod deus sciat primum instans. in quo potuit mundum creare. Deus enim potuit mundum creare antequam creavit. Non autem potuit creare tempore infinito ante quia sic ei esset coeternus. ergo est dare aliquod instans in quo primo potuit mundum creare. Sed contra deus nichil scit quod eius omnipotentie preiudicet. preiudicaret autem eius omnipotentie si esset aliquod instans in quo primo potuit creare mundum. quia sic eius potentia ad illud instans limitaretur. ergo deus non scit primum instans in quo potuit creare mundum. Responsio dicendum quod dupliciter dicitur aliquid fieri in aliqua mensura loci vel temporis. Uno modo presupposita ipsa mensura. et sic particulares effectus producuntur a deo. vel aliis agentibus in loco et tempore. Alio modo ut scilicet cum eo quod fit producatur mensura loci vel temporis. et hoc modo mundus a deo in esse productus. Non enim quia in aliquo loco vel tempore preexistente. Sed quia simul cum mundo. et locus et tempus producuntur. Unde aliter est intelligendum. cum dicitur quod deus potuit facere aliquem particularem effectum. puta equum vel hominem. antequam fecit. vel etiam alibi quam fecit et aliter. cum hoc dicitur de mundo facto. Nam cum dicitur de homine. vel equo hoc dicitur significatur aliquod tempus. vel locum aliquem esse. in quo homo a deo fieri potuit. sed cum hoc dicitur de mundo dicitur non significatur quod sit aliquod tempus ante mundum. nec aliquis locus extra ipsum. sed significatur quod deus potuit mensuram loci vel temporis mundi facere maiorem. Sic igitur cum queritur utrum potuit mundum facere in infinitum antequam fecit. si hoc quod queritur ad potentiam facientis. manifestum est quod in infinitum antequam fecit facere potuit. Dei enim potentia est eterna. cui nichil accrescere potuit. ut inciperet quemque facere mundum cum prius non potuit. Si vero referatur ad ipsum mundum. sic non potuit. sicut etiam ut etiam supra supposita catholice fidei veritate. quod scilicet mundus quemque non fuisse. Sicut enim deus non potest facere quod illud. quod fuit. non sit factum ut infra dicetur. ita non potest facere. ut quod fuit quamque numquam fuit. Et hunc ergo sensum dicitur quod deus non potuit mundum facere

in infinitum antequam faceret. Sed adhuc intelligendum
est quod infinitum dupliciter dicitur. Uno modo in actu, et
sic dicendum secundum modum predictum, quod deus non potuit facere
mundum in infinitum antequam fecit, id est quod duratio mundi
in infinitum ante precessit. Alio modo dicitur infinitum
secundum potentiam, et sic potuit deus in infinitum mundum
facere antequam fecit, quia quantumcumque ante detur eum
fuisse, adhuc potuit eum prius facere, et sic non
est dare primum instans in quo deus potuit facere mundum,
sicut non est dare primum instans in quo deus potuit facere
mundum, sicut non est dare supremum angelum, non est tamen sum-
mum ultra quem facere non potuit. Et tantum de hoc.

n Ad secundum sic proceditur. Videtur quod presciti a deo
non possunt demereri. Sicut enim sunt aliqui
electi a deo ab eterno ad gratiam habendam,
ita et alii sunt presciti a deo ad hoc quod sue nature
relinquantur. Sed naturalibus non meremur nec demeremur,
ergo presciti a deo non demerentur. Sed contra nullus
dampnatur a deo nisi propter demeritum, cum deus sit iudex
iustus; sed prescitus dampnatur a deo, ergo demeretur. Respondeo
dicendum: cum scientia dei comparatur ad res creatas, sicut ars
ad argumenta. Unde sicut ars non solum est cognoscitiva
sed factiva illorum que secundum artem fiunt, peccatorum vero, que
ab artis regulis deviant, est cognoscitiva tantum. Ita etiam
scientia dei est factiva et cognoscitiva omnium bonorum, ma-
lorum vero sive peccatorum que sunt deviationes quedam ab eterna
lege ipsius scientia dei est cognoscitiva, non autem causativa.
Et patet quod boni qui per gratiam iustificantur non solum
sunt a deo ab eterno precogniti, sed electi ad gratiam
habendam; peccatores autem qui non iustificantur per gratiam non sunt
electi nec predestinati a deo ad culpam, sed solum pre-
sciti, quia non sunt gratiam habituri, sed sue nature sunt
relinquendi. Et ideo omne agens potest in illud
quod est infra se, non autem in illud quod est supra se,
natura sibi relicta non potest in actum meritorium qui
est supra facultatem nature; potest autem in actum peccati qui
est demeritorius, sicut in aliquid infra naturam humanam
existens. Homo enim peccando discedit a dignitate
nature sue, et sic potest demereri. Ad primum ergo dicendum
quod hoc quod dicitur natura non meremur nec de-
meremur potest intelligi dupliciter. Uno modo sic quod naturalia
ipsa non sunt merita vel demerita, et sic verum est, quia
merita sunt supra naturam, demerita sunt infra naturam. Alio modo
potest intelligi quod naturalia non sunt principia merendi vel
demerendi, et sic falsum est. Naturalia enim adiuta
per gratiam sunt principia merendi, sibi autem relicta
possunt esse principia demerendi, ut dictum est.

Deinde circa potentiam dei quesita sunt
duo. Primo utrum deus possit virginem corruptam
reparare. Secundo utrum deus possit peccare si vult.

m Ad primum sic proceditur. Videtur quod deus possit
virginem reparare, ad omnipotentiam dei pertinet
quod non sit impossibile apud deum omne verbum,
ut habetur Luce i. Sed hoc est quoddam verbum, virginem
reparare post lapsum. Sed contra est quod Hieronymus dicit:
cum deus possit cetera, non potest reparare virginem post
ruinam. Et habetur in decretis xxxii q. v Si Paulus.
Respondeo dicendum quod in virginitate duo possumus considerare,

v quorum unum est ipsa integritas mentis et corporis,
et deus potest virginem reparare post ruinam. Potest enim
et mentem reintegrare per gratiam, et corpus con-
solidare per miraculum. Alia autem est ipsa integritas
perfecta, quia scilicet virgo non fuit cognita a viro, et quantum
ad hoc deus non potest virginem post ruinam reparare.
Non enim potest facere ut ea que iam cognita est
a viro suo non fuerit cognita, sicut nec de aliquo
quod iam factum est potest facere quod non fuerit factum.
Potentia enim dei se extendit ad omne ens,
unde solum illud a divina potentia excluditur
quod repugnat rationi entis, et hoc est simul esse
et non esse, quod implicat contradictionem; et eiusdem
rationis est quod fuit non fuisse. Unde Augustinus
dicit xxvi contra Faustum: Quisquis dicit: Si omnipotens
est deus, faciat ut ea que facta sunt facta non
fuerint, non videt hoc se dicere: si omnipotens est,
faciat ut ea que vera sunt eo ipso quo vera sunt
falsa sint. Ad primum ergo dicendum quod cum verbum sit
conceptus mentis, nichil quod contradictionem implicat
verbum dici potest, quia non cadit in conceptum mentis,
ut probatur in quarto Methaphysice. m

l Ad secundum sic proceditur. Videtur quod hec est
falsa: deus potest peccare si vult. De quo-
cumque enim possumus dicere quod homo potest
facere si vult, potest etiam dici simpliciter quod homo
facit, id est si ergo hec propositio est vera: deus potest peccare
si vult, hec est concedenda: ergo et primum. Sed contra quicumque
vult peccare peccat. Sed si deus vult, potest peccare,
ergo sequitur si vult potest peccare. Respondeo dicendum quod
hec conditio sic ordinem quendam importat; potest
autem importare ordinem duplicem. Uno
modo ordinem cause seu principii,
et hoc modo falsa est propositio: voluntas enim dei
est principium et causa respectu creaturarum, non
respectu eorum que pertinent ad divinitatem. Nam
non dicimus quod pater genuit filium voluntate
sed naturaliter, ut patet per Hugonem in libro de
sacramentis. Potentia autem dei ad ipsam naturam
divinam pertinet. Unde hoc ipsum quod est posse
peccare non est subiectum divine voluntati. Alio-
quin voluntas dei esset principium immutationis
divine nature, quod est impossibile. Alio modo potest
importare ordinem consequentie, et sic hec locutio
est vera: si deus vult peccare, potest peccare. Sequitur
enim sine contradictione, si argumentamur
ex impossibili, posito quod deus vult peccare,
ergo potest peccare. Anima enim que vult potest. Ad
primum ergo dicendum quod cum dicitur: si homo
non coactus vult currere, potest currere, antecedens est possibile, et
ideo consequens est simpliciter possibile. Sed non dicitur
sic: si deus vult peccare, potest peccare, antecedens
est impossibile; ergo nichil prohibet consequens
esse verum existente impossibili.

Deinde quantum ad naturam assumptam
quesita sunt duo. Primo utrum totus
sanguis quem Christus in sua passione

v

effudit in resurrectione ad corpus redierit.
Ergo in quo xpus nobis signum maius dilectionis
exhibuit. Utrum in hoc quod xpus est passus
pro nobis. vel in hoc quod corpus suum dedit
nobis sub sacramento in cibum. VI

Ad primum sic proceditur. Videtur quod totus
sanguis xpi qui est in passione eius
effusus ad corpus eius in resurrectione
redierit. Resurrectio enim nostra conformis erit
resurrectioni xpi secundum illud ad philippenses iii°
Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum
corpori claritatis sue. Sed ad corpus nostrum in
resurrectione redibit totum quod fuit de veritate
humane nature. Sanguis autem xpi in passione
effusus fuit de veritate humane nature. et sacer
dicitur secundum illud. quia sacer cruor proruxit fusus
agni corpore. ergo videtur quod ille sanguis in
passione effusus in resurrectione ad corpus eius
redierit. Praeterea verbum dei numquam deposuit quod
in natura nostra assumpsit. propter hoc humane nature
ab invicem in passione separatur. Sed verbum dei
assumpsit in natura nostra non solum corpus sed et
sanguinem. ergo sanguis ille numquam fuit a verbo
depositus. redijt ergo ad ipsum in resurrectione.
Sed contra est. quod in aliquibus ecclesiis sanguis
xpi usque ad hodie dicitur servari. Respondeo dicendum
quod in resurrectione tam xpi quam nostra. totum quod
fuit de veritate humane nature reparabitur. Non
autem illa que de veritate humane nature non sunt.
Sed quomodo circa ea que sunt de veritate humane nature
sit diversa diversorum opinio. secundum quam
est opinionem non totus sanguis nutrimentalis
secundum opinionem non totus sanguis pertinet ad veritatem
i. quod ex cibis generatur. pertinet ad veritatem
humane nature. Sed ergo xpus ante passionem comedit
et bibit. nichil prohibet in eo fuisse
aliquem sanguinem nutribilem qui ad veritatem
humane nature non pertinet. et quem non oportet
ad corpus eius redire. Sed quod spaliter sit questio
de sanguine in passione effuso pro redemptione
humani generis. circa hoc magis dicendum videtur
quod totus ille in resurrectione ad corpus xpi redi-
erit. cuius ratio est. quia ipsa corporis perfectio
exigit. et plenitudo xpi patientis. passus est enim in perfectissima
etate. qua maxime ea que in homine inveniuntur
ad veritatem humane nature pertinere videntur. usque
ad maximam perfectionem adducta. Secunda sunt
ex merito passionis. Sicut enim sancti martyres
ille partes in quibus passiones pro xpo sustinuerunt
decentius in resurrectione habebunt ut augustinus dicit xxi de civitate dei
ergo multo magis sanguis xpi. qui pro salute
humani generis effusus est. ad gloriam resurrectionis
pertinere reparabilis est. Contra vero patet sumi
ex ipsa virtute passionis. Sanguis enim ille
in passione effusus. humanum genus sanctificavit
secundum illud ad hebreos ultimo. Ut sanctificaret

per sanguinem suum populum. extra portam passus est.
Sanctitas autem xpi salutifera virtute sanguinis ex virtute verbi
verbi venit. Ut damascenus dicit in iii libro. Unde manifestum est
quod sanguis xpi in passione effusus. qui maxime fuit salubris
fuit divinitati unitus. Et ideo oportuit quod in resurrectione
integer absque diminucione. Sed quod sanguis autem xpi qui est in
quibusdam ecclesiis. dicitur ex quadam imagine xpi percussa mi-
raculose profluxisse. vel etiam aliter ex corpore xpi. Ad primum
patet. VI

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod passio
xpus maius dilectionis signum nobis
ostendit. tradendo corpus in cibum. quam patiendo
pro nobis. Caritas enim patrie perfectior est quam caritas
vie. Sed beneficium illud quo nobis communicat corpus suum
dans nobis in cibum. magis assimilatur caritati patrie
in qua plene fruemur deo. passio autem quam pro
nobis subiit. magis assimilatur caritati vie. In qua
nobis pro xpo imminet patiendum. ergo maius est
dilectionis signum. quod corpus suum xpus tradidit nobis
in cibum. quam quod passus est pro nobis. Sed contra est.
quod dicitur Johannis xv. Maiorem caritatem nemo habet. quam
ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Respon-
deo dicendum quod illud quod est potissimum in unoquoque genere. men-
sura est omnium corporum que sunt illius generis. ut patet per
philosophum x metaphisice. Potissimum autem in genere amoris
humani est amor. quo quis amat seipsum. Et ideo
ex hoc amor nature est mensura cuiusque dilectionis amoris.
quo quis aliud amat. Unde et in ix ethicorum philosophus dicit.
quod amicabilia que sunt ad alterum. sunt ex amicabilibus
que sunt ad seipsum. Pertinet autem ad amorem quo quis amat
seipsum. ut velit sibi bonum. Unde tanto aliquis alium
magis amare probatur. quanto maius bonum quod
sibi vult propter alium. pretermittit. secundum illud proverbiorum xii
Qui negligit dampnum propter amicum iustus est. Vult enim
homo sibi triplex bonum preclare. quod est anime. corporis
et rerum exteriorum. Et est aliquod signum amoris.
quod in rebus exterioribus propter aliud detrimentum patiatur.
Maius autem est amoris signum. si etiam corporis propter
eum detrimentum patiatur. vel laborem vel verbera pro
amico sustinendo. Maximum autem dilectionis signum
est. si etiam animam suam deponere velit pro amico mo-
riendo. Quia ergo xpus pro nobis patiendo animam
suam posuit. fuit maximum dilectionis signum.
Quod autem corpus suum dedit in cibum sub sacramento
ad nullum detrimentum ipsius pertinet. Unde patet quod
primum est maius dilectionis signum. Unde et hoc
sacramentum est memoriale quoddam. et signum passionis
xpi. Veritas autem preeminet signo. et res memorali.
Ad primum ergo dicendum quod exhibitio corporis xpi. habet quandam
similitudinem caritatis. qua diliget nos deus in patria.
Sed passio pertinet ad ipsam dei dilectionem. nos
a perdicione ad patriam revocantem. Dilectio autem
dei non est maior in patria. quam sit in presenti

vi

viii Q Vnde circa Angelos quesitum est primo
Q, scilicet vtrum lucifer sit subiectum evi. Et videtur
quod sic subiectum temporis est primum temporale
simplicissimum ex . . . Ita subiectum evi videtur
esse simplicissimum eviternum hoc autem est lucifer. quia
inter angelos summus fuit secundum suam naturam creatam
Ev.m et non videtur quod est, sed non. Alioquin corpora
celestia que non sunt susceptiua quare evo mensurantur
non possunt. Cum ergo dona naturalia integra remansere
in demonibus post peccatum. Sic dyonisius dicit in iiii capitulo
de diuinis nominibus videtur quod evum sit in lucifero
sicut in subiecto. Sed contra evum est quedam eternitas
participata sed angeli beati magis sunt in participatione
eternitatis quam lucifer. qui est beatitudine expers
ergo lucifer non est subiectum evi sed magis summus
beatorum angelorum. Respondeo dicendum quod ex ignorantia lingue
greche prouenit quod quando dicitur aput omnes evum
ab eternitate distingui atque distingueretur antropos
ab homine. Quod enim in greco dicitur evon in latino dicitur
eternitas. Vnde etiam dyonisius x. c. de diuinis nominibus
pro eodem vtitur eternitate et evo sed quia nos vtimur
vocabulis ut plurimum, si vtrumque distinguimus ab
inuicem . evum. michil aliud erit. quam eternitas
participata vt scilicet eternaliter eternitatis ipsi deo attribuatur. Evum vero quasi participata eternitas subiectis
spiritualibus que sunt supra tempus. Contra vero illud quod
dicitur per . . . dicitur ergo est mensura primi. quod dicitur per
participacionem. Et dicitur quod prima mensura omnium eviternorum
est ipsa dei eternitas. Sic enim substantia dei est me-
sura omnis substantie, vt dicit commentator in x methaphysice
Contra vel accipe mensuram. omogeneam
. . . non est vna mensura
in eisdem generibus. dicit quedam quod sicut supra vocare
quod sed quodlibet eviternum habet suum. Contra
quasi sic enim esset verum quod dicit si omnia eviterna
. . . sic enim vnum eorum non esset
. . . equalia. Hoc autem non est verum quia in angelis
mensura altius. Hoc autem non est verum quia in angelis
est accipere primum medium et vltimum non solum
diuisos per ierarchias et ordines sed etiam secundum angelos
diuisos in eodem ordine vt patet per dionisium celestis
x. c. ierar. Et ideo quod est simplicissimum est mensura in quolibet genere, sicut dicitur in x methaphysice. Ideo
necesse est, vt duratio simplicissimi eviterni, sit evum
omnium eviternorum et ita simplicissimum est subiectum evi.
Sed est attendendum quod substantie spirituales mensurantur
evo non solum quantum ad earum substantiam sed etiam quantum
ad earum propriam operationem. Vnde in libro de causis dicitur
quod sunt in momento eternitatis secundum substantiam et operationem
Et sic oportet quod ille angelus qui est subiectum evi sit
simplicissimus non solum quantum ad essentiam sed etiam
quantum ad operationem. Talis autem est supremus bonorum an-
gelorum cuius operatio maxime est in vno. Ideo est deo
vnita. Vnde supremus bonorum angelorum est subiectum
evi non autem lucifer. Ad primum ergo dicendum quod aliqui posuerunt luciferum non fuisse summum angelorum sed sic dauid
ma . . . dicit fuit summus eorum qui peccauit ordini.
. . . vero gregorius secundum gregorium quod fuit summus
. . . dicendum est quod sua operatio quia sua est ab vno
primo et quasi est ad multitudinem inferiorum rerum
quarum primatum tenuit. Et sic demones
ceciderunt a summa simplicitate evi. Vnde dicit dyo-
nisius. iiii capitulo de diuinis nominibus quod demones dicuntur
mali propter hoc quod infirmatur circa operationem naturalem.
ix Q Vnde quesitum est de hominibus. Et primo
quantum ad ea que pertinent ad originem
secundo quantum ad ea que pertinent ad quendam
hominum statum. Circa primum vero quesitum est quadrupliciter
primo quidem de hiis que pertinent ad naturam hominis
secundo de hiis que pertinent ad sacramenta, tercio de
hiis que pertinent ad virtutes quarto de hiis que
pertinent ad precepta. Circa primum quesita sunt tria
primo quantum ad personas hominum vtrum scilicet si adam
non peccasset. eidem homines saluarentur. qui nunc sal-
uantur. secundo quantum ad intellectum vtrum scilicet
verbum cordis sit intelligibile. tercio quantum ad
voluntatem. vtrum scilicet ea que per timorem fiunt sint
x A Ad primum sic proceditur. Videtur voluntaria
quod si adam non peccasset, non eidem
homines saluarentur. qui nunc saluantur. Si enim
Adam non peccasset, soli electi saluarentur
ergo non fuissent nati illi peccatores, qui finaliter
sunt reprobati. et per consequens nec eorum filii quia si
non sunt eidem parentes consequens est. neque filios
esse eosdem. Multi autem nunc saluantur ex reprobis
parentibus nati ergo si adam non peccasset. non
idem saluarentur. qui nunc saluantur. Praeterea Secundum
philosophum semen est superfluum alimenti. sed aliud
fuisset cibus in paradiso. si non peccasset. ab
hiis cibis quibus nunc vtimur. ergo aliud fuisset semen
et per consequens alii filii. Sed contra est. quod dicit augustinus
dicit x questiones. Si primum parentem nulla putredo
peccati corrupisset numquam ex se filios iehenne
generaret sed hii qui nunc per redemptorem saluandi
sunt, soli ab eo electi nascerentur. Respondeo dicendum quod
cum in generatione hominis sit et aliorum animalium
semen patris. sit sicut agens. materia vero a matre
ministrata sit sicut paciens. ex quo corpus humanum
formatur impossibile est eundem filium nasci,
siue sit alius pater. siue alia mater. Sicut enim
non est idem numero sigillum. siue sit alia cera
siue sit aliud corpus sigilli ex cuius impressione
cera sigillatur. Et quamuis superfluum alimenti
sit semen secundum philosophum diuersitas tamen alimentorum
non sufficeret ad diuersificandum filios. quia ex
non sufficeret . . . ex illis cibis non fuit
semine nascuntur. . . aliqua. in substantia parentum
semine . . . aliqua. in substantia parentum
mutatur. Dicit autem quidam sequentes anselmum
. . . si homo non peccasset in illa prima iusticia
creati confirmati fuissent. et ipse et omnes qui
ab eo nascerentur. Ita quod omnes qui nascerentur
fuissent electi. Vnde cum nunc multi qui saluantur
ex peccato nascuntur. sicut in obiciendo tangebatur
consequens est quod essent alii parentes saluandorum,
et per consequens alii filii. Sed hec positio non videtur

esse vera c̄tma s̄m Aug. xiij de ci dei
statu corporis in hōie proportionabiliter videt
statui aīe / q̄diu ḡo hō habuit corpus aīale
potens mori / et nō mori / indigens alimentis
tādiu habuit aīam potentem procreare / et nō procre-
habuit autē corpus aīale q̄diu fuit in statu
generandi / q̄ etiā fuisset post illā primā creationem
si nō peccasset. Et ideo possibile fuisset si pr̄s
hō tūc nō peccasset / vt etiā ipse uel eius
posteri / postmodum peccarent. Vt Hugo de sancto
victore dicit. Unde ex hoc nō sequitur parentum diversitas
q̄ nūc sūt alij peccatores / tūc autē nō essent / sed est
aliud. Unde necesse est ponere diversitatem parentum
et in p̄mo statu / unus hō nō habuisset plures
vxores / nec essent alij ex fornicatione uel adulterio
nascentes / q̄d nūc contingit etiā et in hijs q̄ saluant
Multi enim filij unius parentis ex pluribus vxoribus
nati saluantur / sic patet de filijs Iacob. Multi
etiā ex fornicatione uel adulterio nati saluantur
Alioquin eis frustra sacramenta salutis adhiberentur
Unde relinquitur q̄ aliqui nūc saluantur q̄ si p̄mus
hō nō peccasset / nō nascerentur / et per consequens
nō saluarentur / nec tamen dei predestinatio falleretur
Ita deus predestinavit hōies / sicut scivit eos futuros.
Ad secundum autem subdit Anselmus q̄ si p̄mus homo
nō peccasset / nequaquam ex se filios generaret
vehemente / indubitanter verum est. Non enim in
filios transfudit peccatum originale sine quo hōies
filij ire nascuntur. Quod autem subdit q̄ hij soli q̄
nūc saluandi sūt nascerentur / Intelligendum est
q̄ preconiam sua simpliciter diminutionem / sed
soli electi nascerentur / quod est ex ratione originis
non autem demerito personali / quia alie persone
non essent hōies q̄ saluarentur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Ad secundum sic proceditur. Videtur q̄ aliquod
verbum cordis / sit species intelligibilis
Verbum enim cordis est illud quod intellectus
videt / hoc autem est species intelligibilis / ergo verbum
cordis / est species intelligibilis. Preterea cognitio in-
tellectiva / a sensu oritur / sed illud quod sensus
sentit est species sensibilis / ergo illud cordis quo
intellectus intelligit est species intelligibilis. Sed contra
verbum cordis interius est quod exteriori verbo significatur
sed verbum exterius nō significat speciem intelligibilem
ergo verbum interius nō est ipsa species intelligibilis.
Responsio dicendum q̄ s̄m Aug. xv de Tri. verbum cordis
inspicitur quoddam procedens a mente sicut ab intellectu
procedit autem aliquid ab intellectu inquantum est
constitutum per operationem ipsius. Est autem duplex operatio
intellectus s̄m philosophum / quarum una vocatur indivisibilium
intelligentia per quam intellectus format in seipso
diffinitionem / uel conceptum alicuius incomplexi. Alia
autem operatio intellectus componentis et dividentis
s̄m quam format enunciationem. Et utrumque istorum
per operationem intellectus constitutorum vocatur verbum
cordis / quorum primum significatur per terminum incomplexum
secundum vero significatur per orationem / manifestum est autem
q̄ omnis operatio intellectus procedit ab eo. secundum
q̄ est factus in actu per speciem intelligibilem / quia
nichil operatur nisi s̄m q̄d est in actu. Unde necesse
est q̄ species intelligibilis que est principium operationis in-
telligibilis / differat a verbo cordis / quod per operationem
intellectus formatur / quamvis ipsum verbum possit dici forma
uel species intelligibilis. sed sicut per intellectum constituta / prout
forma artis / quam intellectus adinvenit / dicitur quedam species
intelligibilis. Ad primum ergo dicendum q̄ intellectus intelligit
aliquid dupliciter. Uno modo formaliter / et sic intellectus specie intelligibili
qua fit in actu. Alio modo sicut instrumento quo utitur
ad aliquid intelligendum / et hoc modo intellectus verbo in-
telligit / quia format verbum ad hoc quod intelligat rem.
Ad secundum dicendum q̄ cognitio sensus exterioris perficitur
per solam immutationem sensus a sensibili. Unde per formam
que sibi a sensibili imprimitur sentit. Non autem ipse
sensus exterior format sibi aliquam formam sensibilem
hoc autem facit virtus imaginativa / cuius forma quodam-
modo similis est verbo intellectus.

Ad tercium sic proceditur. Videtur q̄ ea que fiunt xi
ex timore / nō sunt voluntaria Necessitas
enim voluntati contrariatur. Vt dicitur in v° methaphysice
sed ea que fiunt ex timore / dicuntur ex necessitate fieri
nō ergo sunt voluntaria. Sed contra omne quod quis opera-
tur propter finem est voluntarium. sed ea que quis operatur ex
timore / operatur propter finem scilicet ad vitandum malum
quod timet / sicut ille qui proicit merces in mare / vitat
submersionem navis. Ergo huiusmodi sunt voluntaria.
Responsio dicendum q̄ cum bonum sit voluntatis obiectum / hoc modo
se habet aliquid ad hoc q̄ sit voluntarium / quomodo se habet
se habet aliquid ad hoc q̄ sit bonum. Contingit autem in vl'i aliquid
ad hoc quod sit bonum / quod tamen s̄m aliquas particulares
consideratum esse bonum / quod tamen s̄m aliquas particulares
circumstantias sit malum. Sicut occidere s̄m se est malum
sed occidere hōiem pernitiosum multitudini / est bonum
Et quia operationes sunt circa singularia / in-
dicatur bone uel male / et per quas voluntarie uel
involuntarie simpliciter / quod considerantur singularibus circum-
stantijs s̄m quod s̄m quod in vl'i considerantur / ea autem
que ex timore fiunt in vl'i considerata sunt mala et
involuntaria. Sed si considerantur s̄m singularia que
circumstant sic sunt bona et voluntaria. Sicut proicere
merces in mare / s̄m se consideratum est malum / et
involuntarium. In tali autem casu est bonum et voluntarium
Unde et philosophus in iij° ethicorum dicit. Quod huiusmodi
mixta sunt ex voluntario et involuntario. Simpliciter autem
sunt voluntaria / s̄m quid autem involuntaria. Et ex necessitate
facti. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Consequenter considerandum est circa sacramenta. Primo de
sacramento eukaristie. Secundo de sacramentis penitentie.
Tercio de sacramento minorum. Circa eukaristiam
quesita sunt duo. Primo utrum forma specierum ammichilatur
Secundo utrum sacerdos debeat dare hostiam non conse-
cratam / peccatori hoc petenti occulte

Ad primum sic proceditur. Videtur q̄ forma xi
panis / in sacramento eukaristie ammichiletur
Illud enim ammichilari videtur quod desinit
esse / et in nichilum convertitur. sed forma panis in consecratione
desinit esse / nec est dare in quod convertatur. Non enim
convertitur in materiam corporis Christi / nec etiam in formam
eius que est anima. Alioquin anima esset ibi ex vi

sacrameti go forma panis adnichilatur
Augustinus dicit super Iohannem viii Clarifica me pater
si humana natura quittat in verbum si diligenter
cogitaveris hoc periret in deo sed id annichilari
dicitur quod perit go si panis quititur in corpus Christi corpus
videtur quod annichilet Sed contra est quod Augustinus dicit
In libro lxxx iii questionum deus non est actor tendendi
in non esse Est autem actor eukaristie go in illo
sacramento nichil annichilatur Responsio dicendum quod adnichilacio
quendam motum importat dicitur autem motus
novatur a tercio ad quem Unde terminus ad nichilacionis
est nichil consecracio autem panis in sacramento
eukaristie non terminatur ad nichil sed ad corpus
Christi Alioquin non esset dare quo corpus Christi inciperet
esse sub sacramento Non enim incipit ibi esse per
motum localem Alioquin desineret esse in celo
Relinquitur ergo quod in consecracione panis non est
aliqua adnichilacio sed transsubstanciacio panis in corpus
Christi Ad primum ergo dicendum quod sicut in generacione naturali
non forma generatur sed compositum sed totum compositum
Ita eciam in sacramento altaris non est quaerendum
seorsum de forma et materia in quod quittatur sed totum
panis quititur in totum corpus Christi inquantum est corpus
Ita si in triduo mortis Christi fuisset consecracio
facta non fuisset ibi anima sed corpus exanime
sicut in sepulcro iacebat Ad secundum dicendum quod
vere dicitur natura humana si quitetur in verbum
inquantum esse desineret quantum scilicet ad terminum
a quo Non autem adnichilatur quantum ad terminum ad quem

xvi Ad secundum sic proceditur Videtur quod
sacerdos non debeat dare hostiam
non consecratam peccatori occulto sed petenti
Non enim debet sacerdos peccatum occultum publicare
publicaret autem si ei daret hostiam non consecratam
cum aliis sacris daret consecratam go sacerdos non
debet dare hostiam non consecratam peccatori occulte
petenti Preterea hostia consecrata a sacerdote et cuilibet
fideli porrecta a circumstantibus adoratur si ergo
exhiberet hostiam non consecratam loco consecrate
quantum est in se faceret populum ydolatrare quod est contra
peccatum Non ergo sacerdos debet peccatori occulto petenti
hostiam dare non consecratam Sed contra est quod sacerdos
est medicus animarum sapiens autem medicus vitat
quantum potest periculum infirmi quem accipit in curam
peccatori autem cuius curam sacerdos habet imminet magnum
periculum si in conscientia mortalis peccati corpus Christi acciperet
quod sibi manducat et bibit indigne iudicium sibi
manducat et bibit ut dicitur ad Corinthios xi go sacerdos
bene facit si eius periculum vitet porrigens
ei hostiam non consecratam Responsio dicendum quod ipsi veritati
non est aliqua fictio adiungenda quia nulla
est conventio lucis ad tenebras ut apostolus dicit ii
ad Corinthios vi Et Augustinus hoc probat In libro lxxxiii
questionum dicens corpus Christi non fuit simulatorium quia veritas
que est Christus non potuit fallere Et ideo in sacramentis
ecclesie nichil per fictionem agendum est et precipue in
sacramento altaris In quo totus Christus continetur

esset autem quedam fictio si hostia non consecrata
loco consecrate daretur et cum hoc sacerdos quantum in
se esset fieret ydolatrandi occasio quod quamvis peccatum
ydolatrie non incurreret existens probabiliter hostiam
esse consecratam tamen sacerdos in hoc sciens quod hostia
non consecrata populo exhibet adorandam ydolatrie
crimen incurreret Unde hoc in nullo casu est faciendum
Debet ergo sacerdos peccatorem occulte primo monere
ut penitenciam agat et sic ad sacramentum accedat
quod si penitere noluerit debet ei occulte inhibere
ne aliis communicantibus in publico se immisceat
quod si se immiscuerit debet ei dare hostiam consecratam
Unde patet ad duo argumenta Ad tercium
dicendum quod stultus esset medicus qui cum maiori periculo
suo minus periculum infirmi vellet impedire
puta si vellet ipse venenum bibere ne infirmus
bibet vinum Multo autem magis peccat sacerdos
ficcionem faciens in sacramento Christi quam peccator indigne
sumens Unde stultus esset sacerdos si vitaret peccatum
subditi et ipse gravius peccaret fictionem faciens
in sacramento veritatis

Deinde circa sacramentum penitencie quesita
sunt duo Primo utrum prelatus debeat subditum
suum ab administracione removere propter
aliquid quod ab eo in confessione audivit Secundo
utrum In meliori statu moriatur ille qui moritur
in via eundi ultra mare quam ille qui moritur in

xiiii Ad primum sic proceditur Videtur quod
prelatus posset subditum suum ab
administracione removere propter aliquid quod
ab eo in confessione audivit quia nichil pro
caritate contra caritatem militat Sed sigillum
confessionis institutum est pro caritate Non
ergo militat contra caritatem ex qua tenetur prelatus
saluti subditorum providere Est autem aliquid
contra salutem subditi si eius administracio admittitur
ut puta si committat accepciones reddendi
in peccatum Igitur non obstante sigillo confessionis
prelatus debet eum ab administracione removere Sed
contra est Nichil est faciendum in preiudicium
confessionis est autem preiudicium confessionis si subditum
ab administracione removeret propter crimen
quod suo prelato confessus est quia per hoc alii retraherentur
a confessione Non ergo debet prelatus subditum
ab administracione removere propter peccatum quod ei confessus est
Responsio dicendum quod illud quod in confessione auditur
nullo modo est manifestandum nec verbo nec signo
nec nutu nec eciam aliquid est faciendum unde in
suspicionem peccati aliquis posset provenire Si igitur
amocio subditi ab administracione posset inducere
ad manifestandum peccatum dictum in confessione
vel aliquam probabilem suspicionem de ipso nullo modo
prelatus deberet ipsum subditum ab administracione
removere puta si in aliquo monasterio esset
consuetum quod priores non amoverentur de suis
prioratibus nisi pro culpa manifestaretur peccatum
sciretur per remotionem ab administracione Unde si
abbas hoc faceret graviter peccaret tamquam

v

cfessiom revelans. Posset tn secrete cu cari
tate removere. vt cu instancia petet absolucom
si hoc videt saluti eius pficere. Si vo p amorez
ab admistrac petm vltatem manifestaret
puta si in aliquo moastio eet cfiictio. qdam aliqs
de suo libitu d' facili aliqs ab admistrace
removeret. tunc aliqui ca vel ocasione accepta
posset subditum b' cfessio ab admistrac remo-
vere. Debet tn hoc fieri. cu debita cautela. Si talis
admistrao eet subdito piculosa in posterum
cfessus. ex in hoc casu melius eet qp eu in-
duceret ad absolucoz petendam. Si vo piclm
in posterum no timeret no optet qp pro pcto
ptito p pmaz deleto. eu ab admistrac re-
moveret. Dicit enim Aug. dt 7n li d' adulteriis
cingijs. Non adhuc deputamus adulteros qui
credis pnia ee paluatos. quique enim penite
tes inmortentes meliores sunt et p hic pz r' ad aliud

XIIII

Ad scdm sic procedr. Videtr qp melius
moriatr. cruce signatus in via eundi
vltra mare. qz ille qui morit redeundo.
Qui enim morit in eundo. e qz in pseqncdo
votum suum. vt se exponat morti pro xpo.
et ita morit tanqz martir. qui at morit in
redeundo. no morit in pposito exponedi se
pro xpo. et ita morit. qz cfessor. Sz maior
e status martirum qz cfessorum. go in meliori statu
morit qui morit in eundo. qz qui morit i re-
deundo. Sed qt qui morit in redeundo iam
csumaut votum suum. qui at morit in eundo. non
csumaut. Sz est qz in pricipio. pfectum at est
melius inpfecto. et finis pricipio. go melius
morit in redeundo. qz qui morit in eundo.
Rspo dicendum qp quanto aliqs cu pluribus mitis
morit. tanto melius morit. Merita at ma-
nent at manet no solu illa. que actu agit
sed et illa que iam fecit. quia apud dnm deposita
sunt. ut dicit ii ad Thim' ii. Scio cui credidi et
certus sum. quia potens est depositum meum servare
in illud diem. Manifestum est aut qp ille qui
morit in redeundo de vltra mare. ceteris paribus
cu pluribus mitis morit. qz ille qui morit
in eundo. Ht enim dupx meritum. ex assumpto
itinere. et vlterius ex psecucione. In quo forte multa
grauia e passus. Et ideo ceteris paribus melius
morit in redeundo. Sicut ire magis est me-
ritorium qz redire absolute loquendo. Ad pm
go dicendum. qp illud ppositum exponendi se morti
pt' xpm habuit etiam iste in eundo. nec hoc
meritum pdidit. si se invicez a pcto custodivit.

Deinde circa mrio^m quesita sunt duo.
Pmo si aliqs desponderat aliqua d'
futuro. p vba. et pqea carnaliter
cognoscat. no quidem qz csenciens in mrio.^m
Sz solu modo volens fraudulent surripe copla
carnale. Sc' pqmodum cthat cu alia p vba
d' pnti. vtrum secuda sit vxor eius. Scdo si vir
accuset vxore. d' adulterio oculto. vtrum mulier
teneatur in iudicio suum pctm cfiteri.

Ad pmu sic procedr. Videtr qp ille qui cognt
carnalit mlrez. quam desponderat p vba XV
de futuro. no posset hre vxorez illam cu qua
pqea ctxit p vba de pnti. Iudicium enim ecce cpelli
stare. cu p'a quam carnalit cognt. Sz ecca pt
fure psonas illegitimas ad cthendum. go videtr
qp ex no posset cu alia mlre hre mrio.^m Et
ita illa cu qua scdo ctraxit p vba de pnti no
erit vxor sua. Sed qt e qp error psonaz no
pmdicat vtati mrionij. Sz ex errore psonis
psuenit ee csensum. vbi fuit carnal' copla.
Queit qp p iudicium ecce cpellit aliqs illaz
hre. quam cognt carnalit. p ctractum p vba
fre. quam cognt carnalit. p ctractum p vba
de futuro. go no pmdicat vtati scdi mrionij
qd e vere ctractum p vba de pnti. Rspo dicendum
qd causa mrionij e csensus
sic Nicolaus ppa dicit. causa mrionij e csensus
p vba d' pnti expressus. sine quo cetera eciam cum
coitu csituta frustrant. Remota at causa
removet effectus. Vnde cu in tpe mrio pona-
no csensus fuisse. manifestum e quod pm no
fuit mrio.^m Et qz posita ca. ponit effectus. co-
seqns e vt scdm fuit mrio.^m In quo ponit
fuisse mutuus csensus. p vba de pnti expssa.
inter psonas a matrimonio solutas. Ad pm
go dicendum. qz eccia in hiis que ad mrio^m
ptinet triplr se ht. Vno quidem modo. p modum
iudicis. Et qz homines videt ea que apparet.
sicut dicitur i Reg xvi. qp iudex eccia iudicat
scdm ea que apparet. vel p cfessionem pntium vel
p idoneos testes. et p alia legitima docu-
menta vel adhibita. Contigit quoque vtatez
latere. et pricipue in hiis que ptinet ad interiora
cordis que humano testimonio pbari no pnt
nisi p aliqua signa exteriora d' hiis possit aliqui
cjectura hri. Et ideo iudiciu ecce circa ea que
ad mrio^m ptinet. si vitas lateat. no impe-
dit seqns mrio^m ctrahendum. nec dimit ea
ctractum. Alio se ht p modum puniencis. et
prohibentis. et hoc quidem impedit mrio^m sed
no dimit iam ctractum puta vxorinde. pena
imponit eccia. vt ab altius mrio abstineat.
Si tn ctraxerit mrio^m no dimittit ctractu mo
Tercio se ht p modum statuentis. quod fit solum aucto-
ritate summi pontificis. Et scdm hoc psone alicui reddit
illegitime ad ctrahendum. Ita qp si etiam ctrahat
mrio^m dimit. vt patet i quibusdam gradibus
csanguinitatis vel affinitatis. Vel ex d' adulterio
cu dat ei fide ctrahendo. vel cu machinatus e
in mortem vxoris

XVI

Ad scdm sic proceditur. Videtr qp mulier
accusata d' adulterio. no teneatur pctm
suum in iudicio cfiteri. Nullus enim tene-
tur suum pctm ocultum publicare. Sz adulterium mulieris
e ocultum. Si at in iudicio cfitetur. ipm revelat
in publicum. Non go teneatur mulier accusata de
adulterio pctm in iudicio cfiteri. Sz qt e quod
det prestare iuramentum d' vitate dicenda. Sed
nullo modo debet deierare. go vitatem det cfiteri.

v

de suo peccato. Responsio dicendum, quod circa hoc distinguendum est. Si enim adulterium sit omnino occultum, neque debet proferre suum in iudicio confiteri, neque debet exigi ab ea iuramentum de veritate dicenda, quia occulta solo divino iudicio reservantur, secundum illud i ad Cor. x. Nolite ante tempus iudicare, quousque veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum. Sed si vero de adulterio processit etiam infamia, vel aliqua signa evidentia apparent, que vehementem suspicionem facere possunt, vel quando est semiplene probatum, tunc debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda, et ipsa tenetur confiteri veritatem. Et per hoc patet responsio.

Deinde circa virtutes quesita sunt adiecta duo. Primo circa iustitiam, scilicet si aliquis incidens in latrones promittat eis pecuniam pro sua liberatione, si mutuo eam accipiat ab aliquo suo amico, utrum restituere teneatur. Secundo circa abstinentiam, utrum aliquis peccare possit nimis ieiunando vel vigilando.

XVIII Ad primum sic proceditur. Videtur quod ille qui accepit mutuo pecuniam ut se redimeret a latronibus non teneatur eam restituere. Quia ut Augustinus dicit, extreme necessitatis sunt omnia communia, sed nullus debet quasi proprium petere id quod est quasi commune, ut Ambrosius dicit et habetur in decretis di. xlvii. Cum ergo ille qui in latrones incidit fuit in maxima necessitate constitutus, utpote in periculo mortis existens, videtur quod statim fuit quasi sibi aliquid quod erat alicuius, et ita non teneatur ei restituere qui pecuniam mutuavit, acsi debet proprium eius.
Praeterea nullus debet facere compensationem alicui pro eo quod ille facere tenebatur. Sed ille qui mutuavit pecuniam tenebatur proximum suum a mortis periculo liberare, secundum illud Prov. xxiiii Erue eos qui ducuntur ad mortem. Ergo videtur quod ille qui liberatus est non teneatur ei restituere pecuniam mutuatam. Sed contra est quod dominus dicit Matth. vii Omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines et vos facite illis. Sed ille qui liberatus est a latronibus vellet sibi restitui si quid mutuasset; ergo et ipse debet restituere quod mutuo accepit. Responsio dicendum quod cum iustitie actus est unicuique reddere quod sibi debetur. Unde cum in contractu bone fidei qui fuit inter mutuantem et mutuum accipientem restitutio debeatur ex iustitie precepto, tenetur ille qui mutuo accepit pecuniam eam reddere creditori, et tanto magis quanto in maiori necessitate creditor sibi subvenit. Ad primum ergo dicendum quod tunc in necessitate fiunt omnia communia, cum homo non potest sibi de suo subvenire. Ridiculum enim esset si quis famem patiens nollet accipere panem quem habet in area, et diceret se debere accipere panem alienum; quia quecumque possumus per alios quodammodo per nos aliqualiter possumus, ut philosophus dicit iii ethicorum. Iste autem qui in latrones incidit potuit se per alios liberare mutuum accipiendo, et ideo non fuit ei omnia communia. Ad secundum dicendum quod unusquisque tenetur ad liberandum proximum a morte secundum suam conditionem et modum, et hoc quidem convenienter implevit ille qui pecuniam mutuavit. Non autem tenebatur eam donare in casu quo ille poterat per mutuum liberari.

XVIIII Ad secundum sic proceditur. Videtur quod homo non possit peccare nimis ieiunando vel vigilando. Deus enim non potest diligi ab homine nimis, sed probatio dilectionis est exhibitio operis, ut dicit Gregorius in omelia quadam. Ergo videtur quod aliquis non possit peccare nimis ieiunando vel vigilando propter deum. Sed contra est quod Bernardus conqueritur se peccasse de hoc quod nimis corpus suum ieiunando et vigilando debilitavit. Responsio dicendum quod sicut philosophus dicit in i politice, aliter est iudicandum de fine, aliter de hiis que sunt ad finem. Finis enim absque mensura querendus est; in hiis autem que sunt propter finem adhibenda est mensura, scilicet proportionabiliter ad finem. Sicut medicus sanitatem, que est finis eius, facit quantumcumque potest maiorem, sed adhibet medicinam secundum quod competit ad sanitatem faciendam. Est igitur considerandum quod in spirituali vita dilectio dei est sicut finis; ieiunia autem et vigilie et alia exercitia corporalia non queruntur tamquam finis, quia, ut dicit i ad Cor. ix, Castigo corpus meum et in servitutem redigo. Et ideo huiusmodi sunt adhibenda cum quadam mensura rationis, ut scilicet concupiscentia evitetur et natura non extinguatur, secundum illud ad Rom. xii Exhibete corpora vestra hostiam viventem, et postea subdit rationabile sit obsequium vestrum. Si vero aliquis intantum virtutem nature sue debilitet per ieiunia et vigilias et alia huiusmodi quod non sufficiat debita opera exequi, puta predicator predicare, doctor docere, et sic de aliis, absque dubio peccat; sicut peccaret vir qui nimia abstinentia se impotentem redderet ad debitum uxori reddendum. Unde Ieronimus dicit: De rapina holocaustum offert qui vel ciborum nimia egestate vel somni penuria immoderate corpus affligit. Et iterum: Rationalis homo dignitatem amittit qui ieiunium castitati et vigilias sensuum integritati prefert. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Deinde circa precepta quesita sunt duo. Primo utrum precepta ordine nature precedant consilia. Secundo utrum peccata que fiunt contra precepta secunde tabule sint graviora peccatis que fiunt contra precepta prime tabule. XIX

Ad primum sic proceditur. Videtur quod precepta ordine nature precedant consilia. Illud enim est prius ordine nature ad quod natura prius instigat; sed precepta sunt de primo instinctu nature, quia sunt de dictamine rationis naturalis, non autem consilia; ergo precepta sunt priora consiliis. Sed contra est quod prius natura aliquid dicitur respectu cuius alterum est imperfectum, est prius perfecto. Et hoc modo precepta non sunt priora consiliis, quia in preceptis principaliter consistit perfectio. Secundo per modum cause tempore precedentis effectum, et sic certe non sunt priora, quia non est necessarium quod aliquis impleat precepta per consilia. Tertio modo per modum originis, sicut principium est solis respectu lucis solaris et radii. Sed nec hoc modo precepta sunt priora, quia non est necesse quod unusquisque servat precepta servet consilia. Ergo nullo modo precepta ordine nature precedunt consilia. Responsio dicendum quod circa hoc necesse est duo considerare. Primo quid sit prius ordine nature. Secundo quid sit preceptum et quid consilium. Quibus manifestatis evidenter apparebit quod queritur. De primo sciendum est, secundum philosophum in v metaphysice, de prius et posterius dicitur secundum quemlibet ordinem per comparationem ad principium illius ordinis, sicut in loco per comparationem ad principium loci, et in disciplinis per comparationem ad principia discipline. Sic igitur in 2 pa

ordine nature. Dicitur aliquid prius per comparationem ad principia nature que quidem sunt quatuor cause. Unde secundum unum quodque genus cause prius est in ordine nature quod est propinquius cause. Omnes autem cause sunt quatuor. Tres enim cause scilicet efficiens formalis et finalis concurrunt in idem. Unde relinquitur quod ordo nature est duplex. Unus quidem secundum rationem cause materialis secundum quam imperfectum prius est perfecto et potentia actu. Alius autem ordo est secundum rationem aliarum trium causarum secundum quem perfectum prius est imperfecto et actus potentia. Unde philosophus dicit in v methaphysice quedam alia sunt priora secundum potentiam alia perfectione. Et quod forma est prius natura quam materia ut probatur in 7° physicorum. Convenientius dicitur esse prius natura actus quam est prior specie et substantia ut dicitur in ix methaphysice quam potentia, que est in uno et eodem prior generatione et tempore. Unde et philosophus dicit. In ii° periermenias quidem in hiis que contingunt esse actu et potestate, ea que sunt actu sunt priora tempore posteriora natura secundum vero. Primo circa rationem consiliorum et preceptorum considerandum est quod preceptum importat rationem debiti. Debitum autem est aliquid dupliciter. Uno modo secundum se et sic finis est debitus in uno quoque negotio. Medicus enim propter se debet querere sanitatem. Alio modo est aliquid debitum propter aliud secundum id sine quo non potest perveniri ad finem, sicut medicus debet inducere dietam infirmo sine qua non potest sanari. Illud vero quod ordinatur in finem ut melius aut facilius consequatur, sine quo tamen aliqualiter possit haberi finis, non habet rationem debiti. Finis autem spiritualis que lege divina ordinatur est duplex. Unus quidem principalis scilicet adherere deo per caritatem. Unde dicitur i ad thimotheum finis precepti est caritas. Secundus finis secundarius est quasi dispositivus scilicet puritas et rectitudo cordis que consistit in interioribus actibus aliarum virtutum. Unde apostolus dicit ad Romanos vi. Habetis fructum vestrum in sanctificatione. Sicut etiam in generatione naturali finis est et ipsa forma substantialis et ultima dispositio ad formam. Unde manifestum est quod principalia precepta divina sunt quidem de dilectione dei et proximi ut patet Mathei xxii. Secundaria vero de interiori sanctificatione secundum illud i ad thessalonicenses iiii°. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. Omnia vero alia que sunt spiritualis vite ordinantur ad precepta sicut in finem. Sed dupliciter. Quedam enim sunt talia sine quibus predicti fines esse non possunt et hec cadunt sub precepto, sicut non habere deos alienos et cetera. Quedam autem sunt sine quibus ad predictos fines perveniri potest. Unde non cadunt sub precepto, sed quia per hec quis melius et facilius pervenit ad fines predictos, dantur de eis consilia, sicut patet de paupertate virginitate et aliis huiusmodi. Et est simile. Si aliquis debet ex precepto esse Rome certo die, tenetur etiam ex precepto debito Romam ire. Non autem tenetur ex precepto ire equester, quia sine hoc posset pervenire Romam. Tamen cadit hoc sub consilio inquantum equitando facilius et melius perveniet ad finem. Hiis ergo visis patet de facili id quod querebatur. Si enim comparentur consilia ad precepta finalia, que sunt de dilectione dei et proximi et de interiori cordis puritate, manifestum est quod precepta sunt priora consiliis naturali ordine perfectionis, sicut actus naturaliter est prior potentia et finis hiis que sunt ad finem. Et consilia erunt priora naturaliter ordine generationis et temporis, inquantum scilicet per consilia ad puritatem perfectam cordis et perfectam dilectionem dei et proximi pervenitur. Si autem comparentur consilia ad alia precepta que ordinantur ex necessitate in predictos fines, sic erit duplex consideratio. Una in consiliis necesse est ut includantur precepta. Qui enim omnia dimittit non rapit aliena, et qui virginitatem servat non mechatur. Sicut etiam qui non equitat vadit, sed non e contrario. Ergo erit una comparatio ad precepta absolute considerata. Et sic sunt precepta ordine nature priora consiliis, sicut genus est universalius prius specie. Consilia autem econverso priora naturaliter preceptis, sicut species sunt priora secundum naturam quam genera ut patet per philosophum in v° physicorum. Comparatur enim genus ad speciem sicut potentia ad actum. Precepta autem absolute sumpta se habent per modum generis ad observantiam preceptorum in consiliis. Qui non mechatur cum virginitate et ad non mechari cum matrimonio, et ire equitem et ire pedestrem. Alia vero comparatio est consiliorum ad precepta sicut consiliis obsignata, sicut comparatur eunte in equo ad eum qui vadit pedibus. Similis enim est comparatio virginis seu continentis ad matrimonium et pauperis propter Christum ad eum qui in seculo suis contentus est. Et sic simpliciter ordine nature consilia sunt priora preceptis tamquam imperfectio perfectionis. Nec precepta sic accepta precedunt naturaliter ordine generationis et temporis consilia. Non enim oportet quod ille qui vult continentiam vel virginitatem servare prius matrimonio iungatur. Licet etiam oportet quod ille qui vult esse pauper propter Christum prius secularem vitam agat in qua suis divitiis sit contentus. Sicut etiam non oportet quod ille qui vult ire equester Romam prius vadat pedester, et propter hoc quandoque melius est si a principio equester vadit. Et per hoc patet.

Ad secundum sic proceditur. Videtur Re° adolterio XX quod peccata que sunt contra precepta secunde tabule sint graviora peccatis que sunt contra precepta prime tabule. Peccatum enim contra precepta secunde tabule est tale, scilicet contempto bono incommutabili commutabili bono adherere, sicut patet in furto et adulterio et aliis huiusmodi. Sed contemptus incommutabilis boni est peccatum contra precepta prime tabule, quibus ordinamur ad exhibendam reverentiam deo. Ergo peccata que sunt contra precepta secunde tabule includunt peccata que sunt contra precepta prime tabule et aliquid addunt. Ergo sunt graviora. Preterea. Symonia est maximum peccatum. Sed cum symonia sit species avaritie que est contra precepta secunde tabule, ergo peccata que sunt contra precepta secunde tabule sunt graviora peccata que sunt contra precepta prime tabule. Sed contra est quod peccatum contra precepta prime tabule est desperatio et alia huiusmodi que sunt gravissima peccata. Ergo peccata que sunt contra precepta prime tabule sunt graviora. Respondeo dicendum quod formalis ratio peccati mortalis consistit in aversione a deo. Si enim esset inordinata conversio ad bonum commutabile sine aversione a deo, sic non esset peccatum mortale.

Precepta autem prime tabule secundum se ordinant directe hominem in deum, unde dicuntur ad dilectionem dei pertinere. Et ideo peccata que sunt contra precepta prime table directe et secundum se importat aversionem a deo. Peccata autem que sunt contra precepta secunde tabule per se quidem deordinant nos principaliter circa bona commutabilia circa que ordinatur per precepta secunde table, ex consequenti autem deordinat nos a deo. In unoquoque autem genere potissimum est id quod est per se. Unde peccata que sunt contra precepta prime tabule secundum suum genus sunt gravissima in genere peccatorum. Ad primum ergo dicendum quod contemptus dei per se includitur in peccatis que sunt contra precepta prime tabule, sic autem non ex necessitate includitur in peccatis que sunt contra precepta secunde table. Non enim ille qui vult fornicari intendit hoc facere in contemptum dei, sed intendit principaliter delectari, ad quod consequitur quod deum contempnit preter principalem intencionem mandata dei transgrediens. Ad secundum dicendum quod simonia non est maximum peccatum simpliciter, sed maximum inter illa que committuntur circa gratias permanentes. Et hoc autem est ex hoc quod conveniunt se habent ad sacramenta, in quibus attingit peccatum quod est contra precepta prime tabule.

Deinde questio est de his que pertinent specialiter ad quosdam hominum status. Et primo de his que pertinent ad prelatos. Secundo de his que pertinent ad doctores. Tertio de his que pertinent ad religiosos. Quarto de pertinentibus ad clericos. Circa primum questio est talis. Primo utrum beatus Matheus vocatus sit statim de theloneo ad statum apostolatus et perfectionis. Secundo utrum ille qui eligitur canonice in episcopum melius faciat consentiendo electioni de se facte vel eam recusando. Tertio utrum qui dat beneficium ecclesiasticum alicui suo consanguineo sperans per hoc suum genus exaltari et ditari committat simoniam.

XXI Ad primum sic proceditur. Videtur quod beatus Matheus non fuit vocatus statim de theloneo ad statum apostolatus et perfectionis. Dicit enim Gregorius super Ezechielem: Nemo repente fit summus. [glosa dicit ...] Sed status apostolatus et perfectionis eminentissime est summus status humane vite. Ergo Matheus non fuit statim vocatus ad statum perfectionis et apostolatus. Sed contra est quod dicit Hieronymus super Matheum quod de publicano repente fit apostolus. Et Beda dicit super Lucam: credendum de publicano in apostolum de theloneario in instanti est mutatus. Et quedam glosa dicit Luce v quod nullam prorsus cogitationem vel curam huius vite conversationis, quod est perfectionis eminentissime. Ergo statim vocatus est ad statum apostolatus et perfectionis. Respondeo dicendum quod questio ista ex verbis evangelii declarari potest. Si enim loquamur de apostolatu manifestum est secundum narrationem Mathei Marci et Luce quod diu post vocationem Mathei aliquanto spatio temporis ex suis discipulis xii apostolos vocavit, inter quos unus fuit Matheus. Et sic patet quod statim a principio fuit vocatus ad discipulatum Christi, non autem ad apostolatum nisi secundum preordinationem Christi qui eum in apostolum faciendum disponebat. Et secundum hoc intelligenda sunt verba Hieronymi et Bede. Si autem loquamur de perfectione eminentia sic manifestum est quod statim a principio vocatus est ad statum perfectionis. Dicitur enim Luce v quod surgens relictis omnibus secutus est eum, quod autem ad discipulatum Christi pertinebat secundum illud quod dicitur Luce xiiii: Nisi quis renuntiaverit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Ad primum ergo dicendum quod summitas in vita humana potest accipi dupliciter. Uno modo secundum comparationem status ad statum singulorum in humana vita: unus status maior est alio et aliquis est summus. Sic enim nichil prohibet aliquem repente fieri summum, id est attingere ad statum summum, et hoc apparet tam in spirituali vita quam in seculari. Inveniuntur enim aliqui statim a pueritia ad statum religionis qui est perfectissimus convolasse vel proprio arbitrio sicut beatus Iohannes baptista et beatus Benedictus, vel etiam devotione parentum sicut illi qui monasteriis traduntur a parentibus. Sicut enim non oportet quod seculari vita exerceantur antequam ad religionem transeant, sic non oportet quod aliquis exerceatur in laicali vita antequam clericus fiat. Similiter etiam aliqui repente assumuntur ad regnum vel ab ipsa pueritia sicut Salomon et Iosias reges Iuda, vel etiam ex vili statu sicut Saul. Unde Ecclesiastes xi dicitur quod de carcere catenisque interdum quis egreditur ad regnum. Alio modo potest accipi summum per comparationem graduum quibus proficit perfectio hominis in unoquoque. Et sic intelligit Gregorius quod nemo repente fit summus. Dicit enim Augustinus super canonicam Iohannis: Caritas non mox ut nascitur perfecta est, sed ut perficiatur nascitur; cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur. Contingit tamen quandoque quod unus homo repente incipit ab altiori gradu perfectionis quam sit summus ad quem pertingit perfectio alterius hominis, ut patet de beato Benedicto, de quo Gregorius dicit in ii Dyalogorum quod preteritis et futuris omnibus acquiescat. Benedictus puerulus conversationis gratiam a perfectione incepisse.

XXII Ad secundum sic proceditur. Videtur quod melius faciat qui consentit electioni canonice de se facte quam qui eam recusat. Dicit enim Gregorius xxii Moralium: Potestas cum percipitur non ex libidine amanda est. Sed cum aliquis per canonicam electionem episcopalem dignitatem adipiscatur non percipit eam ex libidine. Ergo debet eam amare, non ergo debet eam recusare. Sed contra est quod Gregorius dicit xx Moralium quod prelatio propter meliorem intentionem fugienda est. Respondeo dicendum quod in eo qui electioni canonice de se facte consentit considerare principue debet quid intendit. Si enim intendit aliquid temporale, puta honorem, divitias, exuere se a iugo religionis aut aliquid huiusmodi, manifestum est

v

q̄ ē deprauata intenc̄o. Vnd' includ
facit si nō assentiet. Si aūt intendit
profectum ecclē sic planum ē q̄ ē bona in-
tencio. Vnd' Aug. dt xix de ci. di. Ex
actione nō amandus ē honor in hac vita
siue potencia. sed ipm opus si recte et vtilr
fit. vt valeat ad salutē subditor. et
induit id apli qd scribitur j ad Thimot. iij.
qui ep̄atum desiderat bonum opus desiderat
Sz tn̄ sciendū ē. q̄ ad hoc opus max.a
requiritr ydoneitas. Vn̄ ut Greg. dt In
pastorali tantum actor. ppli debet actio
trāscendere ꝓfessionē. quātum distare solet a
grege vita pastoris. ad qd humana fra-
gilitas. scdm ꝓprias vires sufficiens nō ē
scdm id apli ij ad Cor. iijo et ad hoc qs
tam idoneus. Sz tn̄ d' auxilio grē diuine
homines idonei et sufficientes redduntr. Sic
ipe p'mod' subdit ij ad Cor. iijo. Ideo eqz
nos fecit ministros noui testam.ti. Pt go aliqs
laudabilr ꝯsiderans defectum ꝓpm' ex humilitate
officium prelacōis recusare. Sic Ieremias j. dt
Nescio loq' q̄ puer ego sum. Pt et lau-
dabilr ꝯsentire. ex caritate diuina. ut saluti
p'ximorum p'uideret. Sic Isa. vj. dt Ecce ego sum
mitte me Isa. vj. Sz sic Greg. dt i pasto.
In vtroq ē subtilr intuendum q̄ is qui
recusauit plene nō restitit. Is q̄ mitti
voluit. ante se p altaris calculum pur-
gatum vidit. Ne quis nō purgatus adire
ꝯsequeret sacra ministia audeat. aut quem
diuina grā elegit. sub humilitatis spē sup̄ne
dispensacōni contradicat. Vn̄ a go valde diffi-
cile ē. purgatum se quēlibt posse agnoscere.
p'lacōis officium tucius declinat. tn̄ nō
ꝓtinaciter. cū ad hoc suscipiendum diuina vo-
luntas cognoscitr. Ad p'm go dd' q̄
illud vbum Greg. nō debet sic intelligi
p'tus tū ex libidine nō p'cipitr. amanda ē
sz ita p'tus tū p'cipitr. non ē amanda
ex libidine. subdit enim. sz ex karitate
toleranda. Ad scdm dd' q̄ melior ē
intencio prelacōm fugiendum. scdm p'cipuum
desiderium. dū mō non assit necessitas
ex parte imponentis. hoc oīm. Vnd' Aug.
dt xix d' ci. di. Superior locus. sine quo
ppls regi nō pt. et si ita teneatr ut deceat
tn̄ indecenter appetitur. Ociū enim scām querit
caritas veritatis. negocia tn̄ iusta suscipit
necessitas caritatis;

XXIII

Ad tercium sic procedr. Videt' q̄
p'latus q̄ dat bn̄ficium alicui suo
ꝯsanguineo. vl' alicui ut alij eius
ꝯsanguinei exaltentur. symoniam ꝯmittit.
Est aūt simonia studiosa voluntas emendi
vl vendendi aliqd spūale. vl spūali annexum
scd in casu p'dicto. videtr ēē empcio et ven-
dicio rei spūalis. Vn̄ a in his pt esse empcio
et vendicio in qbz ē libalitas. hoc aūt q'
speratr. vt liberalr recompenset. go ibi ē simonia
Sz ꝯt est. qd Isa. xxxiij. dr sup id. Btūs qui
excutit man' suas ab omni munere. dt Glo.
Quidm tripx ē mun'. A manu a lingua. ab ob-
sequio. quorum nullum ē in ꝓposito casu. go nō
ē ibi simonia. Respō dd' q̄ cū simonia circa vendicōz
et empcionem ꝯsistat. hic distinguendum videtr. qm
si p'latus intendit eū obligare. tu dat bn̄ficium
et etiam ad aliqualem recompensacōz faciendam sibi vl
suis ꝯsanguineis. intendo simoniam. ē intendit
enim quandam tacitam vendicoz. Si vo nō intendit
ad hoc eū obligare. sz intendat q̄ ille sibi vel
suis ꝯsanguineis. p'pria sponte. īpalitr recompenset
aliquis prauam habet intencōm. et carnalem. sz non
simoniacam. Ad p'm go dd' q̄ scdm p'hm In iiij
Ethicorum. libalitas nō est circa quelibt vsum
pecunie. sz ē circa dacōnes et sumptus. Simonia
aūt est circa vendicoz et empcionem

Quinde circa doctores ꝯsiderat' duo. Pmo
si doctor. q̄ ꝓpter doctrinam p'ncipaliter ꝓpter
mane glām. Vtrum habeat aureolam
si in morte penitueat. Scdo si ex doctrina alicui'
doctoris. aliqs reuocet' a meliori bono. vtrum
ille doctor. teneatr illam doctrinam reuocare.

XXIIII

Ad p'm sic procedr. Videtr q̄ ille q̄ ꝓpter
ꝓpter mane glām docuit. p penitenciam
aureolam recupet. Aureola enim
doctrine debetr fructui. scz ꝯuersionem fidelium
scdm id ad Philipen. iiij. Gaudium meum. et
corona mea. Sz potuit ꝯtingere. q̄ ex p'dicacōe
eius. q̄ ꝓpter mane glām p'ncipaliter p'dicauit. secutus
ē fructus ꝯuersionis fidelium. go si penituerat debetr
ei aureola. Pret. Sicut virginitati debetr aureola.
ita et doctrine. sed si illa. q̄ cū virgo sit carne.
mente tn̄ ē corrupta. p penitenciam agit recuperat au-
reolam. go pari racōe. et doctor q̄ ꝓpter mane
glām p'dicauit. Sz ꝯt ē. q̄ opa mortua per
penitenciam reuiuiscūt. sz opa istius doctoris. ꝓpter
mane glām p'dicantis. fuerunt mortua. i. cum
peccato facta. go nō reuiuiscunt p penitenciam ad p'mium
ꝯsequendum. Respō dd' q̄ cum aureola nuptiat
quandam singularem excellenciam p'mii. necesse
ē. q̄ p'supponat aliud p'mium scz auream
sic ꝯparatiuum p'supponit positiuum. Vn̄ qr super Exod.
xxv. vbi dr. facias sup coronam auream
alteram aureolam. et ideo q' nō meretr auream id ē
p'mium eternale. nō meretr aureolam. q'ad ꝓpter
mane glām operantur. nō merentr p'mium eternale.
Quia receperunt mercede suam vt dr Math. vi. Vnd'
nc merentr aureolam. Penitencia at restituit
homini p'mia prius habita. nō aūt confert
homini p'mia. que nō habuit. nisi meruit ipe motus
ei ca ꝗnte nō habuit. nisi iniquitus ipe motus
p'mie ē meritorius. Vnd' talis nō meretr aureolam.
Ad p'm go dd'. q̄ ꝯuersionem fidelium debetr au-
reola. p'supposito merito eternali p'mii in eo qui
p'dicat. Alioquin locum hēt. qd dr Math. xvi.
Quid ꝓdest homini. si vniūsum mundum lucretur.

v

anime vero sue detrimentum pariat. Ad secundum
dicendum quod aureola virginitatis debetur integritati carnis
que manet post primam et ideo debetur virgini pe-
nitenti aureola. Sed aureola doctrine debetur actui
doctoris qui transit. Et ideo post primam non debetur
aureola doctori nisi actus reiteretur
XXV Ad secundum sic proceditur. Videtur quod si per
doctrinam aliquam aliquis retrahatur a meliori
bono quod ille teneatur suam doctrinam
revocare. Talis enim doctor in sua doctrina facit
scandalum activum quia doctor informat intellectum
talis autem informat affectum et per consequens activum
sed scandalum activum tenetur quilibet removere
ergo talis doctor tenetur suam doctrinam revocare
Preterea spiritualia sunt temporalibus potiora sed in temporalibus
ut Augustinus dicit Non dimittitur peccatum nisi re-
stituatur ablatum ergo multo magis doctori qui
facit damnum in spiritualibus non dimittitur peccatum
nisi restituatur ablatum quod fit per revocationem doctrine
Sed contra est quod Augustinus dicit Veritas non est dimittenda
propter scandalum. Responsio dicendum quod hic distinguendum
videtur quod si enim doctor doceat falsam doctrinam
tenetur eam modis omnibus revocare et maxime
si ex ea spirituale damnum sequatur. Si vero doceat
veram doctrinam potest ex ea sequi detrimentum spirituale
in audientibus dupliciter. Primo ex defectu ipsius qui
docet. Et hoc dupliciter. Uno modo si doctrinam subtilem
proponat rudibus qui non essent aliquo doctrine capa-
ces qui ex hoc detrimentum salutis incurrent contra
exemplum apostoli qui dicit I ad Cor. iii Tanquam
parvulis in Christo lac potum dedi vobis non escam
Alio modo cum confuse et inordinate proponet non
premissis maiora minoribus contra id quod Gregorius dicit
in pastorali Sic laudanda sunt bona summa ne
despiciantur ultima sic intimanda sunt bona ultima
ne dum sufficere creduntur nequaquam tendatur ad
summa. Et in hiis casibus tenetur doctor si ex sua
doctrina damnum spirituale accidit contra hoc damnum
remedium ponere inquantum potest exponendo saltem
doctrinam suam. Alio modo potest contingere ex defectu aliquorum
puta si aliquis docendo aliqua catholica induceret
homines ad aliquam religionem ut puta si diceret
quod quicumque intrat talem religionem statim erit equalis
sanctis sicut beatus Petrus. Et in hoc casu tenetur
cessare a sua doctrina. Intrare enim religionem
propter errorem non est bonum. Unde sic non retrahit
homines a meliori bono talis doctor. Et hoc est
quod Gregorius dicit In pastorali sicut incauta locutio
in errorem protrahit ita et indiscretum silentium
in errore derelinquit. Et eos qui erudire poterat in errore dimittit
per hoc patet responsio ad obiecta
Deinde circa religiosos quesita sunt duo
Primo utrum religiosi teneantur pacienter
tolerare iniurias et fictas Secundo utrum
ille qui iurat se non intraturum religionem possit
licite ad religionem intrare etc.
XXVI Ad primum sic proceditur Videtur quod religiosi non
debeant tolerare suos impugnatores. In im-
pugnatione enim perfectorum virorum deus
impugnatur unde dominus Saulo persequenti discipulos
dixit Actuum ix Saule saule quid me persequeris
Sed perfecti non debent impugnatores tolerare dei
ergo neque impugnatores ipsorum. Preterea quilibet perfectus
debet abiurare hiis que statum perfectionis preiudicant
unde apostolus dicit ii ad Cor. vi ut non vituperetur
ministerium vestrum. Sed per hoc quod perfectum impugnatur
statui perfectionis derogatur ergo perfecti viri non
debent tolerare suos impugnatores. Sed contra est
quod Gregorius dicit Non sunt perfecti si aliorum mo-
res tolerare non possunt. Responsio dicendum quod perfecti
viri dupliciter impugnari possunt Uno quidem mo-
do quantum ad proprias personas utpote cum inferuntur
eis iniurie personales. Alio modo possunt impugnari
quantum ad statum eorum utputa cum aliquis verbis
vel factis perfectionis statui derogat. Et licet
utroque tangatur Jacobi ii Nonne divites op-
primunt vos per potentiam quod pertinet ad personales
iniurias Nonne ipsi blasphemant bonum
nomen quod invocatum est super vos quod pertinet
ad religionem vel statum. In iniuriis ergo personalibus
decet perfectionis viros esse maxime patientes
ut etiam parati sint plura pati sufferre secundum illud
Mat. v Si quis percusserit te in dexteram
maxillam prebe ei et alteram. Statum vero
suum impugnari non debent pati quinimmo resistere
possunt. Hoc enim vergit in iniuriam dei. Unde contra
quosdam dicitur Ezech. xiii Non ascendistis
ex adverso nec opposuistis vos murum pro
domo Israel. Et ideo dominus iniurias que
contra humanitatem eius inferebantur pacienter
toleravit sicut cum Iudei dicebant ipsum esse ho-
minem voracem et potatorem vini ut habetur Mat. xi
Et sicut dyabolus dixit ei mitte te deorsum
quod videbatur ad propriam iniuriam pertinere sed iniurias
dei non tolerabat unde phariseos durius
redarguit Mat. xv qui dicebant quod in Bel-
zebub eiceret demonia quod pertinebat ad
iniurias spiritus sancti. Et similiter cum dyabolus
ei dixit hec omnia tibi dabo si cadens adoraveris
me quod ad iniuriam dei pertinebat. Statim
eum repulit dicens Vade retro
sathanas ut habetur Mat. iiii. Ubi Crisostomus dicit
Illius discamus exemplo iniurias quidem nostras
magnanimiter sustinere dei autem iniurias neque
usque ad auditum sufferre. Quemadmodum in propriis
iniuriis esse quemlibet patientem laudabile
est iniurias autem dei dissimulare nimis
est impium. Et per hoc patet responsio ad obiecta.
XXVII Ad secundum sic proceditur Videtur quod ille
qui iuravit se non intraturum religionem
non possit licite intrare. Omnis
enim obligatio licita est adimplenda. Sed
licitum erat ei non intrare religionem ergo
ad hoc iuramento se obligavit. Videtur quod non
teneatur intrare. Sed contra est quod nullum
impedimentum spiritualis perfectionis est a
deo ergo per iuramentum non impeditur spiritualis

professus intrandi religionem. Ad secundum dicendum quod
obligatio iuramenti triplicat. Est secundum tres terminos. Quedam enim
est illicita obligatio et de re illicita, puta
cum aliquis iurat se fornicaturum, et tale iuramentum
non tenetur quis adimplere, ut est licitum im-
plere. Quedam vero est obligatio licita de re
licita, puta cum aliquis iurat se elemosinam
daturum, et tale iuramentum preterire non licet.
Quedam vero est obligatio illicita sed de re lici-
ta, puta cum aliquis iurat se non facturum ali-
quod maius bonum, cum tamen facere non teneatur,
puta non ieiunare, vel non dare aliquam
elemosinam, vel religionem non intrare. Tunc enim
illud ad quod iuratus se obligat licitum est,
sed tamen obligatio est illicita, quia per hoc homo
quantum in se est obstinat se contra gratiam
spiritus sancti, que facit hominem in suo corde ascen-
siones disponere. Unde tale iuramentum licite
potest impleri, abstinendo ab illo bono quod facere
non tenetur. Non tamen cogitur ex illo iuramento
ad hoc quod impleat quod iuravit, quia iuramentum
ad hoc quod sit obligatorium debet habere tres
comites, iudicium, iustitiam et veritatem, ut
habetur Jere. iiii.o Huic autem iuramento deest iu-
dicium discretionis, quia vergit in deteriorem
exitum, retrahendo a meliori bono. Et sic
patet responsio ad obiecta.

XXVIII

Quinde circa clericos quesitum est
unum, utrum scilicet liceat clerico
qui tenetur horas canonicas dicere
matutinas sequentis diei de sero. Et
videtur quod non. Dicitur enim ecclesiastici la.
scius et imprudens non salvabit tempus. Sed
iste in dicendo matutinas non observat
tempus. Tunc enim dies incipiat a media
nocte, videtur quod matutinas sequentis
diei dicat in die precedenti, quod videtur
ad lasciviam et imprudentiam pertinere,
et ita videtur esse peccatum. Sed contra, deus
clementior est quolibet homine. Sed homo
non imputat debitori in culpam si debitum
reddat ante tempus, quo multo minus deus.
Responsio. Dicendum quod hic consideranda est intentio
eius qui prevenit tempus in matutinis dicendis
vel in aliis horis canonicis. Si enim hoc
faciat propter lasciviam, ut scilicet ocius som-
pnolentie et voluptati vacet, non
est absque peccato. Si vero hoc faciat propter
necessitatem, licitatem et honestatem occu-
pationum, puta si clericus aut magister debet
videre lectiones suas de nocte, vel propter
aliquid huiusmodi, licite potest dicere de sero ma-
tutinas et in aliis horis canonicis tempus
prevenire. Sicut etiam hoc in solempnitatibus
ecclesie fit. Quia melius est deo utrasque reddere
scilicet et debitas laudes et alia honesta
officia, quam quod per unum aliud impediatur.
Ad primum ergo dicendum quod quantum ad contractus
et alia huiusmodi dies incipit a media
nocte, sed quantum ad ecclesiasticum officium et solempni-
tatem celebrationem incipit dies a vesperis. Unde si aliquis
post dictas vesperas et completorium dicat matutinas, iam
hoc pertinet ad diem sequentem.

Quesitum est de deo, de angelo
et homine, et de rebus pure cor-
poralibus. Circa primum quesitum est
utrum scilicet unitas essentie ponat I
in numerum cum unitate persone. Et videtur quod non.
Sunt enim tres persone diverse. Si igitur unitas essentie
ponet in numerum cum unitate persone, sequeretur quod
in deo esset quaternitas, quod est hereticum. Non ergo unitas
essentie ponit in numerum cum unitate persone. Sed contra,
si unitas essentie sit penitus idem cum unitate persone,
non ponens cum ea in numerum, sequeretur quod de quolibet
predicaretur unum, sicut predicatur et reliquum. Sed unitas essentie
predicatur de tribus personis, dicimus enim pater et filius et
spiritus sanctus sunt unus, quod patet esse falsum. Responsio. Dicendum
quod unum quidem importat esse unum in ratione esse, cum
unum ens et unum convertuntur. Est autem unum quidem
ens per suam formam, unum et unum quoddam per suam
formam habet unitatem. Et inde est quod compositio forme
forme ad formam eadem est compositio unitatis ad
unitatem. Deus autem est deus per suam essentiam, personalitas
autem personalis est quasi forma constituens personam, que
quidem realiter non distinguitur ab essentia, alioquin
sequeretur quod in deo esset compositio et quod aliquid
adveniret ei per modum accidentis. Nam omne quod est
extra essentiam rei, accidentaliter advenit. Differt
tamen proprietas personalis ab essentia secundum modum in-
telligendi et significandi. Nam esse dicitur absolute,
proprietas vero personalis importat relationem. Unde patet
quod unitas persone non ponit in numerum cum unitate
essentie, quia realiter ab ea differt, sed solum secundum
modum intelligendi. Et per hoc videtur ad obiecta.
Nam primum procedebat secundum rationem rei, que quidem non
est in divinis inter unitatem essentie et persone,
non ponit quaternitatem in deo. Secundum vero procedebat
secundum rationem que ex modo intelligendi et significandi
provenit, ex qua provenit quod dicimus quod pater et
filius et spiritus sanctus dicuntur unum et non unus.

Quinde circa angelos querebatur duo.
Primo de actione eorum, utrum scilicet quicquid
agunt agant per imperium voluntatis.
Secundo de loco eorum, utrum scilicet possit esse in concavo
celi empirei, quod etiam querebat circa corpora gloriosa.
Ad primum sic proceditur. Videtur quod non quicquid II
agit angelus agat per imperium voluntatis.
Voluntas enim equaliter se habet ad propinqua
et remota. Si ergo angelus ageret per solum
imperium voluntatis, sequeretur quod non differret
ad hoc quod angelus aliquid ageret, quod esset propinquum
vel remotum, illud in quod agit. Et sic nunquam
oporteret quod de celo ad terras descenderet ad aliquid
hic agendum, quod est contra traditionem sacre
scripture. Preterea, quantum ad voluntatem non differret

unitas persone ponit unitatem essentie

ad

solempnitatibus ecclesie

unitas et multitudo Dic enim aliqs pt velle mouere unam rem ita et pt velle mouere plures res ut esset totum uniuersum Si ergo angelus ageret solum per imperium voluntatis, sequeretur quod posset mouere totum uniuersum, quod est impossibile, cum ipse sit pars uniuersi Non ergo angelus agit solo imperio voluntatis

Sed contra omnis actio est ab aliqua virtute sed in angelo non est alia virtus quam intellectus et voluntas intellectus non agit nisi per voluntatem ergo omnis actio angeli est per imperium voluntatis Respondeo dicendum quod omnis actio cuiuscumque rei est per formam naturalem alicuius rei Nam etsi sint aliqua forme accidentales principia actionum alicuius rei oportet quod huiusmodi accidens reducatur sicut in primum principium in formam specificam illius rei agentis Sicut actio caloris ignis reducitur sicut in primum principium sicut in formam substantialem ignis que est eius principium sicut actionum ipsarum ignis et ideo oportet se aliter habere in actionibus alicuius rei habentis naturam simplicem et in actionibus rei habentis naturam compositam Omnis enim actio ignis est secundum proprietatem nature ignis In cultello autem igneo est quedam actio non pertinens ad ipsum ignem scilicet incisio Et hoc considerandum est in substantiis spiritualibus Anima enim humana non est totaliter intellectus sed participat intellectualitatem Unde est in ea aliqua virtus et actio que non pertinet ad intelligibilem naturam sicut precipue patet in hiis que pertinent ad animam vegetabilem sed angelus est totaliter intelligibilis natura Et ideo oportet quod omnis eius actio sit secundum intellectum Unde beatus dyonisius in iiii c. de diui. no. quod angeli habent substantias et virtutes et operationes intelligibiles Intellectus autem non agit nisi mediante voluntate quia motus voluntatis est inclinatio sequens formam intellectivam Unde oportet quod quicquid angelus agit agat per imperium voluntatis Sed tamen considerandum est quod cum sit media inter operationem et essentiam oportet quod sit virtus et operatio angeli proportionetur essentie eius Unde superiores angeli quorum est essentia nobilior est et virtus efficatior sicut ad intelligendum ita et ad agendum in res exteriores Et secundum hoc actio angeli limitatur ad aliquem effectum quia nec virtus nec essentia est infinita Ad primum ergo dicendum quod actio voluntatis angelice radicatur in essentia eius a qua procedit eius virtus et operatio Oportet autem mouens esse in mobili quod ab eo mouetur ut habetur vii physicorum Et ideo oportet substantiam angeli aliquo modo coniungi rebus quas mouet

Ad secundum dicendum quod actio voluntatis limitatur secundum modum essentie non oportet quod angelus possit agere omne quod pt velle;

iij Ad secundum sic proceditur Videtur quod angelus non possit esse in concavo celi empirei Dicit enim Anselmus contra dicit in monologio nichil pt ee Sed extra celum empireum nichil est ergo non pt esse in concavo celi empirei Sic enim esset extra celum empireum Item videtur quod nec corpus gloriosum ibi pt ee Omne enim corpus naturale est in loco esse sed extra celum empireum non est aliquis locus ergo non pt ee corpus gloriosum extra celum empireum Sed contra Si non pt ibi esse angelus neque corpus gloriosum aut hoc est quia non pt ibi ascendere aut quia non pt penetrare profunditatem celi empirei aut quia indiget loco continente aut quia indiget conservante Sed hec omnia remota sunt a perfectione corporis gloriosi multo ergo magis a conditione angelorum ergo corpus gloriosum et angelus possunt esse in concavo celi empirei Respondeo dicendum quod ad evidentiam huius questionis notandum est quod apud antiquos due fuerunt opiniones maxime probabiles quarum una fuit quod locus sit quoddam spacium sine dimensionibus per se existentibus quod quando primo sit vacuum esset corpori debet esse locus et hec ipso quod corpus est dimensiones habens quas necesse est aliquas dimensiones comparare Sed hec opinio est a philosopho est a philosopho in iiii physicorum reprobata Unde alia opinio est eius quod locus sit superficies corporis continentis Non quod quando imperfectio est huius corporis quod immediate continet Alioquin sequeretur quod corpus quiescens non sit esset in eodem loco si homo staret in fluvio per cuius cursum continue renovaretur diverse superficies aque circa ipsum sed superficies corporis immediate continentis hoc quod sit in loco ex ordine ad primum continens Unde accipitur idem locus secundum eundem sicut ad primum continens Et propter hoc locus est immobilis Secundum igitur hanc opinionem que vera est necessitas existendi in loco convenit corpori ex hoc quod dependet a primo continente Et propter hoc primum continens non est in loco nisi per accidens et secundum partes ut dicitur in iiii physicorum Angelus autem non dependet a primo continente nec etiam corpus gloriosum quod perficitur per animam ex divina fruitione beatificatam Et ideo nulla est necessitas quod corpus gloriosum aut angelus ab aliquo locali corpore ambiatur et propter hoc nichil prohibet corpus gloriosum vel etiam angelum in concavo celi empirei esse

Ad primum dicendum quod verbum illud anselmi intelligendum est ex vi affectionis Non enim possibile est quod aliquis sit in nichilo tamquam in continente Ad secundum ... iste intellectus non habet ad propositum

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit de corpore dependente a proprio continente

Unde consequenter est de hiis que pertinent ad hominem Et primo de spiritualibus secundo de corporalibus Circa spiritualia primo de sacramentis secundo de virtutibus tertio de peccatis Circa sacramenta quesita sunt duo de baptismo et matrimonio Primo de necessitate baptismi Utrum scilicet puer qui nascitur in deserto ubi aqua non pt haberi moriens sine baptismo saluari possit in fide matris fidelis Secundo de impedimento matrimonii quod provenit ex baptismo Utrum scilicet fidelis christianus qui baptisat iudeam cui prius dedit fidem de contrahendo si baptisetur cognoscere eam possit carnaliter consumare matrimonium

vi

Ad primum sic proceditur. Videtur quod puer
ille in deserto natus potuit absque baptismo
salvari in fide parentum. Non enim fi-
des est minoris efficacie tempore gratie quam tempore
nature, sed tempore legis nature salvabantur
pueri in fide parentum, ut Augustinus dicit. Ergo nunc
et tempore gratie. Praeterea per Christum non est artata
hominibus via salutis, cum ipse dicat Iohannis x° Ego
veni ut vitam habeant et abundantius habeant.
Sed ante Christi adventum salvabantur aliqui pueri
in fide parentum; ergo multo magis nunc post
Christi adventum. Sed contra est quod dominus dicit
Iohannis iii° Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto
non potest introire in regnum celorum. Responsio dicendum
quod ab illa damnatione quam totum genus
incurrit propter peccatum primi parentis nullus potest li-
berari nisi per Christum, qui solus ab illa damnatione
immunis invenitur. Ita scilicet ut ei incorporetur
sicut capiti membrum. Hoc autem complet sic pro-
cedendo per susceptionem baptismi, secundum illud Ad Galatas
iii° Omnes qui in Christo baptisati estis Christum
induistis. Secundo per sanguinis effusionem propter
Christum quia per hoc efficitur aliquis passioni Christi con-
formatus a qua efficaciam sortitur baptismus.
Unde dicitur de martiribus Apocalipsis vii° Laverunt
stolas suas in sanguine agni. Tercio
per fidem et dilectionem, secundum illud Proverbiorum xv Per
misericordiam et fidem purgantur peccata. Et Actuum
xv dicitur fide purificans corda eorum. Et per fidem
Christus inhabitat in cordibus nostris, ut Ad Ephesios iii°.
Unde et iste baptismus dicitur fidei
sacramentum. Et secundum hoc dicitur triplex baptismus, scilicet
aque, spiritus et sanguinis, quia alia duo supplent
vicem baptismi aque, si tamen assit propositum su-
scipiendi talem baptismum. Ita scilicet quod articulus
necessitatis, non autem contemptus religionis, sacramentum
excludat. Manifestum est autem quod in pueris
nondum habentibus usum rationis non potest esse motus
fidei et dilectionis aut propositum suscipiendi baptismum.
Et ideo non possunt salvari nisi per baptismum aque
vel per baptismum sanguinis, si propter Christum occidantur,
ex quo non solum christiani sed et martires fuerunt,
ut patet de innocentibus. Patet ergo quod ille
puer natus in deserto moriens sine baptismo
salutem non consequitur. Ad primum ergo dicendum quod fides
parentum tempore legis nature non sufficiebat ad sa-
lutem parvulorum solus motus fidei in parentibus,
sed requirebatur aliqua exterior protestatio fidei
aliquod sensibile signum, et secundum hoc non diffe-
rebat illud quod tunc requirebatur ab eo quod nunc re-
quiritur ad salutem, nisi quod nunc illud signum sensibile
est determinatum, tunc autem erat indeterminatum et pro voto ad-
hibebatur. Aliorum autem opinio est quod solus interior
motus fidei relatus ad salutem pueri suffi-
ciebat ad salutem pueri, nec tamen nunc diminuta
est fidei virtus, sed augmentatus gradus salutis,
tanta nunc quod salvatur per Christum statim introducitur
in regnum celorum, quod tunc non erat. Unde non est
inconveniens si nunc aliquid amplius requiratur,
scilicet baptismus, ut dicitur Iohannis iii°.

iiii Ad secundum dicendum quod per Christum in hoc ipso est amplifi-
cata hominibus via salutis quod per eum aperta est eis
ianua vite eterne que ante clausa erat per
peccatum primi parentis.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non possit v
esse matrimonium inter christianum et iudeam baptisandam
ab eo quam carnaliter cognovit post fidem de
contrahendo datam. Dicitur enim in decretis xxx q. i cap.
Filius sacerdotis non potest ducere in uxorem puellam quam ipse
baptisat. Ergo multo minus si ipsemet baptisasset
non posset eam habere in uxorem. Si ergo iste christianus
baptisat iudeam, non potest eam in uxorem accipere. Sed
contra quod secundum iura quando post fidem datam de contrahendo
per verba de futuro sequitur copula carnalis est matrimonium
presumptum presumptione iuris contra quam non admittitur
probatio, sicut ita est in proposito. Ergo est verum matrimonium. Responsio
dicendum quod spiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum
et dirimit iam contractum. Manifestum est autem quod quia
christianus baptisat iudeam contrahitur inter eos spiri-
tualis cognatio, quia illa fit filia eius spiritualis.
Unde nullum est matrimonium sequens, etsi expresse
contraxerat per verba de presenti, et si subsequatur
carnalis copula. Et per hoc patet responsio ad obiecta.
Nam quod dictum est de presumptione iuris intelligendum
est quando non intervenit aliquod impedimentum matrimonii.

Deinde questium est de virtutibus. Et primo quantum
ad fidem: utrum scilicet certitudo adhesionis
que est in heretico vel malo catholico
sit actus ipsius fidei virtutis. Secundo de quibusdam
pertinentibus ad religionem sive ad latriam. Tercio
de quibusdam pertinentibus ad caritatem.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod certitudo vi
adhesionis in heretico vel malo catholico
sit actus fidei virtutis. Cum enim secundum philosophum
in ii° ethicorum tria sunt in anima: potentia, passio
et habitus. Sed illa certitudo adhesionis non potest
attribui potentie, quia est meritoria vel demeritoria,
potentia autem non meretur neque demeretur. Similiter non
potest pertinere ad passiones, quia passiones pertinent ad
appetitum sensitivum, qui non potest extendi ad hoc
quod inhereat veritati divine. Ergo relinquitur quod pertinet
ad aliquem habitum. Sed habitus ad quem pertinet
certitudo adhesionis est virtus fidei. Ergo certitudo
adhesionis in heretico vel malo catholico est
actus ipsius fidei. Praeterea omne quod agit ad similitudinem
alterius videtur agere in virtute illius. Sed hereticus
per certitudinem adherendi suis erroribus agit secundum
similitudinem fidei, quia in tantum certitudinaliter inheret
iniquitati quod estimat se veram fidem tenere. Ergo operatur
in virtute fidei. Et ita videtur quod illa certitudo ad-
hesionis sit actus virtutis fidei. Praeterea tota firmitas
spiritualis edificii est a fide, secundum illud Matthei vii°
Venerunt flumina, flaverunt venti, et non potuerunt
movere eam; fundata enim erat supra firmam petram.
Sed per fidem certitudo adhesionis ad firmitatem
spiritualem pertinet. Ergo actus est virtutis fidei.
Sed quod non est non potest agere, sed in heretico

vi

vel malo catholico non est virtus fidei. ergo certitudo
adhesionis non potest esse actus virtutis fidei. Ad secundum
dicendum, quod cum sicut id quod est quasi materiale accipiat
ut formam virtutis, necesse est quod decipiatur. Certitudo
autem adhesionis non est forma virtutis fidei. Pro quanto
competit virtutibus intellectualibus, puta sapien-
tie et intellectui. Ergo competit non solum fidei
vere, sed etiam fidei false. Licet enim est opinio vera et falsa
ita et fides, nec tamen sumitur inhesit aliquis
veritati quam falsitati, ut dicit philosophus in vii ethicorum. Ad tertium
quod certitudo inhesionis non semper provenit ex aliquo
habitu, sed ex ipso arbitrio aliquis potest assensum
suum firmare ad aliquid, verum vel falsum, antequam
habeat habitum. Concedo quod certitudo inhesionis non
solum competit fidei formate, que est virtus, sed etiam fidei
informi, que non est virtus. Dicendum est ergo quod in heretico
certitudo inhesionis est actus false fidei. In malo
autem catholico est actus fidei informis. Et sic in
neutro est virtus fidei. Ad primum ergo dicendum, quod distinctio
illa datur de habitibus, que sunt in anima per modum principii
actus. Nam omnis operatio anime aut est ex aliqua
passione, aut ex aliquo habitu, aut ex pura potentia.
Credi autem certitudo inhesionis non potest esse ex passione.
In malo autem catholico est ex habitu fidei informis.
Sed in heretico est vel ex habitu perverse perverse fidei
vel ex pura potentia, sicut in principio antequam habitum
acquisivit. Non enim potest dici quod perversa fides sit
habitus infusus. Credo autem dicitur quod potentiis non
merentur neque demerentur, si sic intelligatur quod
non merentur neque demerentur absque habitu inquantum
habiles potentie, verum est. Si autem sic intelligatur
quod pura non possit potentia esse principium merendi
neque demerendi, verum est quantum ad merendum, quod non
potest esse sine gratia. Non est autem verum quantum ad de-
merendum. Alioquin ille qui a principio peccat antequam
acquirat habitum vitiosum non demeretur. Ad secundum
dicendum quod aliquis potest agere secundum similitudinem alicuius dupliciter.
Uno modo secundum similitudinem veram, et sic vere agit aliquid
in virtute illius. Alio modo secundum similitudinem apparentem
et sic agit in apparentia virtutis illius. Et ita
est in proposito. Unde in heretico certitudo adhesionis
est actus fidei apparentis. Ad tertium dicendum, quod sicut
ex fide vera procedit firmitas edificii spiritualis
ita ex fide falsa procedit firmitas diabolici edificii.

Deinde quantum ad actus latrie sive
religionis consita sunt quatuor. Primo de ce-
lebratione festorum. Utrum scilicet liceat celebrare
festum conceptionis dive matris. Secundo de solutione
officiorum. Utrum scilicet clericus habens beneficium in civitate
vel sine cura existens in scolis teneatur dicere officium
mortuorum. Tertio utrum clericus peccet dans beneficium
bono meliori pretermisso. Quarto de solutione de-
cimarum. Utrum scilicet aliquis pauper teneatur decimas
diviti sacerdoti.

vii Ad primum sic proceditur. Videtur quod liceat cele-
brare conceptionem dive matris. Si enim non licet
hoc non est nisi quia fuit concepta in originali
peccato, sed non fuit concepta in originali
peccato, ut videtur. Quia beata virgo sancta fuit speciali-
ssimo habitaculum dei, ergo debuit ad hoc sanctificari specialiter.
Non autem separata est sanctificari secundum corpus quod conceptum
est ex seminum commixtione. Licet enim conceptum ad
animam. Quia etiam alii leguntur sanctificati in utero
et ita relinquitur quod fuit sanctificata separata per im-
munitatem ab originali peccato. Et sic licet eius
conceptionem celebrare. Sed contra est quod hoc
privilegium solius Christi dicitur esse quod sine peccato
originali est conceptus. Non ergo conceptio beate
virginis est, et ita eius conceptio non est celebranda.
Respondeo dicendum quod hic inducitur due conceptiones, una
principalis, et altera accessoria, scilicet utrum fuit
concepta in originali peccato, quam oportet primo
determinari. Est igitur considerandum quod unusquisque
peccatum originale contrahit ex hoc quod fuit in
Adam secundum seminalem rationem, ut Augustinus
dicit super Genesim ad litteram. Omnes autem illi in
Adam fuerunt secundum seminalem rationem, qui non
solum ab eo carnem receperunt, sed etiam secundum naturalem
modum originis ab eo sunt propagati. Constat autem quod processit
ab Adam beata virgo, que nata fuit per
commixtionem seminum sicut et ceteri. Et ideo con-
cepta fuit in originali peccato et includitur
in universitate illorum, de quibus apostolus dicit
ad Ro. v. In quo omnes peccaverunt. A
qua universitate solus Christus eximitur, qui
in Adam non fuit secundum seminalem rationem.
Alioquin quod si hoc alteri conveniret, conveniret
ipse Christo non indigeret ut redemptore. Et
ideo non tamen dicitur dare matri, quod sub-
traheret aliquid honoris filio, qui est salvator
omnium hominum, ut dicit apostolus i ad Thimotheum
iiii°. Concedendum autem beata virgo in originali
concepta fuit, creditur tamen in utero fuisse
sanctificata antequam nata. Et ideo circa
celebrationem eius conceptionis diversa consuetudo
ecclesiarum inolevit. Nam Romana ecclesia et
plurime alie considerantes conceptionem virginis
in originali peccato fuisse, festum conceptionis
non celebrant. Alique vero considerantes sanctifi-
cationem eius in utero, cuius tempus ignoratur,
celebrant conceptionem. Creditur enim quod cito
post conceptionem et anime infusionem fuit sancti-
ficata. Unde illa celebratio non est referenda
ad conceptionem ratione conceptionis, sed potius ratione
sanctificationis. Sic igitur non est ideo celebranda
conceptio predicta quia fuit sine originali peccato
concepta. Non enim per hoc tollitur quin fuit
specialis celebritas separatur, eo quod in ipsa sancti-
ficatione copiosius ceteris munus gratie accepit,
non solum ut purgaretur a peccato originali
sed ut tota eius vita redderetur ab
omni peccato tam originali quam veniali
immunis, ut dicit Anselmus.

vi

viii Ad sedm sic proced. Videt q clicq bn̄ficiatq teneat in scolis existens dice officiu mortuor. Ille eni q recepit bona spalia alicui tenet ei in spuali recompensacoz facere. Sz ille clicus recepit bn̄ qe fuer defunctor. go tene pro eis dice officiu mortuor. Sed ctra e q ille q nu9 recepit nu9 tene. Sz clicq q in scolis morat nu9 recipit q aly q in ecclia residencia faciunt. q recipiunt cotidianas distribucoes. go no te ad offim mortuor. sic illi. Rio dd q clicq ex hoc ipso q e clicq et pcipue in sacris ordinibq cstitutq tenet dice horas canonicas. Vident eni cleci spalit assupti ee ad laudem diuinā. scdm id Isaie xliii. Om q inuocat nom meu in laude mea creaui illos. Sz inquantu e clicq bn̄ficiatq in ecclia tenet dice officiu scdm modu illiq ecclie. Est go csideranda q officiu mortuor quiq in eccliis d sic ordinarie ptinens ad ecclie officiu sic in tota ecclia in die aiar. d officiu pro mortuis. et in qualibet ecclia e aliq sup hoc spalis csuetudo puta vt dicat ordinarie officiu mortuor. scil in septimana vel qualitercuq alit scdm cursu tpis. Et ad hoc officiu tenet clicq bn̄ficiatq existens in aliq ecclia etia in scolis. Et p hoc ut satisfaciat mortuis quor recepit bona. Aliqn vo d officiu mortuor in ecclia ex ordinacoe ppt aliquam causam spalit emergentem. puta ad preces alicui psone. vel ppt aliqd huiq. Et ad hm̄di officiu mortuor no tenet clicq existens in scolis. Et p hoc pz rno ad obiecta.

ix Ad terciu sic proced. Videt q epus peccet dās bn̄ficiu bono si ptermittat meliore. Gra q facit qt csciaz edificat ad gehennam. Sz ille epus pretermittes meliorez videt face ctra csciaz. go peccat mortaliter edificās ad gehennam. Sed ctra est q scdm iura sufficit dare bono si sit ydoneq ad seruiend in ecclia. Rio dd q aliqs pt dici melior dupl. Vno m° simpl. sz q e scientior. plq hns de virtutibq. Alio m° d aliqs esse melior qo ad aliqd. Contingit aut quq aliquē ee meliore simpl. q tn no est melior quantu ad hoc qd bn̄ficiu requirit. q alius forte pt ecclie magis pficere vel per csiliu sapie vel p auxiliu potencie. vel q seruiuit in ecclia. Non go epus sp tenet dare meliori simpl. sz tenet dare meliori q ad hoc. Non eni pt ee q vnu pficat alii nisi ppt aliqua causam que scilicet ptineat ad honore dei et vtilitate ecclie. Cum qntu ad hoc iste e melior sz at illa causa ad h no ptineat. est accepco psonar. que tanto grauior. quanto in rebq diuinis committit. Vnd sup id Jacobi ii°. Tu sede hic bn. rc. d glo Augi. Si hanc distanciā sedendi et standi ad honores ecclia(sticos) referimq. no est putandq leue ee peccm in psonar accepcoe habere fidem dm glie. Qs eni ferat eligi diuite ad sede honoris ecclie. ctempto paupe sanctiore et instructiore. Et p h pz rno ad obta.

x Ad qrtu sic proced. Videt q paup no teneat solue decias diuiti sacerdoti. Ideo eni institutu e vt decie soluat ad sustentacoz ministror ecclie. Sz sacerdos diues ht alr vnde sustentet. go no sut ei decime soluende. et pcipue a paupe. Itm In mltis locis decie no soluūt. qd tn prelati corrigerent si hoies ex necitate iuris diuini decias soluere tenerent. Non go videt q pscitim paupes teneat solue decias diuitibq sacerdotibq. Sed contra e qd dns dicit Mat. xxiii. d. Hec oportuit facere sz iudiciu et veritate. et illa no omittere. sz ea qe ptinet ad decimar solucoz. Itm Luce xviii de diuite d. Decias do omm qe possideo. Rio dd. Sicut sic pgressq dicit in v° ethi(corum) mediu insticie no solu accipit qo ad nos sic in ceteris virtutibq. sz scdm rem. qz sz in aliis ceteris virtutibq attendunt diuse cdicoes psonarum scdm quas mediu diuersificat. sicut etia cibus qui e multu vni e paucu alti vel moderatu. Sz in iusticia no variat mediu scdm diuersas psone cdicoes sz attendit solu ad qntitate rei. Qui eni emit rem aliqua debet tantu solue quantu valet sive a paupe sive a diuite emat. Reddere aut debitu iusticie e actus. Ideo ad hoc q aliqui reddat qd ei debet no refert vtrum sit diues vel paup. Decie aut sacerdotibq debent in quantu scdm ius nale. Naturalis eni racio dictat vt illi q se pplo in spualibq laborat a pplo stipedia sue sustentacois accipiat. Et scdm hoc etia in nouo testamento e iure diuino sancitu ut d i ad Cor ix. Dns ordinauit his qui euangeliu annunciant de euangelio viuere. Sz in lege veti iudiciali precepto taxata e qntitas eius quam ministris dei est a pplo soluend. Sz decima. Et hoc etia ecclia statuit in pplo xpiano solui. Vnde no sacerdotibq decie debent tam ex iure nali. tm de iure diuino. tm etia ex statuto ecclie. qmuis sacerdos sit diues. nichilominus paup tenet ei solue decias. Ad pm go opet respondere dupl. Vno m° q dicat q decimar soluco instituta e no solu ad sustentacoz ministror ecclie. sz etia ad sustentacoz paupm qbq debet de domo dei prouideri. Vnd d Malach iii°. Inferte om decimas vt sit cibq in domo mea. Et sic sacerdoti qui no solu sibi sz pauperibq prouidere debet. qntumcuq diuiti sunt decime dande. Alio m° pt dici

: scitior

VI

q necessitatis sustentationis ministrorum fuit valde
rationabiliter instituta decimarum solutio. Sed ex quo effectum
est alicui debitum per statutum ecclesie, nichilominus ei debetur
cuius sit dimissio. Ad secundum dicendum quod sicut paulus
laudabatur quod non exigebat sumptus qui sibi propter
xxiii li predicationem debebantur ne aliquod impedimentum fieret
evangelio et scandalum fidelibus, et non tamen illi pec-
cabant non ministrantes sumptus quos apostolus sibi de-
bitos remittebat. Ita etiam prelati ecclesie laudabiliter
faciunt non exigendo decimas in terris illis in quibus
propter dissuetudinem timetur scandalum generari. Nec
peccant illi qui non solvunt decimas in terris in quibus
non est consuetudo. Peccarent autem si obstinate dare re-
cusarent etiam ubi ut dicunt peto obviam sacerdotes
in terris illis non exigunt decimas

Deinde quesitum est de actibus caritatis
et primo de obedientia. Utrum scilicet sit magis
meritorium obedire prelato vel facere aliquid
ad deum fratris. Secundo de elemosina
Ad primum sic proceditur. Videtur quod magis sit
meritorium obedire prelato. Quia facere aliquid
XI ad deum fratris maiori cum merito magis
demeritum opponitur. Sed magis demeretur ille qui
est inobediens prelato quam ille qui non consentit dicto
fratris. Ergo etiam magis meretur aliquis obediendo pre-
lato quam assentiendo dicto fratris. Sed contra est prelato. Quia
est maior humilitas ibi videtur esse magis meritum
Quia humilibus dat deus gratiam, ut habetur Iacobi iiii°
Sed maioris humilitatis videtur esse quod aliquis se subiciat
se subiciat faciendo aliquid ad deum eius quam quod
aliquis subiciat se superiori obediendo prelato. Ergo
magis videtur esse meritorium quod aliquis faciat
ad deum fratris quam quod obediat prelato. Responsio dicendum
quod aliquis actus potest dici magis meritorius dupliciter.
Uno modo ex genere operis, et sic ille actus est magis
meritorius qui est excellentioris virtutis. Manifestum
est autem quod caritas, per quam aliquis sit deo, est
excellentior virtutibus ceteris qua quibus satis-
facit proximo. Sicut enim diligere deum est magis
meritorium quam diligere proximum secundum se. Et aliquid
facere ad deum pertinet ad amicitiam vel bene-
ficentiam, quia quis diligit proximum secundum autem
reverentiam, qua quis diligit deum est ministeri. Pertinet
obediat prelato. Inquantum dei est minister pertinet
ad religionem quam quis colit et diligit deum
Et ideo magis est meritorium quod aliquis faciat
aliquid obediens prelato vel servans votum
quam si aliquid faciat ad deum fratris. Alio modo potest
dici aliquis actus meritorius ex eo quod procedit
ex maiori caritate licet sit minus ex suo genere
et sic inquantum perhabet magis meritum illud quod
facit aliquid ad deum fratris. Primum ergo concedimus
Ad secundum dicendum. Secundum illud quod facit aliquid ad deum
fratris facit propria sponte. Unde maioris humilitatis
videtur esse quam quod aliquis obediat prelato tamquam superiori

Deinde quesitum est de elemosina circa
quod de elemosinis que fiunt per mortuos
Ad primum sic proceditur. Videtur quod clerici
peccent mortaliter si ea que eis supersunt
XII in elemosinis non largiantur. Quia
super illud Luce iii° qui habet duas tunicas

det unam non habenti, dicit Glossa de duabus tunicis
dividendis datur preceptum, quia si una dividatur
nemo vestitur in dimidia tunica et nudus
remanet et qui accipit et qui dedit. Sed
per largitionem unius tunice intelligitur
largitio eorum que superfluunt ad necessitatem
vite, ut patet per ea que in eadem glosa
premittuntur. Ergo dare superflua est in precepto.
Sed qui transgreditur preceptum peccat mortaliter.
Ergo ille qui non dat superflua pauperibus
peccat mortaliter. Preterea preceptum plus
obligat quam consilium. Sed dare omnia que quis
possidet est consilium, et tamen ad hoc homo
obligatur in casu extreme necessitatis.
Ergo etiam extra casum extreme necessitatis
tenetur aliquis superflua dare pauperibus
ut hoc sit in precepto et ita qui non
largitur peccat mortaliter. Preterea cuicumque
committitur quod est alterius tenetur ad restitutionem.
Sed bona clericorum sunt pauperum, ut patet
per glosam Ieronimi super illud Ysa. Non vagos
pauperes in domo vestra. Ergo si clerici
inutiliter bona ecclesiastica consumunt tenentur
restituere pauperibus. Aliunde si habuerit
Preterea quicumque facit se impotentem ad
illud quod tenetur facere peccat mortaliter.
Sed clerici facientes superfluas expensas
se faciunt impotentes ad subveniendum
pauperibus ad quod tenentur. Ergo videtur quod
peccant mortaliter. Sed contrarium videtur
esse consuetudo que apud multos invaluit.
Responsio dicendum quod aliter videtur se habere clericorum
circa bona patrimonialia et circa bona
circa bona patrimonialia vel
ecclesiastica. Nam bonorum patrimonialium vel
licite acquisitorum ipse vere est dominus. Unde
quantum pertinet ad conditionem ipsius potest
re sua uti ut vult, et ex hac parte
non accidit peccatum, potest tamen peccatum accidere
ex inordinato modo utendi vel per super-
abundantiam dum scilicet inutiliter consumit
bona propria vel aliter quam oportet. Utroque quidem
enim modo corrumpitur virtus ut dicitur in iiii°
Ethicorum. Bonorum vero ecclesiasticorum clericus
non est vere dominus sed dispensator, secundum illud i
ad Cor. iiii. Dispensatio autem mihi tradita
est. Pertinet autem ad dispensatorem ut
fideliter distribuat ea que eius dispensationi
committuntur, secundum illud i ad Cor. iiii° Hic
iam queritur inter dispensatores ut fidelis
quis inveniatur. In hiis ergo peccatum dupliciter
potest contingere. Uno modo ex conditione ipsius rei
dum scilicet usurpat sibi que non sunt propria, et
in usus suos convertit illud quod debet aliis
erogari. Alio modo ex inordinato usu eorum
que in parte sua cedunt sicut etiam de aliis
dictum est bonis. Quia horum dispensatori fideli

dispensatore committitur ut dictum est. Si quis bona fide dispenset etiam bona inde accipiens quod sibi competit secundum conditionem status et personae et aliis largitur secundum quod sibi videtur bona fide expedire non peccat mortaliter si forte etiam aliquis aliud plus in suos usus computat quam optat. Et tamen cum in singulis certus modus non possit propter diversitatem [illegible] diffiniri. Unde si non sit multus excessus potest computari bona fide dispensatoris; si vero multus excessus fiat non potest latere et ita non potest ad bona fide dispensatorem. Hic igitur si autem non fuerit bona fide in dispensando peccat mortaliter. Ad primum ergo dicendum quod sicut Augustinus dicit in sermone domini in monte illa praecepta quae dominus tradidit Mat. v. Si quis te percusserit in una maxilla praebe ei et aliam et alia quae ibi sequuntur sunt intelligenda secundum praeparationem animi ut scilicet homo sit paratus hoc facere quando necessitas hoc requirit. Unde non semper est peccatum mortale cum homo hoc non facit sed quando videt necessitatem imminere si non faciat tunc peccat mortaliter. Et eadem est ratio de hoc praecepto quod qui habet duas tunicas det unam non habenti et de cibis similiter. Unde non semper peccat mortaliter quandocumque non dat pauperi quod superfluum habet sed quando necessitas imminet. Quando autem sit talis necessitas quae obliget ad peccatum mortale non potest ratione determinari sed committitur prudentiae et fidei dispensatoris. Unde si bona fide det quantum sibi videtur expedire immunis est a peccato; aliorum peccat mortaliter. Ad secundum dicendum quod illa eadem quae sunt consilia cadunt sub praecepto secundum animi praeparationem. Nullum enim consilium est perfectius quam quod homo tradat animam suam pro fratribus suis et tamen hoc cadit sub praecepto secundum animi praeparationem secundum illud I Joh. iii: Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Et similiter dare omnia sua pauperibus cadit sub praecepto secundum animi praeparationem ut scilicet homo sit paratus hoc facere si necessitas immineat. Maior tamen necessitas requiritur ad superflua eroganda quam ad omnia exhibenda; tamen hoc toto ratione universali determinari non potest sed committitur prudentiae dispensatoris ut dictum est. Ad tertium dicendum quod bona ecclesiastica non solum dispensanda pauperibus sunt [sed etiam] ecclesiae ministris. Unde secundum canones debent dividi hoc modo ut aliqua pars cedat in usus pauperum et alia in usus ministrorum et cultum ecclesiae. Aliter ergo dicendum est de aliis ecclesiasticis bonis quae principaliter sunt attribuenda necessitatibus pauperum et exequuntur necessitatibus ministrorum sicut sunt hospitalium et aliorum huiusmodi. Et aliter de istis bonis quae sunt principaliter attribuenda usibus ministrorum ecclesiae sicut sunt praebendae clericorum et alia huiusmodi.

vi

Aliam et in propriis bonis peccatum committitur non solum ex abusu sed etiam ex ipsa rerum conditione dum aliquis in suos usus assumit quod est alterius et ideo tenetur ad restitutionem tamquam defraudator rei alienae. In sedis vero bonis non committitur peccatum nisi per abusum sicut et de bonis patrimonialibus dictum est. Unde non tenetur quis ad restitutionem sed solum ad poenitentiam peragendam. Ad quartum dicendum quod cum neque moderatus usus divitiarum neque bona fides dispensatoris salvari videtur in eo qui faciunt superfluas expensas sive in vestimentis sumptuosis conviviis et aliis huiusmodi superfluitatibus, sic non est dubium quin in talibus peccet mortaliter. Unde dicitur Mat. xxiv: Si dixerit malus servus ille in corde suo: moram facit dominus meus venire, et coeperit percutere conservos suos, quod pertinet ad superbiam, et manducet autem et bibat cum ebriosis, quod pertinet ad superflua et voluptuosa convivia, veniet dominus servi illius in die qua non sperat et hora qua ignorat et dividet eum cum [?] societate et partem eius ponet cum hypocritis, scilicet in inferiorem partem; unde ibi subditur: Ibi erit fletus et stridor dentium. Si autem aliquis in talibus non multum excedat potest bona fide fieri ab aliquo quod [?] secundum decentiam sui status morem gerere quibus convivit.

Deinde quaesitum est de eleemosynis quae fiunt pro mortuis. Et circa hoc quaesita sunt duo. Primo utrum mortuus patiatur aliquod detrimentum si executor eius differat dare eleemosynas quas ipse in testamento dari mandavit. Secundo utrum executor licite possit differre distributionem eleemosynarum ad hoc quod res defuncti melius vendantur in posterum.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod mortuus nullum detrimentum sentiat ex hoc quod eleemosynae quas mandavit dari retardantur. Huiusmodi enim retardatio provenit ex negligentia executoris; sed negligentia unius non imputatur alteri; ergo nullum detrimentum mortuus patitur ex huiusmodi tarditate. Sed contra est quia per huiusmodi tarditatem retardantur orationes et sacrificia quae fierent pro anima defuncti ex quibus plurimum iuvatur; ergo ex huiusmodi tarditate patitur detrimentum. Responsio. Dicendum est quod circa hoc ipsius est duplici distinctione. Primo quidem ex parte ipsius detrimenti distinguendum est duplex detrimentum. Unum quidem est detrimentum quod pertinet ad tolerantiam poenae secundum illud I ad Cor. iii: Si cuius opus exarserit detrimentum patietur. Aliud autem est quod pertinet ad subtractionem remedii. Et hoc etiam est distinguendum ex parte eleemosynae circa quod potest etiam considerari detrimentum ipsius eleemosynae et effectus ipsius. Quantum igitur ad meritum ipsius eleemosynae nullum detrimentum patitur defunctus ex ipsa tarditate, maxime si inventum in ipso fuit quod adhibuit non modicam sollicitudinem ut huiusmodi eleemosynae cito darentur quia meritum principaliter ex voluntate et intentione dependet. Sed quantum ad meritum eleemosynae illum detrimentum patitur defunctus non quidem ut per huiusmodi tarditatem puniatur sed quia remedium ei non

xiii

adhibetur dum suffragia differuntur ex quibus
plurimum iuvaretur. Ad primum ergo dicendum quod negligentia
alterius non imputatur alteri ad peccatum, potest tamen redundare
in alterum quantum ad effectum remedii, sicut quidam etiam
ergo ab alio iuvari potest.

XIIII Ad secundum sic proceditur. Videtur quod executor
debet tardare distributionem elemosinarum
ad hoc quod res defuncti melius vendantur,
et ita ex hoc scilicet quod plures elemosinas potest facere
pro defuncto, ex quibus defunctus magis iuvabitur.
Ergo si differat videtur quod laudabiliter et fideliter hoc
faciat. Sed contra est quod ex tarditate elemosinarum
sequitur retardatio remedii, quo forte defunctus
indiget. Ergo videtur quod ex huiusmodi retardatione gravius
defunctus patiatur quam iuvetur. Responsio dicendum quod modica mora
temporis non videtur esse magnum periculum. Unde si exe-
cutor per modicum tempus elemosinarum dationem differat, ut
in rebus defuncti melius venditis ampliores ele-
mosinas dare possit, laudabiliter hoc facit. Sed non
e converso per multum tempus differat elemosinas distribuere
ut ex multo ampliores elemosinas faciat, non
videtur esse sine culpa, quia forte defunctus a purgatorio
liberaretur, in quo existenti remedium suffragiorum
maxime necessarium erat. Hoc autem consistit prudentis
executoris examini, ut scilicet consideret dilatione
temporis et conditione personae quae creditur aliquem tar-
dius liberandum, et ex quantitate augmenti ele-
mosinarum faciat quod viderit expedire defuncto.

Deinde quesitum est de peccatis. Et circa hoc
quesita sunt tria. Primo de peccato originali,
utrum scilicet ille qui baptizatus est transmittat
peccatum originale in prolem. Secundo de peccato ac-
tuali in generali, utrum scilicet sit prius utrum aversio
a deo vel conversio ad commutabile bonum. Tertio
de mendacio, quod mendacium sit gravius, utrum illud
quod fit verbo vel illud quod fit facto.

XV Ad primum sic proceditur. Videtur quod ille qui
est baptizatus non transmittat peccatum
originale in prolem. In eo enim qui
nascitur tria possunt considerari, scilicet corpus, anima et unio
utriusque. Sed non contrahit peccatum originale secundum corpus
quod trahit a parentibus, quia parentes erant tota a
peccato originali mundati. Similiter etiam nec secundum animam, quia
recipit ex creatione dei, in qua peccatum non cadit. Et
per consequens neque etiam per unionem utriusque. Ergo ille qui
nascitur ex baptizatis parentibus nullo modo contrahit
peccatum originale. Sed contra est quod remedium non
adhibetur nisi vulneri, sed baptismus qui est medicinale
remedium contra vulnus originalis peccati adhibetur
parvulis baptizatorum filiis secundum communem ecclesie con-
suetudinem. Ergo parvuli baptizatorum filii cum originali
peccato nascuntur. Responsio dicendum quod peccatum quod ex transgressione
primorum parentum in omnes posteros originaliter
derivatur non aboletur nisi per gratiam Christi, quae de peccato dam-
pnat peccatum in carne, ut dicitur ad Romanos viii. Sed hoc
quodam ordine peragitur. Nam primo in statu praesentis vitae
per sacramenta gratiae Christi removetur peccatum originale
quantum ad inquinationem animae, scilicet ut non imputetur
homini ad culpam, non tamen quantum ad corruptionem fomitis
in carne. Unde apostolus dicit ad Romanos vii: Ego ipse
mente servio legi dei, carne autem legi peccati,
inquantum scilicet adhuc caro concupiscit adversus spiritum.
Unde homo baptizatus secundum mentem vivit in novitate
spiritus, sed secundum carnem adhuc retinet vetustatem
Ade cum peccato originali. Et ideo sicut per spiritualem
generationem, quae scilicet per evangelium aliquos producit
filios in Christo absque peccato, ita etiam secundum
generationem carnalem filios producit in
vetustate Ade cum peccato originali. Et per hoc
patet responsio ad obiecta.

XVI Ad secundum sic proceditur. Videtur quod in peccato
actuali prius sit aversio quam conversio.
Aversio enim importat recessum a termino,
conversio autem accessum ad terminum. Sed in motu
corporali prius est a termino recessus quam accessus
ad terminum. Ergo et in spirituali motu prius est
aversio quam conversio. Sed contra est quod Dyonisius
dicit iiii c. de divinis nominibus: Nemo intendens
ad malum operatur, sed intendens ad bonum.
Ergo prius animus peccantis convertitur per appetitum
ad bonum commutabile quam avertatur a deo.
Responsio dicendum quod peccatum principaliter in voluntate
consistit, ut Augustinus dicit. Quantum autem ad voluntatem
illud principaliter intenditur quod est prius.
Et ideo in peccatis in quibus principaliter intenditur
fruitio boni commutabilis, sicut in luxuria,
avaritia et similibus, prius est naturaliter conversio
quam aversio, quae non est principaliter intenta,
sed praeter intentionem consequitur ex inordinata
conversione. In peccatis autem in quibus directe in-
tenditur aversio a deo, sicut est infidelitas, de-
speratio et alia huiusmodi, prius est aversio ab
incommutabili bono et postea est conversio
ad commutabile bonum, sicut patet in illis qui
desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae,
ut dicitur iiii ad Ephesios. Ad primum ergo dicendum quod
etiam in motibus corporalibus recessus a termino
prior sit in executione, accessus tamen ad
terminum prior est in intentione, in qua consistit peccatum.

XVII Ad tertium sic proceditur. Videtur quod
magis peccatum sit cum aliquis mentitur
facto quam cum aliquis mentitur verbo.
[illegible] peccatum. Tunc videtur ad aliquem
mendacio abutitur eo cum magis mentitur,
quia sicut Anselmus dicit in libro de veritate,
magis mentitur factis quam verbis. Ergo
gravius peccat qui mentitur factis quam verbis.
Sed contra est quod sicut Augustinus dicit in libro de doctrina
christiana: Inter omnia signa principatum tenent
verba. Unde magis abutitur ille qui
mentitur verbo. Ergo videtur quod gravius peccat
ille qui mentitur verbo quam ille qui mentitur
facto. Responsio dicendum quod sicut Ambrosius dicit

in quoda[m] sermo[n]e Non solu[m] in factis v[e]l v[er]bis
s[ed] [et] in simulatis op[er]ib[us] mendaciu[m] est
sectu[m] aut mediu[m] p[ri]ncipalit[er] q[uo]d [con]sistit
in intenc[i]o[n]e fallendi Vnde ille q[ui] dicit
falsu[m] q[uo]d putat e[ss]e veru[m] non mentitur
mag[is] at [con]v[er]s[o] medacem ille q[ui] d[icit] veru[m]
q[uo]d putat e[ss]e falsu[m] vt patet p[er] aug[ustinum] in
li[bro] d[e] mendacio Vnde cu[m] eade[m] intencio fal-
lendi sit in eo q[ui] mentit[ur] v[er]bo et in eo
q[ui] mentit[ur] facto vter[que] equalit[er] peccat
verbu[m] e[ni]m et factu[m] assumit[ur] vt instru[men]tu[m]
fallendi Vnde no[n] refert qua[n]tu[m] ad p[e]c[ca]tu[m]
mendacij vtru[m] aliq[ui]s v[er]bo v[e]l scripto v[e]l nutu
v[e]l quoc[um]q[ue] facto menciat sicut no[n] refert
qua[n]tu[m] ad p[e]c[ca]tu[m] homicidij vtru[m] s[cilicet] aliquis
gladio v[e]l securi interficiat ho[m]i[n]e[m] Et p[er]
h[oc] patet r[espo]n[si]o ad obiectu[m] xviii

Deinde questio e[st] c[ir]ca corporalia
ho[min]is Vtru[m] s[cilicet] aliq[ui]s possit e[ss]e
natur[a]lit[er] v[e]l inmaculose sim[u]l virgo [et]
pater Et videt[ur] q[uod] possit e[ss]e inmaculose
c[ir]ca p[at]r[e]m et m[at]r[e]m simil[ite]r s[un]t gn[er]ac[i]o[n]is principia
s[ed] aliq[ua] mul[ier] inmaculose fuit virgo [et] m[ate]r
[er]go pari rac[i]o[n]e aliq[ui]s vir inmaculose p[otes]t
e[ss]e p[ate]r et virgo Ite[m] videt[ur] q[uod] h[oc] possit
esse sine inmaculo q[ui]a demon incub[us] p[otes]t
furari seme[n] viri virginis in sop[ni]is
polluti et transfunde[re] in matrice mulieris
ex q[u]o q[ui]de[m] semine p[otes]t [con]cipi proles
cui[us] q[ui]de[m] p[ate]r no[n] est demo[n] incub[us]
s[ed] ille q[ui]de[m] ex cui[us] semine gn[er]atur
q[uo]d agit in v[ir]tute ei[us] a quo e[st] resolutu[m]
[er]go videt[ur] q[uod] et absq[ue] inmaculo p[otes]t aliq[ui]s
e[ss]e virgo simul et pater Sed [contra] mulier
absq[ue] inmaculo no[n] p[otes]t e[ss]e sil[icet] virgo et
m[ate]r [er]go pari rac[i]o[n]e n[ec] vir absq[ue] inmaculo
p[otes]t e[ss]e sil[icet] virgo et p[ate]r Iterum videt[ur] q[uod] n[on]
p[er] inmacul[u]m q[ui]a si filius dei n[on] nat[us] est
inmaculose de virgine ex alia p[ar]te corp[or]is
v[ir]ginalis carne[m] assu[m]psit q[ua]m ex illa vnde
mul[ier] natural[ite]r [con]cipit puta de manu aut
de pede no[n] dicet[ur] filius v[ir]ginis Sicut n[ec]
eva dicta e[st] filia ade q[ui]a p[ri]mus fit formata
de costa ip[s]i[us] s[ed] no[n] poss[un]t [con]tingere salua
v[ir]ginitate viri q[uod] ex eade[m] p[ar]te corporis
et in eode[m] loco prole[m] gn[er]aret sicut na[tur]a
gn[er]atur [er]go n[ec] et[iam] inmaculose fieri possi[bile]
q[uod] aliq[ui]s sil[icet] e[ss]et virgo et p[ate]r R[espo]n[de]o d[icendum]
q[uod] ad [con]tingendi evidencia[m] vide[n]d[u]m q[ui]d
ad v[ir]ginitate[m] requirit[ur] Requirunt[ur] at[ue]m t[ri]a
ad ei[us] p[er]fectio[n]e[m] quor[um] p[ri]m[u]m est principale
[et] formale s[cilicet] electio et intencio volu[n]tatis
sicut et in o[mn]ibus moralib[us] Vnde illud
ex necc[ess]itate ad v[ir]ginitate[m] requirit[ur] q[uo]d
assit aliam assidua volu[n]tatis no[n] ex-
periendi delectat[i]o[n]em venerea[m] Secundu[m] aut[em]
est materiale s[cilicet] passio appetit[us] sensitiuu[m] s[cilicet] delectac[i]o
q[uae] i[bi]d[em] experit[ur] in actu venereo cuius p[ri]uacio
requirit[ur] ad p[er]fectam v[ir]ginitate[m] materialit[er] Naz passio[n]es
sensitiue s[un]t ma[teri]a v[ir]tutu[m] moraliu[m] si t[ame]n p[re]ter electio[n]e[m]
ip[s]e volu[n]tat[is] h[oc] desit puta cu[m] aliq[ui]s i[n] sop[ni]o
polluit[ur] v[e]l cu[m] mul[ier] p[er] violencia[m] ab hoste opp[r]-
imit[ur] no[n] perit v[ir]tus v[ir]ginitatis vt p[ate]t p[er] aug[ustinum]
in p[ri]mo d[e] ci[vitate] d[e]i T[er]ciu[m] est q[uo]d p[er] accidens et [con]comi-
tant[er] se h[abe]n[t] ad v[ir]ginitate[m] s[cilicet] corp[or]is integritas
Vnd[e] claustra pudoris alit[er] corrumperent[ur] q[ua]m
p[er] venereu[m] actu[m] puta si obstetrix v[e]l medic[us]
ferro incidat nichil v[ir]ginitatis dep[er]it sic aug[ustinus]
d[icit] p[ri]mo de ci[vitate] d[e]i Si igit[ur] v[ir]ginitas accipiat[ur] s[ecundu]m
p[er]fectu[m] suu[m] esse p[ro]ut ad v[ir]ginitate[m] h[ec] t[ri]a p[re]dicta
[con]curru[n]t mul[ier] q[ui]de[m] salua v[ir]ginitate no[n] p[otes]t e[ss]e
m[ate]r Ita q[uod] [con]cipiat [et] pariat n[on] inmaculose
c[ir]ca proles egredi no[n] p[otes]t t[ame]n h[oc] q[uod] p[re]mdeant
claustra pudoris nisi p[er] inmaculu[m] sic accidit
in m[at]re d[e]i Posset t[ame]n absq[ue] inmaculo m[ate]r sal-
ua quomodo v[ir]ginitate [con]cipere Sicut d[icitur] accidisse
d[e] quada[m] puella pubescente q[uae] p[ro]pt[er]
pudoris custodia[m] in lecto suo h[ab]ebat q[ui] du[m]
sompno polluer[et] seme[n] ad matrice[m] descendit
et puella [con]cepit Vir at[ue]m absq[ue] omni seminis
resoluc[i]o[n]e no[n] p[otes]t e[ss]e p[ate]r nec natural[ite]r nec
inmaculose c[ir]ca si de corp[or]e ei[us] p[ro]les inmaculose
formaret[ur] no[n] posset dici pat[er] Si v[er]o v[ir]ginitas
largi[us] accipiat[ur] p[ro]ut solu[m] requirit electio[n]e[m] ment[is]
sic patet d[e] mul[ier]e q[ui]d[em] q[uod] natural[ite]r p[otes]t e[ss]e m[ate]r
v[ir]ginitate manente Sicut si alic[ui] p[er] violencia[m]
opp[ri]met[ur] ab hoste et inde [con]cipet multo mag[is]
h[oc] posset inmaculose fi[eri] Vir at[ue]m salua tali
v[ir]ginitate posset e[ss]e p[ate]r natural[ite]r p[ro]pt[er] pollucio[n]e[m]
nocturna[m] q[uae] [con]tinq[ue] mo[do] ad matrice[m] mulieris
p[er]veniet Non aut[em] ita [con]curret q[uod] inmaculose
p[ate]r fieret sic et virgo fiet m[ate]r Et q[uod] virgo
inmaculose factu[m] e[st] m[ate]r sp[irit]u s[an]cto formante
corp[us] prolis ex purissimis sanguinib[us] v[ir]ginis
vt damascen[us] d[icit] Resoluc[i]o at[ue]m seminis sine
qua vir p[ate]r e[ss]e no[n] possit no[n] [con]gruit op[er]ac[i]o[n]i
sp[irit]us s[an]cti tum q[uod] vir in gn[er]ac[i]o[n]e est sic[ut]
agens mul[ier] sic paciens Deo at[ue]m [con]petit age[re]
et no[n] pati Vnde mag[is] [con]gruit q[uod] deus
inmaculose suppleat id q[uo]d d[e]est ex parte viri
q[ua]m id q[uo]d d[e]est ex parte mulieris Et p[er] h[oc] p[ate]t r[espo]n[si]o ad obiecta xix

Deinde questio e[st] vltio de creatura
pure corporali Vtru[m] s[cilicet] celu[m] empireu[m]
h[ab]eat influencia[m] sup[er] o[mn]ia corpora Et
videt[ur] q[uod] no[n] q[ui]a o[mn]e corp[us] q[uo]d na[tura]l[ite]r influit
in alia corpa p[ri]us influit in p[ro]pinqua
q[ua]m in remota Si [er]go celu[m] empireu[m] influet
in corpa inferiora p[ri]us influet in celu[m]
aqueu[m] q[uo]d est ei p[ro]pinqui[us] q[ua]m in celu[m] side-
reu[m] s[ed] h[oc] videt[ur] e[ss]e inprobabile q[ui]a celu[m] si-
dereu[m] similius e[st] celo empireo cu[m] lucidu[m] sit
d[e] na[tur]a q[ua]tuor elem[en]tor[um] q[ua]m celu[m] aqueu[m] q[uo]d est
de na[tur]a q[ua]tuor elem[en]tor[um] q[ui]a ille aque dicu[n]tur
posite ad refrigerandu[m] calore[m] p[ro]venientem ex

abs[que]

motu celi ratione cuius saturnus est altior inter
planetas dicitur habere frigiditatem. Non ergo celum
empireum influit in corpora inferiora. Sed contra
est quod in libro de intelligenciis dicitur quod omne quod
influit in alia est lux vel lucem habens. Et in
commento dicitur quod omnis influencia est per virtutem lucis
sed celum empireum maxime habet lucem inter alia
corpora, ergo maxime in alia corpora influit. Responsio
dicendum quod quidam ponunt celum empireum non habere
influenciam in reliqua corpora, quia non est institutum
ad effectus naturales, sed ad hoc quod sit locus beatorum
et hoc quidem in aliquibus visum est sed diligencius
considerantibus magis videtur dicendum quod influat in
corpora inferiora, quia totum universum est unum unitate
ordinis ut patet per philosophum in xii methaphysice. Hec
autem unitas ordinis attenditur secundum quod quodam ordine
reguntur corpora per spiritualia et inferiora corpora per
superiora, ut Augustinus dicit in iii° de trinitate. Unde si
celum empireum non influeret in corpora inferiora,
celum empireum non contineretur sub unitate universi,
quod est inconveniens. Videtur autem proprius effectus eius
esse perpetuitas et permansio in inferioribus corporibus.
laz secundum philosophum in xi methaphysice. In celo sunt principa-
duo motus, quorum unus est ab oriente in occidentem
qui vocatur diurnus, et est super polos equinoctiales
et quia ille est uniformis causat perpetuitatem in
inferioribus motibus. Alius autem motus est ab occidente
in oriente quo movetur sol et alii planete
qui est super polos zodiaci, per quem planete accedunt
et recedunt a nobis. Unde ille motus proprie causat
diversitatem generationis et corruptionis, et alteram
motuum in istis inferioribus. Et sic continuatur generatio
et corruptio harum inferiorum. Quamvis dicta volt, que
quidem quantum ad continuitatem causatur a motu primo,
quantum autem ad contrarietatem a secundo. Sicut autem uni-
formitas motus precedit difformitatem, ita et uniformi-
tas quietis precedit uniformitatem motus. Quia
movere est se aliter habere nunc quam prius, quiescere
autem est eodem modo se habere nunc ut prius. Et quies
est pura unitas, uniformitas autem motus est
unitas cum diversitate. Et ideo primum celum scilicet em-
pireum singulariter per suam quietem influit. Secundum
autem celum quod dicitur aqueum per suum motum uni-
formitate. Tercium autem celum sidereum per suum motum
difformitate. Hoc autem proprium est huius corporis quod
influat absque motu, inquantum est supremum atti-
gens quodam modo ordinem substanciarum spiritualium
prout Dyonisius dicit vii c. de divinis nominibus. Quod divina
sapiencia coniungit principia secundorum finibus priorum. Ad
primum ergo dicendum quod celum empireum magis influit
in celum aqueum quam in inferiora corpora, inquantum
scilicet celum aqueum plus recipit de influencia celi
empirei et uniformitatis motus attenditur. Unde
celum et magis convenit cum celo empireo ratione
sue uniformitatis quam celum sidereum. Est tamen
de celestibus corporibus duplex opinio. Una quod sint
de natura elementorum, secundum quam celum empireum est
de natura ignis, aqueum de natura aque vel aeris,

celum autem sidereum est compositum ex utraque na-
tura, quia in parte est lucidum, in parte dyaphanum.
Et ad hanc opinionem pertinet quod dicitur aquas
ibi esse ad infrigidandum. Alia autem opinio est
quod corpora celestia non sunt de natura quatuor
elementorum, sed de quinta essencia, secundum quam
celum aqueum non est de natura aque, sed dicitur
aqueum propter dyaphaneitatem. Sic
dicitur celum empireum, id est igneum, propter lumen.
Contrarium [?] quamvis liber de intelli-
genciis non sit auctoritatis alicuius, tamen
verum sit quod omnis influxus sit ratione lucis
si lux in methaphysica accipiatur pro omni
actu, prout omne agens agit inquantum est
ens actu. Et sic potest esse verum in solis
corporibus, in quibus proprie dicitur lux, inquantum
scilicet lux corporalis est forma primi corporis
agentis, scilicet celi, in cuius virtute omnia
corpora inferiora agunt. Et hec ad presens dicta sufficiant.

Questium est de tribus:
primo de quadam pertinencia
ad substancias spirituales. Secundo
de quibusdam pertinentibus
ad sacramentum altaris.
Tercio de quibusdam pertinentibus ad corpora
dampnatorum. Circa substancias spirituales querebantur
primo de cognicione earum; secundo de fruicione
anime Christi tempore passionis. Tercio de pluralitate
in substanciis spiritualibus inventa. Circa primum
querebantur quatuor. Primo utrum aliquis intellectus
creatus possit divinam essenciam videre
immediate. Secundo utrum intellectus creatus
possit simul plura intelligere. Tercio utrum
intellectus angelicus possit intelligere singularia.
Quarto utrum noticia quam Augustinus dicit plenam
mentis sit accidens vel non.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod
intellectus creatus possit divinam
essenciam immediate videre. Intellectus
enim creatus cum indirecte se habeat ad omnia
intelligibilia, non potest cognoscere determinate
aliquid nisi per obiectum suum determinetur. Sed
divina essencia non est obiectum quod possit
intellectum determinare, quia est summum in entibus
et maxime generalis, et nullo modo determinativa;
ergo intellectus creatus ipsam videre non potest.
Preterea ad hoc quod intellectus cognoscat aliquid
oportet quod fiat in actu. Nichil enim operatur
secundum quod est in potencia, sed secundum quod est in
actu. Intellectus autem non fit in actu nisi
secundum quod intelligibili informatur. Cum ergo
essencia divina non possit per seipsam in-
formare intellectum ut formaliter faciat
ipsum esse actu, oportet si detur per intellectum
cognosci quod per aliquam sui similitudinem
intellectus informetur ad hoc quod cognoscatur

et ita non potest immediate nisi per similitudinem
suam videri. Praeterea ad hoc quod intellectus creatus
essentiam divinam videat, oportet quod per lumen glorie
perficiatur. Sed lumen glorie est medium distans ab
ipso intellectu et ab ipsa essentia divina, cum lumen
predictum dicatur creatum. Ergo intellectus creatus
non potest videre divinam essentiam immediate.
Praeterea secundum Philosophum in II° De anima: sicut sensus
se habet ad sensibile, ita se habet intellectus ad
intelligibile. Sed ad hoc quod sensus visus obiectum
suum percipiat, duplici medio indiget, scilicet
lumine et specie, que est similitudo rei vise. Ergo hoc
idem est necessarium intellectui in visione divine
essentie, et sic non immediate eam videbit.
Sed contra est quod Ioh. III°: Videbimus eum sicuti
est. Praeterea ad hoc quod intellectus intelligat, nichil
aliud videtur requiri nisi quod intelligibile fiat
in actu et quod intellectui adiungatur. Sed essentia
divina per seipsam est intelligibilis in actu, cum
sit immaterialis; intellectui etiam presens est, quia
ut Augustinus dicit, Deus unicuique rei est intimior
quam ipsa res sibi. Ergo intellectus noster essentiam
divinam immediate potest videre. Responsio dicendum
quod absque dubio tenendum est quod divina essentia
in patria immediate ab intellectu glorificato
videtur. Ad cuius evidentiam sciendum quod
[illegible] in visione intellectuali triplex medium
oportet esse: unum sub quo intellectus videt,
quod disponit eum ad videndum, et hoc est in nobis
lumen intellectus agentis, quod se habet ad intellectum
possibilem nostrum sicut lumen solis ad oculum.
Aliud medium est quo videtur, scilicet res ad extra,
hoc est species intelligibilis, que intellectum possibilem
determinat, et habet se ad intellectum possibilem
sicut species lapidis ad oculum. Tertium medium
est in quo aliquid videtur, et hoc est res aliqua
per quam in cognitionem alterius devenimus, sicut
in effectu videmus causam, et in uno simili
vel contrario videtur aliud; et hoc medium se
habet ad intellectum sicut speculum ad visum
corporalem, in quo oculus aliquam rem videt.
Primum ergo medium et secundum faciunt immediatam
visionem. Immediate enim aliquis videre
dicitur lapidem, quamvis eum per speciem eius
in oculo receptam et per lumen videat,
quia visus non fertur in hec media sicut in
ipsa visibilia, sed per hec media fertur in
unum visibile quod est extra oculum. Sed tertium
medium facit visionem mediatam. Visus
enim primo fertur in speculum sicut in visibile,
quo mediante recipit speciem rei vise in se
in speculo. Similiter intellectus cognoscens causam
in causato fertur in ipsum causatum sicut
in quoddam intelligibile, ex quo transit in co-
gnitionem cause. Et quia essentia divina in statu
vie in effectibus suis cognoscitur, non videmus eam

immediate. Unde in patria, ubi immediate vi-
debitur, tale medium penitus subtrahetur. Similiter etiam
non erit ibi medium secundum, scilicet aliqua species essentie
divine intellectum informans, quia cum aliquid videtur
immediate per speciem suam, oportet quod species illa representet
rem illam secundum complementum esse speciei; alias non diceretur ipsa
res immediate videri, sed quedam umbra eius, sicut
similitudo lucis modo fieret per modum coloris, qui est
lux obumbrata. Cum autem omne quod recipitur in
aliquo per modum recipientis recipiatur, impossibile
est intellectum creatum similitudinem divine essentie recipi-
ere que eam perfecte secundum suam totam rationem representet. Unde
si per aliquam similitudinem talem essentia a nobis
divina videretur, immediate non videremus essentiam
divinam, sed quandam umbram eius. Restat igitur quod
primum solum medium erit in illa visione, scilicet lumen
glorie quo intellectus perficietur ad videndam essentiam
divinam, de quo in Psalmo: In lumine tuo videbimus lumen.
Hoc autem lumen non est necessarium ad hoc quod faciat
intelligibile in potentia esse intelligibile in actu,
ad quod est nobis necessarium lumen intellectus
agentis, quia ipsa divina essentia cum sit a
materia separata, est per se actu intelligibilis; sed
necessarium est tantum ad perficiendum intellectum, ad quod
etiam lumen intellectus agentis valet. Potest etiam
dici lumen glorie sufficienter perficere intellectum ad
videndum divinam essentiam, vel ex eo quod in ipsa essentia
divina totaliter lux est intellectualis, eo quod ipsa essentia
divina totaliter vere est intelligibilis. Unde lumen
glorie ab ea in intellectum descendens facit hoc re-
spectu divine essentie in intellectu quod facit respectu
aliorum intelligibilium, que non sunt tantum species rei
intellecte simul et lumen. Sicut si lux sensibilis
per se existeret, ad eius visionem sufficeret lumine
oculum perficiens sine aliqua similitudine. Ad primum
ergo dicendum quod aliquid determinatum dupliciter dicitur: ratione
limitationis et alio modo ratione distinctionis. Essentia
autem divina non est quid determinatum primo modo, sed
secundo modo. Forma enim non limitatur nisi ex hoc
quod in aliquo recipitur, cum materie commensuratur. Unde
essentia autem divina non est aliquid in alio receptum,
eo quod esse eius est ipsa divina natura subsistens, quod
in nulla alia re contingit. Nam quelibet res alia
habet esse receptum et sic limitatur. Et inde est
quod essentia divina ab omnibus distinguitur per hoc
quod est in alio non recipi. Sicut si esset aliqua
albedo existens non in subiecto, ex hoc ipso distingueretur
a qualibet albedine in subiecto existente, quamvis in ratione
albedinis non esset recepta et etiam non limitata.
Patet ergo quod essentia divina non est quid generale in
essendo, cum sit ab omnibus aliis distincta, sed solum
in causando, quia id quod est per se est causa eorum
que per se non sunt. Unde esse per se subsistens est
causa omnis esse in alio recepti, et ita essentia
divina est intelligibilis quod potest determinare intellectum.
Ad secundum dicendum quod intellectus creatus fit actu ad

videndum diminutam essentiam per lumen glorie et hoc
sufficit sicut dictum est Ad tercium dicendum quod id lumen glorie
plus ab essentia divina et ab intellectu sit dif-
ferens per essentiam non tamen facit mediatam visionem
ut ex dictis patet Ad quartum dicendum quod visibilia
non sunt lux tantum et ideo oportet ad hoc ut visus
determinetur ad ea quod non solum sit ibi lumen sed etiam
species rei vise Essentia autem divina est pura lux
et ideo non requiritur aliqua alia species quam ipsius
luminis ut ex dictis patet

Ad secundum sic proceditur Videtur quod intellectus
creatus possit simul plura intelligere
Potentia enim sensitiva cum sit materialis
est magis coartata quam intellectiva sed sensus potest
plura sentire sicut sensus communis scilicet sentit album
et dulce dum corporis dimensionem consistit ergo intellectus
multo forcius potest simul plura intelligere Praeterea intelligi-
bilia potest simul cognoscere multitudinem sub uno sed omnia in-
telligibilia sub uno magnitudine sunt intelligibilia
ergo omnia intelligibilia potest cognoscere simul Praeterea sicut
se habet intellectus in habitu ad intelligibile ita se habet
intellectus in actu ad intelligibile in actu sed intellectus
in habitu simul plura intelligibilia cognoscit in habitu
ergo intellectus in actu simul plura intelligit in actu Praeterea
ad cognitionem intellectus sufficit species rei intelligibilis
in intellectu existens sed species intelligibiles non se im-
pediunt quia simul sunt in intellectu cum non sit contrarie
eo quod sunt a materia separate ergo intellectus non impeditur
quin possit plura simul intelligere Praeterea capacitas
intellectus est maior quam cuiuslibet corporis sed aliquod
corpus est in quo plures species sunt contrariorum simul
sicut patet in uno puncto aeris in quo se inter-
secant due linee directe a duobus visibilibus
ad duos videntes et est species utriusque visibilis ergo
multo forcius plures species intelligibiles actu possunt
simul esse in intellectu et ita intellectus potest simul plura
intelligere Sed contra est quod dicit philosophus in ii topicorum
intelligere contingit plura scire intelligere vero unum solum
Respondeo dicendum quod intellectus dupliciter aliquid intelligit scilicet primo
et ex consequenti ex consequenti quidem contingit plura simul intelligere
inquantum habent ordinem ad unum intelligibile primo in-
tentum Et hoc contingit dupliciter Uno modo ex unitate eius quo
intelligitur Cum enim plura intelliguntur per unam speciem
intelliguntur sicut intellectus divinus omnia simul videt per
unam essentiam suam Et eodem modo intellectus creatus
videns essentiam divinam potest omnia simul videre que per
essentiam divinam videt Alio modo ex unitate
eius quod intelligitur scilicet cum plura intelliguntur ut
unum Sunt enim illud unum est primo intellectum et
sic illa plura sunt intellecta ex consequenti in illo Sicut
cum intellectus intelligit lineam simul intelligit partes
linee ut dicitur in iii de anima Et similiter cum intelligit
propositionem intelligit simul subiectum et predicatum Et cum
intelligit similitudinem vel differentiam aliquorum simul intelligit
ea quorum est similitudo aut differentia Sed quod intellectus simul
intelligat plura intelligibilia primo et principaliter est im-
possibile cuius ratio est quia intellectus secundum actum est
idem quodammodo perfecte rei intellecte ut dicitur iii de anima

sed quod intelligendum est non quod essentia intellectus
fiat res intellecta vel species eius sed quia complete
informatur per speciem rei intellecte dicitur esse actu in-
telligens Unde intellectum simul plura actu intel-
ligere primo idem est dicere acsi res una sit simul
plura In rebus autem naturalibus videmus quod una res
simul non potest esse plura in actu sed plura in po-
tentia vel secundum dispositionem potest esse unum et idem
plura Idem enim aer est simul potentia aqua
et ignis et potest etiam simul esse dispositus ad
utrumque quantum ad aliquid in esse eius sicut si aer
ex una parte rarefieret et ex alia parte in-
spissaretur Sed quod aer simul actu sit ignis et aqua
est impossibile Et similiter est quod aliquid sit simul
actu lapis et frumentum que non videntur contraria
sed disparata Intellectus autem ex ipsa ratione sue
potentie est scilicet in potentia omnia intelligibilia
sicut et sensus omnia sensibilia Potentia autem
sensitiva per similitudines sensibilium reducitur
in actum dupliciter Uno modo incomplete per modum
dispositionis quia sicut species sensibiles sunt in
ea ut dispositiones quod appellat Avicenna ut
esse thesauro Alio modo perfecte quia sicut species
sensibiles actu informant potentiam sensitivam
et hoc vocat Avicenna apprehensionem
sensus Distinguuntur potentie sensitive
apprehensive ab illis in quibus sunt forme sensibiles
ut in thesauro Et similiter in intellectu in
habitu sunt similitudines intelligibilium ut
dispositiones sed quando sunt actu intellecte sunt in eo
ut forme perficientes et tunc intellectus sit
res omnino intellecta Et hoc contingit per in-
tentionem que coniungit intellectionem intelligibili
et sensum sensibili ut dicit Augustinus Unde
patet quod sicut una res materialis non potest esse
simul plura actu ita unus intellectus non
potest simul plura intelligere primo Et hoc est quod
Algazel dicit quod sicut unum corpus non potest
simul plura figurari pluribus figuris ita unus
intellectus non potest simul plura intelligere nec
potest dici quod intellectus informetur perfecte
simul pluribus speciebus intelligibilibus sicut unum
corpus simul informatur figura et colore quia
figura et color non sunt forme unius generis
nec in eodem ordine accipiuntur quia non ordi-
nantur ad perficiendum corpus in esse unius respectus
Sed omnes forme intelligibiles inquantum huiusmodi
sunt unius generis et in eodem ordine se habent
ad intellectum inquantum perficiunt intellectum
ut hoc quod est esse intellectum in actu Unde
plures species intelligibiles se habent sicut figure
plures vel plures colores que sint actu in
eodem esse non possunt secundum idem Ad primum ergo
dicendum quod similiter dicendum est de potentia sensitiva
quod non potest plura simul sentire primo sed ex quanti-
tate plura accipiuntur ut unum sicut
enim sensibilia plura veniunt in una dia-

vii

et plura sensibilia / quae sunt partes unius in uno toto / unde quando sentit totum / sentiunt simul plures partes ex consequenti / et tunc interius sensus non refertur ad aliqua plura principaliter sed ad totum / quia si ad aliqua plura referret ut ad sensibile principale / sic solum sentiret et non alia. Et ita sensus communis quamvis sit una potentia secundum essentiam / tamen aliquo modo multiplicatur secundum esse / in quantum comparatur diversis sensibilibus propriis / sicut unum centrum comparatur pluribus lineis. Unde simultaneitas eorum secundum quod simul tendunt ad sensum communem / sic motus est per omnes lineas possit simul terminari ad centrum. Sed intellectus non multiplicatur modo predicto in plures potentias / et ideo non est omnino simile. Ad secundum dicendum quod cognoscibilia quae sunt cognoscentis / oportet ut accipiantur ut unum cognoscibile ratione / omnia autem intelligibilia in quantum huiusmodi sunt unum genus et unum modo / et ideo ratio non sequitur. Ad tertium dicendum quod sicut patet ex iam dictis / quod non eodem modo se habet intellectus in habitu ad intelligibilia in habitu / quae sunt in ipso ut dispositiones / et intellectus in actu ad intelligibilia in actu quae sunt in ipso / ut eius ultime perfectiones. Ad quartum dicendum quod non solum prohibetur res aliqua plura continere actu simul / sed etiam plura esse disparata / ut patet ex dictis. Unde quamvis formae intelligibiles in intellectu non sint contrariae / intellectus tamen prohibetur simul plura intelligere / ut patet ex dictis. Ad quintum dicendum quod species sensibiles quae sunt in medio / dicuntur per modum dispositionis / et non per modum ultime perfectionis / quia sunt ibi in quodam fluxu / et ideo non est simile.

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod simile iii quod intellectus angelicus non possit cognoscere singularia. Si enim cognoscat / aut cognoscit per speciem acquisitam / aut per speciem concreatam. Non per speciem acquisitam / quia illa non esset particularis nisi per quasi individuans / et ita in intellectu angeli in materiali esse non posset / vel esset universalis / et sic per eam singulare cognosci non posset. Similiter nec per concreatam / quia species concreatae angelo a principio suae creationis fuerunt in ipso. Ex quo contingeret quod aliquo sufficit / quod eius species sit in intellectu. Et ita si per speciem concreatam posset aliquid particulare cognoscere / Deus est prius a principio suae creationis illud cognovisset / quando adhuc erat futurum / quod non potest esse / quia futura cognoscere solius Dei est Isaie xlv. Annuntiate quae ventura sunt in futurum / et sciemus quia dii estis vos. Ergo angelus singularia cognoscere non potest. Si dicatur quod species illae concreatae faciunt cognoscere praesentia non autem futura. Contra non potest aliquod cognitio nova fieri / nisi fiat aliqua innovatio in cognoscente / sed per hoc quod particulare quod erat futurum fit praesens / non fit aliqua innovatio in intellectu angelico / cum intellectus recipiat a re extra. Ergo si prius cum erat futurum non cognoscebat / nec dum sit praesens cognoscere poterit. Si autem dicatur quod per applicationem specierum ad particularia quod tunc sit / intelligit. Contra quia illa applicatio sit non potest / nisi utrumque cognoscatur / et quod applicatur et cui sit applicatio / per aliam viam. Si dicatur quod quamvis intellectus accipiat / tamen formam quam habet apud se prius applicat ad particularem / quod de novo sit. Contra intellectus non potest aliquid ad aliquid applicare nisi precognoscat et id quod applicat et id cui applicat / intellectus enim prius est cognoscere duo quam sciat quod applicatur unum ad alterum. Ergo applicatio predicta sequitur cognitionem singularium / et non potest esse causa eius. Praeterea si cognoscat angelus singularia / aut cognoscit unam speciem aut per plures. Sed non per plures / quia sic oportet quod infinitas species haberet apud se cum infinita sint particularia. Similiter nec per unam / quia sic angelus unus in potentia / quod impossibile est / quia sic intellectus angelicus aequaretur intellectui divino / qui una sua essentia plura intelligit. Ergo intellectus angelicus singularia cognoscere non potest. Praeterea si cognoscit singularia / aut hoc est per plures species / aut per unam. Non pluribus / quia sic oportet habere infinitas cum particularia sint infinita in potentia. Non una / quia impossibile est cum aequaretur intellectui divino. Si dicatur quod non cognoscit per unam speciem omnia / sed per unam speciem omnia individua unius speciei et non alia. Contra illa una species non se habet magis ad unum individuum quam ad aliud. Sed intellectus determinate oportet quod per speciem intelligibilem determinatum cognoscibile / ergo per speciem illam non poterit cognoscere hoc particulare determinate. Quod autem sic cognoscat probatur quod dicitur ad Hebreos i⁰. Omnes sunt administratorii spiritus etc. quod non posset esse nisi cognoscerent singulares homines. Responsio dicendum quod angelus absque dubio singularia cognoscit / ut autem videamus modum quo hoc possibile sit considerandum est quod ad hoc quod singulare aliquid cognoscatur / oportet quod in potentia cognoscitiva sit similitudo eius in quantum particulare est. Quae autem forma de se communis est. Unde additio formae ad formam non potest esse causa individuationis / quia quotcumque formae simul aggregentur / ut album bicubitum crispum et huiusmodi non constituunt particulare / quia ista sic habent omnia simul sunt in uno et non in pluribus potentiis est possibile inveniri. Sed individuatio formae est ex materia per quam trahitur ad hoc determinatum. Unde ad hoc quod particulare cognoscatur / oportet quod in cognoscente non solum sit similitudo formae / sed aliqualiter similitudo materiae. Similitudo autem rei cognitae dupliciter est in cognoscente. Uno modo sic quod causata a re / sicut est in his quae cognoscunt per speciem abstractam a rebus. Alio modo sic quod causaretur / ut patet in artifice / qui cognoscit artificiatum per illam formam per quam ipsum facit. Species igitur quae est a sensu causata a re sensibili / in quantum non est omnino a conditionibus materialibus depurata / est similitudo formae secundum quod est in materia / et ideo per eam cognoscit particulare. Sed quia secundum quod in intellectu nostro recipiuntur species rei sensibilis est omnino a materialibus conditionibus depurata / non potest intellectus noster per eam directe particulare cognoscere / sed per quandam reflexionem intellectus ad potentias sensitivas a quibus species intelligibiles abstrahuntur. Per formam autem quae est causa rei sic immo cognoscit res / secundum quod forma illa est causa eius / et quia artifex homo per formam artis non producit materiam / sed materia praesupposita inducit formam artis

forma aut artis, que est in mente artificis, non est
similitudo artificiati, nisi quo ad formam tantum. Unde
per eam non cognoscit artificiatum in particulari, nisi
formam artificiati per sensum accipiat. Artifex autem
intellectus, scilicet deus, non solum producit formam, sed et materiam.
Unde rationes ydeales in mente ipsius existentes non
solum sunt efficaces ad cognitionem universalium, sed etiam ad
singularia cognoscenda a deo. Sicut enim ille rationes ydeales
effluunt in rebus producendis in esse suo naturali
in quo particulariter unumquodque consistit in forma et
materia, ita procedit in mentes angelicas, ut sit in
eis principium cognoscendi res secundum suum totum esse
in quo subsistunt. Et sic per species influxas sibi
ab arte divina angeli non solum universalia, sed
etiam particularia cognoscunt, sicut et deus. Est tamen
differentia in duobus. Primo quia ydee que sunt in mente
divina sunt forme singularium factive rerum et
non solum principia cognoscendi. Sed species quas recipiunt
in mente angelica sunt solum principia cognoscendi
et non sunt factive rerum, sed exemplate a factivis.
Secundo quia intellectus quanto est altior et perfectior tanto
ex uno potest plura cognoscere. Et quia intellectus divinus
est altissimus, per unam simplicem essentiam suam omnia
cognoscit. Nec est in eo aliqua pluralitas formarum ydealium
nisi secundum diversos respectus divine essentie ad res
cogitabiles. Sed in intellectu creato multiplicatur secundum rem
quod est unum secundum rem in mente divina, ut non possit
omnia per unum cognoscere. Ita tamen quod quanto intellectus creatus
est altior tanto habet pauciores formas ad plura co-
gnoscenda efficaciores. Et hoc est quod dyonisius dicit xii
capitulo celestis ierarchie, quod superiores ordines habent scientiam
magis universalem inferioribus. Et in libro de causis dicitur
quod intelligentie superiores habent formas magis universales.
Sed tamen absolute quod in infimis angelis sunt forme
adhuc universales intantum quod per unam formam possunt cognoscere
omnia individua unius speciei. Ita quod illa species sit
propria similitudo unicuique particularium secundum diversos
respectus eius ad particularia. Sicut enim divina essentia
efficitur propria similitudo singulorum secundum diversos respectus.
Sed intellectus humanus qui ultimus est in ordine substantiarum
intelligibilium habet formas intantum particulares quod sibi
non potest per unam speciem nisi unum quid cognoscere.
Et ideo similitudo speciei existens in intellectu humano
non sufficit ad cognoscenda plura singularia. Et propter hoc
habet intellectus humanus adiunctum sibi sensum quo singularia
accipiat. Ad primum ergo dicendum quod angelus nullo modo
cognoscit singularia per speciem acquisitam, quia non potest per
speciem acceptam a re. Sic enim res ageret in intellectum
eius, quod est impossibile. Neque per aliquam speciem de
novo influxam a deo novitate ipsius angeli aliquid
de novo, quia species quas angelus habet apud se con-
creatas sufficiunt ad omnia cognoscibilia cognoscenda.
Sed scias quod per aliquod lumen intellectus angeli elevatur
in altiores conceptiones ex illis speciebus ponere potest,
sicut et ex eisdem fantasmatibus speciebus intellectus prophete
lumine prophetie adiutus aliquam cognitionem accipit
ad quam non sufficiebat naturale lumen intellectus agentis.

xiii

Restat ergo ut angelus cognoscat singularia
per species concreatas. Sicut autem per unam speciem concreatam
potest cognoscere diversa individua, ita et multo amplius
per unam speciem cognoscere potest quicquid est in uno
individuo, ut non oporteat eum aliam speciem habere
qua cognoscit colorem et odorem unius pomi,
et qua cognoscendo sic pomum cognoscit quicquid
est in pomo illo et essentiale et accidentale.
Effectus autem non est causa sua ut in ea possit
cognosci, nisi causa sit determinata ad effectum illum,
sicut patet in causis necessariis, quibus cognitis
cognoscuntur effectus earum. Sed causa contingens
non determinatur ad effectum suum, nisi ipsa actu
producat ipsum. Unde in causa contingenti non
est effectus eius, ut in ea possit cognosci,
nisi iam in actu productus est. Et ideo
angelus per species concreatas cognoscit causas
universales omnium singularium contingentium,
non cognoscit naturali cognitione effectus earum
antequam sint in actu, sed statim cum actu sunt.
Ad secundum dicendum quod ipsi aliquid incipit esse
presens angelo, angelus de novo cognoscit,
quod non facit aliquam immutationem in ipso
angelo, sed in re cognoscibili in qua est
aliquid quod prius non fuit, quod sic cum cognita
cognoscitur. Ad tertium dicendum quod applicatio
est intelligenda per modum quo deus ydeas
non sit ad res cognoscendas applicat, non sit
unum cognoscibile ad aliud, sed sic modus
cognoscendi ad cognitum, alias intellectus
valet, ut obiciebat. Ad quartum dicendum quod
angelus neque una specie cognoscit omnia
neque tot species habet quot sunt individua, ut
ex dictis patet. Ad quintum dicendum quod
illa una species efficitur ratio cognoscendi
quodlibet individuum secundum respe-
ctum ad ipsum, ut ex dictis patet.

iiii

Utrum notitia sit proprie accidens
quod notitia que ab augustino
dicitur proles mentis non sit in mente
sicut accidens in subiecto. Nullum enim accidens
excedit suum subiectum, sed notitia excedit
mentem, quia mens non solum se ipsam, sed et alia
per notitiam novit; ergo notitia non est accidens
mentis. Preterea nullum accidens est equale suo
subiecto, sed notitia est equalis menti. Alias
in notitia mente et amore non consisteret
imago trinitatis, quod augustinus ponit. Ergo
notitia non est accidens mentis. Preterea
hoc idem videtur ex verbis augustini in ix libro
de trinitate dicentis quod notitia et amor in
anima consistunt substantialiter vel ut ita dicam
essentialiter, non tamquam in subiecto, ut color
et figura in corpore. Sed contra notitia mentis

[vii] nichil aliud est quam scientia, sed scientia est accidens
cum sit in specie prime qualitatis, ergo et notitia.
Respondeo dicendum quod notitia quatuor modis accipitur.
Uno modo pro ipsa natura cogitativa, secundo pro
potentia cognitiva, tertio modo pro habitu cogno-
scitivo, quarto pro ipso cognitionis actu.
Et ex hoc nomen speciei sensus quandoque nominat
naturam sensitivam prout est principium quo dicitur aliquid
esse sensibile, quandoque vero nominat ipsam po-
tentiam, quandoque habitum, quandoque vero actum. Lo-
quendo ergo de notitia primo modo accepta
constat quod non est in subiecto mentis sicut acci-
[substantia] dens in subiecto, sed essentialiter et substantialiter. Sicut
dicitur quod rationale est de essentia hominis. Si vero ac-
cipitur pro potentia vel habitu vel actu,
sic dupliciter potest considerari, vel secundum quod comparatur
ad cognoscentem, et sic inest cognoscenti
sicut accidens in subiecto, et sic non excedit
subiectum, quia notitia numquam invenitur
esse alicuius nisi mentis, vel secundum quod comparatur
ad cognoscibile, et ex hac parte non habet
quod insit, sed quod ad aliquid sit. Illud vero
quod ad aliquid dicitur non habet rationem accidentis
ex hoc quod est ad aliquid, sed solum ex hoc quod
inest. Et inde est etiam quod sola relatio
secundum relationem sui generis [illegible]
in divinis. Nec tamen ubi est accidens et post
habet notitia secundum considerationem istam non est
in anima sicut in subiecto, et secundum hanc comparationem
excedit mentem inquantum alia a mente per
notitiam cognoscuntur. Secundum hanc etiam considerationem
ponitur trinitatis imago, quia et persone
divine distinguuntur secundum quod ad alterutrum
referuntur, et scientia habet est quedam qualitas non tamen
ad mentem inquantum extendit se ad omnia ad
que videtur se extendere necessario. Et per hoc patet solutio.

[v] Deinde queritur de fruitione ad obiecta
anime Christi in passione. Et videtur
quod illa fruitio pervenit usque
ad essentiam anime. Anima enim Christi perfecte fru-
ebatur, quia non esset perfecta fruitio si ad essentiam
anime non pervenit, sed consisteret tantum in una
potentia scilicet in superiori ratione, ergo procedebat
usque ad essentiam anime. Preterea anima Christi
perfectius fruebatur quam anime sanctorum in patria,
sed iste pertingunt usque ad essentiam anime,
ergo multo fortius in Christo. Contra. Nichil
fruitur nisi quod cognoscit, quia secundum Augustinum fruimur
cognitis in quibus propter se voluntas delectata
conquiescit, sed cognoscere non est essentiale anime
sed potentie, ergo fruitio ad essentiam anime non
procedebat. Respondeo dicendum quod fruitio in actu quodam
consistit quo deus videtur et amatur. Actus autem
non est nisi rei subsistentis. Unde proprie lo-
quendo neque potentia anime fruitur neque essentia
sed homo vel anima, que per se subsistens, sed tamen potentie
anime sunt principia operationum vite. Sicut
essentia anime est principium esse viventis. Et secundum hoc
oportet dicere quod superior ratio cuius obiectum est res
eterna qua fruendum est, est principium fruitionis quo
scilicet anima fruitur. Ad alias autem vires vel ad essentiam
fruitio pertinere vel pertingere non potest nisi per quandam
redundantiam, prout scilicet ex illa fruitione superioris ra-
tionis aliquis effectus in essentia anime vel in pote-
ntiis inferioribus relinquitur. Et aliquo modo perveniebat
fruitio ad essentiam anime Christi in passione, et aliquo
modo non. Si enim consideretur essentia anime prout actus
corporis est, sic fruitio ad eam non perveniebat. Alias
corpus glorificatum fuisset, similiter non ad essentiam
secundum quod est radix inferiorum virium, quia sic fruitionis
gaudium dolorem passionis qui erat in inferioribus
viribus totaliter evacuasset. Perveniebat autem
ad essentiam anime Christi secundum quod erat radix superio-
ris rationis. Et quia essentia anime est simplex, et tota
in qualibet sua potentia, ideo dicitur quod tota
fruebatur in Christo inquantum scilicet est radix superioris ra-
tionis, et tota patiebatur inquantum scilicet est actus
corporis et radix inferiorum virium. Ad primum ergo
dicendum quod non impeditur perfectio rei nisi per hoc
quod tollitur aliquid de essentia eius, gloria autem corporis
et inferiorum virium pertinet ad gaudium accidentale
beatitudinis. Et ideo quamvis in Christo fruitio non per-
venit ad essentiam anime secundum quod est actus corporis
et secundum quod est radix inferiorum virium, non tamen sequitur
quod fruitio fuit imperfecta in Christo sive beatitudo.
Ad secundum dicendum quod anima Christi perfectius fruebatur quam anime
sanctorum in patria loquendo intensive, non autem loquendo
extensive, quia in patria gaudium fruitionis ad
inferiores vires et etiam ad corporis glorificationem pervenit,
quod si in Christo non fuisset, viator non fuisset.

Deinde queritur de pluralitate in substantiis
spiritualibus increata. Et circa hoc queruntur duo.
Primo utrum immensitas divina excludat
pluralitatem personarum. Secundo utrum angelica simplicitas
patiatur compositionem ex subiecto et accidente.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod immensitas divina [vi]
excludat pluralitatem personarum. Omne enim
immensum cum sit indeterminatum stat in uno.
Sed quicquid est in divinis est immensum, ergo persona
in divinis stabit in uno. Ita quod non erunt ibi plures
persone. Si dicatur quod persone habent modo in uno
statu quod scilicet omnes sunt una essentia. Contra.
Sicut essentia est immensa ita et persona, sed imme-
nsitas essentie facit quod sit una essentia
tantum, ergo immensitas persone facit quod sit una
persona tantum. Si dicatur quod persona non est immensa nisi
immensitate essentie. Contra. Persona secundum modum
intelligendi addit aliquid super essentiam, sed quicquid
intelligitur in divinis intelligitur ut immensum,
ergo preter immensitatem essentie est in deo et
immensitas persone, que facit in divinis unam
tantum personam. Sed contra est quod dicitur in 1 Johannis 5,
tres sunt qui testimonium dant in celo, ergo divina
immensitas personarum pluralitatem sed compatitur.

Ad 2m dico quod immensitas non excludit pluralitatem
nisi secundum quod tollit determinacionem que est pluralitatis
principium. Sed ad dictum est sicut duplex est declaratio
scilicet limitationis et distinctionis. In divinis ad nullo modo
cadit determinatio limitationis. Cadit ad ubi determinatio
distinctionis. Et hoc dupliciter. Uno modo sicut quod distinguit per
essenciam ab omnibus creaturis ut illimitatio a limitatis.
Alio modo sicut quod persona distinguitur a persona per relacionem
originis, quia quaedam distinctio non est personarum vel de
aliqua limitatione sed ratione oppositionis que est in relacione.
Unde hac distinctione immensitas divina non
excludit et per consequens nec pluralitatem personarum. Et per
hoc patet responsio ad primum. Ad secundum dico quod quamvis persona
sit immensa, tamen immensitas eius est essentiale non
personale cum persona est bona bonitate essentiali.
Unde non oportet quod immensitas faciat distinctionem
in personis sed solum in esse nature. Ad tercium dico
persona non dicit aliquid secundum intellectum addere
supra essenciam, quia intellectus debeat intelligere aliquid
additum essencie. Esset enim intellectus falsus, sed quod
intelligendo personam intelligit essenciam de necessitate.
Sed non econverso. Unde obiectio non procedit.

vii P

Deinde secundum sic proceditur. Videtur quod in angelis
non sit compositio accidentis et subiecti. Quia
esse accidentale causatur ab esse substantiali.
Ergo et compositio accidentalis a compositione substantiali. Sed
in angelis non est compositio substantialis, sed sunt spiritus sim-
plices, ut Dyonisius dicit. Ergo nec compositio accidentalis.
Preterea Boecius dicit in libro de Trinitate quod forma simplex subiectum
esse non potest. Sed angeli sunt forme simplices. Sed (?) ergo
quod non potest esse subiectum accidentis. Sed contra est
quod Augustinus substancias spirituales ponit differre a simplicitate
divina per hoc quod est in eis compositio accidentis et
subiecti. Respondeo dicendum secundum ex hoc est aliquid susceptivum
forme substantialis vel accidentalis quod aliquid habet
potencialitatis quod de ratione potentie est ut
actui substernatur quod forma dicitur. De angelis autem
diversi diversa senserunt. Quidam enim dicunt quod sunt
ex materia et forma compositi. Alii dicunt quod sit compositio
ex esse et quod est, ut Boecius dicit. Et utroque modo
oportet ponere potencionalitatem in angelo. De primo
enim modo patet (?) potentiam primam dicit. De secundo quia quod
non est suum esse oportet quod habeat esse receptum ab
alio, quod est sibi causa essendi, et ita in esse quidam
est in potentia respectu illius esse quod recipit ab alio.
Et hoc modo admittens potentionalitatem ponere oportet
in angelo quia angeli non est suum esse, hoc enim solius
dei est. Et ita relinquitur quod angeli possit esse subiectum
accidentalis forme. Ad primum ergo dicendum quod substancialis
simplicitas in angelis excludit compositionem materie et
forme, non ad compositionem ex esse et quod est, quam
supponimus (?) admittens accidentalis compositio in angelis
presupponit. Et tamen non oportet quod sicut esse accidentale
causatur a substantiali, quod compositio accidentalis a compositione
causetur quia substancia aliquo modo simplex
potest esse subiectum accidentis, ut dictum est. Ad
secundum dicendum quod Boecius loquitur de illa forma
simplici que est actus purus nichil po-
tencionalitatis admiscens, et talis est solus deus.

vii

viii Queritur de sacramento altaris.
Et circa hoc queruntur circa ipso utrum
corpus Christi secundum suam totam quantitatem
contineatur sub speciebus panis. Secundo utrum
in eodem instanti sit ibi panis et corpus Christi.
Tercio utrum deus possit facere quod albedo
et alie qualitates sint sic quantitate
dum fiat quod quantitas in sacramento altaris
est sine subiecto.

viii A

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non
possit totum corpus Christi sub illis
speciebus panis contineri. Non enim
potest etiam per miraculum fieri ut duo contradictoria
sint simul vera ut Augustinus dicit contra Faustum.
Sed aut sequeretur si totum corpus Christi esset sub
illis speciebus, si enim esset sub illis speciebus
totum non est maius illis speciebus, cum non
excedat eas. Sed secundum veritatem est
maius cum sit longitudo vel amplius, et
sic esset eodem maius et non maius. Ergo non
potest etiam per miraculum fieri quod sub illis speciebus
contineatur totum. Secundo contra ubicumque est
pars alicuius corporis est et totum corpus, nisi
corpus sit divisum. Sed corpus Christi non est divisum
cum sit impassibile. Ergo nec aliquid corporis
Christi sit sub illis speciebus, ut dicitur Matthei xxvi.
Hoc est corpus meum. Oportet quod sub illis
speciebus totum corpus Christi contineatur. Respondeo dicendum
quod sub illis speciebus absque dubio continetur
totum corpus Christi et tota quantitas eius. Ad cuius
evidenciam sciendum est quod in sacramento altaris
dupliciter aliquid continetur. Uno modo ex vi sacramenti.
Alio modo ex naturali concomitancia ubi contra
sub specie panis continetur et corpus et sanguinis
Christi. Sed corpus ex vi sacramenti, sanguis ex con-
comitancia naturali quia corpus Christi non est sine
sanguine sub speciebus aut vini est econverso.
Illud ad continetur sub sacramento ex vi sacramenti
quod est transsubstantiationis terminus, et propter hoc
anima et divinitas non continentur in sacramento
ex vi sacramenti, cum panis et vinum in ea
non convertantur. Sed ex naturali concomitancia quia
anima inseparabiliter unitur illi corpori et
divinitas unitati. Tunc ad ex parte panis
substancia transeat et quantitas maneat. Cum
relinquitur accidentibus patet quod directe trans-
substanciationis terminus est substancia corporis Christi,
et sic ipsa substancia corporis Christi est ibi ex vi
sacramenti. Sed quantitas ex naturali concomitancia.
Unde patet quod substancia corporis Christi immediate
est ordine ad dimensiones panis remanen-
tes. Quantitas aut corporis Christi quasi ex con-
sequenti. Econverso ad est in ordine locati
corporis quia substancia locati ordinatur ad
ad locum quod substancia locati continetur
locum mediantibus dimensionibus locati.
Non aut oportet dimensiones corporis Christi
commensurari dimensionibus specierum. Et ideo
corporis. Et inde est quod oportet dimensiones
locati commensurari dimensionibus.

vii

sub quantalibet parvis dimensionibus panis potest esse totum corpus Christi, sicut tota anima sub toto aliquo corporis salvatur in qualibet parte illius corporis. Ad primum ergo dicendum quod non sequitur ex hoc corpus Christi non esse maius illis speciebus quae continentur sub eis, quia non continetur quantitative quia commensuratum, unde non sequitur contradictoria scilicet esse vera.

ix

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod in eodem instanti sub speciebus illis sit substantia panis et corpus Christi. Accipiatur enim ultimum instans in quo est panis et primum instans in quo est corpus Christi. Aut ergo sunt duo instantia aut unum, sed non duo, quia inter quaelibet duo instantia sit tempus medium, esset aliquod tempus dare in quo non est ibi neque corpus Christi neque substantia panis. Ergo oportet quod sit unum instans, et sic in eodem instanti ibi est panis et corpus Christi. Si dicatur quod non sit dare ultimum instans in quo est panis, contra: esse panis mensuratur quodam tempore, sed mensura ipsa adaequatur mensurato, ergo in quolibet instanti illius temporis est ibi panis et in ultimo instanti. Praeterea, sicut se habet tempus ad motum continuum, ita se habet instans ad mutationem instantaneam, sed tempus includit utrosque terminos transsubstantiationis, quae est mutatio instantanea motus continui, ergo et unum instans includit utrumque terminum transsubstantiationis, quae est mutatio instantanea, cuius autem termini sunt panis et corpus Christi, ergo in eodem instanti ibi est panis et corpus Christi. Praeterea, in qualibet mutatione instantanea simul verum est dicere quod fit et factum est, quia in instanti non est accipere prius et posterius. Cum ergo transsubstantiatio sit mutatio instantanea, simul verum est dicere quod ibi fit corpus Christi et factum est. Sed corpus Christi est de rebus permanentibus, in quibus quod fit non est quod factum est, ergo corpus Christi simul est et non est. Sed cum non est ibi corpus Christi, est ibi substantia panis, ergo simul in eodem instanti est ibi corpus Christi et substantia panis. Sed contra, duae formae substantiales disparatae non possunt in eodem instanti eidem inesse, sed forma panis et corporis Christi sunt huiusmodi, sicut huiusmodi, ergo non possunt simul eidem inesse et in eodem instanti. Respondeo dicendum quod nullo modo in eodem instanti est ibi corpus Christi et substantia panis, neque est assignare ultimum instans in quo est ibi panis, sed bene ultimum tempus quod continuatur ad instans illud in quo primo est ibi corpus Christi. Ad cuius evidentiam sciendum est quod in rebus naturalibus mutationes instantaneae sunt termini motus, et huius ratio est quia huiusmodi mutationes sunt pro terminis formam et privationem, sicut generatio ignis ignem et non ignem. Inter formam autem et privationem non potest esse aliquod medium nisi per accidens, inquantum scilicet illud quod privatur forma magis et minus appropinquat ad formam ratione alicuius dispositionis ad formam quae intenditur et remittitur per motum continuum, et ideo oportet quod ipse motus alterationis qui terminatur ad generationem et sit alteratio habens duos terminos, unum secundum quem scilicet ultimam dispositionem quae est necessaria ad formam, quia alteratio est motus in qualitate, et aliud alterius generis scilicet formam substantialem, et eodem modo illuminatio est terminus motus localis solis, quae est mutatio instantanea media cum non sit inter formam lucis et privationem eius scilicet tenebras. Cuiuslibet autem motus qui mensuratur aliquo tempore oportet quod ultimus terminus sit in ultimo instanti temporis. Unde cum forma substantialis sit quidam terminus alterationis, oportet quod in ultimo instanti illius temporis introducatur forma substantialis. Corruptio autem et generatio simul concurrunt, cum generatio unius est corruptio alterius. Oportet ergo quod in ultimo instanti illius temporis sit terminus corruptionis unius ut aeris et terminus generationis alterius ut ignis. Terminus autem corruptionis est non esse, ergo oportet quod in ultimo instanti illius temporis sit primo non aer et primo ignis. Sed ante ultimum instans alicuius temporis non potest accipi penultimum, cum inter quaelibet duo instantia est tempus medium secundum philosophum, et sic non est accipere ultimum instans in quo sit aer, sed in toto tempore mensurante motum alterationis est aer, sed in ultimo instanti est primo non aer et primo ignis. Et similiter transsubstantiatio est terminus cuiusdam motus qui consistit in prolatione verborum. Unde in ultimo instanti temporis mensurantis illam prolationem est primo non panis et primo corpus Christi, et sic non est dare ultimum instans in quo est panis, sed ultimum tempus in quo est panis. Inter tempus autem et instans non oportet quod aliquid medium cadat, sicut nec inter lineam et punctum, et sic non oportet quod aliquid nec sit panis nec sit corpus Christi. Et ita patet solutio ad primum. Ad secundum dicendum quod puncto addito vel subtracto lineae non facit maius vel minus, et similiter est de instanti, nec facit maius vel subtracto ab eo. Unde concedimus in apposito tempori vel subtracto ab eo ultimo instanti temporis mensurantis esse panis non sit panis, tamen non sequitur quod tempus id sit panis maius quam duratio esse panis, et quod mensura non adaequetur mensurato. Ad tertium dicendum quod instans dicitur mensurare mutationem aliquam instantaneam inquantum mensurat terminum eius ad quem, quia terminus eius a quo coniungitur in toto tempore mensurante motum praecedentem, et ita mensuratur tempore mensurante motum praecedentem, sed tempus mensurat motum vel utrumque terminum praecedente, et ideo non est simile. Ad quartum dicendum quod fieri dupliciter dicitur: uno modo moveri ad esse, et sic id quod generatur dicitur fieri in toto tempore alterationis praecedentis, et sic non loquitur philosophus de fieri in vi physicorum, ubi dicit quod omne factum esse praecedit fieri et omne fieri praecedit factum esse, et sic non est verum quod cum aliquid fiat factum sit, sed sic est verum quod id quod fit non est. Alio modo dicitur fieri terminus motus, in introductione formae, et sic fieri non est moveri sed terminus motus. Unde sic fit sicut motus terminatur, et ita simul aliquid fit et factum est, sed hoc modo id quod fit est, quia terminus factionis est esse, in quo ponitur esse illud quod dicitur hoc modo fieri;

x Ad tertium sic proceditur. Videtur quod deus non possit facere quod albedo aut aliqua qualitas corporalis sit sine quantitate. Quia qualitas est propria dispositio corporis que immediate adheret substantie ut dicit Boecius et commentator super predicamenta. Sed primum in quolibet genere est causa eorum que sunt posterius ut dicitur ii metaphisice. Ergo a quantitate causantur omnia accidentia alia que sunt dispositiones corporales. Ergo remota quantitate nulla qualitas corporalis remanebit. Preterea qualitas spiritualis ut scientia vel virtus est nobilior quam qualitas corporalis. Sed qualitas spiritualis ex natura non posset esse absque subiecto ut videtur. Ergo multo minus qualitas corporalis posset esse sine subiecto ad minus quod est quantitas. Sed. Preterea magis est remotum a natura qualitatis corporalis quod sit omnino sine subiecto quam quod sit in subiecto spirituali. Quia esse sine subiecto spirituali est qualitatis spiritualis que est in predicatione eodem cum qualitate corporali. Sed esse omnino sine subiecto est substantie que est aliquid predicatum. Sed non posset miraculose fieri quod qualitas corporalis esset in subiecto spirituali ut albedo in angelo. Ergo multo minus fieri potest quod qualitas corporalis non habeat subiectum ad minus quantitatem. Preterea magis dependet qualitas a substantia quam econverso. Sed deus non posset facere aliquam substantiam creatam absque omni accidente quia ad minus oportet quod tantum insit relatio ad suum creatorem. Ergo multo minus potest fieri quod qualitas sit absque omni subiecto. Sed contra hoc potest fieri quod in sacramento altaris quantitas sit sine substantia. Sed sicut quantitas per essentiam a substantia differt, sic et qualitas differt per essentiam a quantitate. Ergo eadem ratione fieri posset ut qualitas esset sine quantitate. Respondeo dicendum quod divine potentie ratione sue infinitatis attribuendum est quicquid in deffectum non sonat, nec aliquid sit quod natura creata non patitur ut fiat propter aliquam repugnantiam quam importat contradictionis implicite. Et de talibus consueuit a quibusdam dici quod deus potest ea facere quamuis ipsa sit non possunt. Ut ergo videamus utrum fieri possit a deo quod albedo sit sine quantitate, oportet quod in albedine et in qualibet alia qualitate quod in albedine et in qualibet alia qualitate corporali duo considerare, scilicet ipsam naturam albedinis per quam speciem sortitur, et indiuiduationem eius, secundum quam hec albedo sensibilis ab alia albedine sensibili distincta. Posset ergo fieri diuino miraculo ut natura albedinis subsisteret absque omni quantitate, tamen illa albedo non esset sicut hec albedo sensibilis, sed esset quedam forma intelligibilis ad modum formarum separatarum quas plato posuit. Sed quod hec albedo sensibilis indiuiduata esset sine quantitate fieri non possit. Quamuis fieri possit quod quantitas in non possit. Quamuis fieri possit quod quantitas indiuiduata sit sine substantia. Quia quantitas indiuiduatur non solum ex subiecto sicut alia accidentia, sed etiam ex situ, qui est de ratione quantitatis dimensiue. Et ideo possibile est quantitatem potentia esse in materia duas lineas separatas eiusdem speciei numero diuisas, secundum diuisionem situs. Alba linea non esset diuisibilis ex ipsa ratione sui generis.

Non enim diuiditur linea nisi in lineas. Plures autem albedines eiusdem speciei sine subiecto imaginari est impossibile. Et sic patet quod albedo non indiuiduatur nisi ex subiecto. Et propter hoc non possent esse indiuidua nisi essent in aliquo subiecto, ad minus in quantitate. Sed quantitas habet unde indiuiduetur etiam absque subiecto. Et ideo per miraculum potest esse hec quantitas sine subiecto sicut potest in corpore Christi. Ad primum ergo dicendum est quod albedo si sine quantitate esset, iam non esset corporalis qualitas sed spiritualis ut ex dictis patet. Ad secundum dicendum quod de qualitate spirituali omnino idem dicendum videtur quod de qualitate corporali est dictum. Ad tertium dicendum quod cum substantia spiritualis quantitate careat non potest fieri quod qualitas corporalis sit in substantia spirituali nisi per illum modum quo potest esse sine quantitate ut dictum est. Ad quartum dicendum quod ex hoc ipso quod substantia creata comparatur ad deum consequitur ipsam aliquod accidens, scilicet ipsa relatio creationis vel seruitutis, et alia similis relatio. Unde sicut deus non potest facere quod creatura non dependeat ab ipso, ita non posset facere quod esset absque quodam accidente huiusmodi. Sed non hoc subtrahitur ex hoc quod comparatur ad deum. Et ideo nichil prohibet quin deus facere possit aliquod accidens sine subiecto. Ad quintum quod obiicitur contra patet quod non est eadem ratio de quantitate et qualitate ut ex dictis patet.

Deinde queritur de corporibus dampnatorum. Et circa hoc queruntur tria. Primo utrum corpora dampnatorum sint incorruptibilia vel corruptibilia. Secundo utrum resurgent cum suis deformitatibus. Tertio utrum puniantur in inferno verme et fletu corporali.

XI Ad primum sic proceditur. Videtur quod corpora dampnatorum non erunt incorruptibilia. Corpus enim non potest esse incorruptibile nisi vel per naturam ut corpora celestia, vel per gratiam innocentie ut corpus hominis in resurrectione primo statu, vel per gloriam ut corpora sanctorum in resurrectione. Sed nullum istorum competit corporibus dampnatorum. Ergo corpora dampnatorum non erunt incorruptibilia. Preterea ex defectu diuine iustitie contra culpe non debetur pena perpetua nisi secundum quod habet aliquid perpetuitatis. Sed perpetuitas culpe non est corporis ex parte, sed ex parte voluntatis que elegit in peccato perpetuo remanere. Ergo diuina iustitia non requirit quod corpus eternaliter puniatur. Preterea corpus non punitur pro peccato anime nisi inquantum est organum anime operantis peccatum. Sed in aliquibus actibus anime non potest esse peccatum mortale in quibus corpus non communicat sicut patet in peccatis spiritualibus. Ergo si aliquis pro eis solum dampnetur, corpori eius non debetur pena perpetua. Sed dicitur quod erunt incorruptibilia

Sicut aliquis damnatur propter peccatum transgressionis ita damnatur propter peccatum omissionis. Sed in omissione nichil cooperatur corpus. ergo non debet pena perpetua. Si propter peccatum omissionis aliquis dampnaretur. ergo divina iusticia non requirit corpora dampnatorum esse incorruptibilia. Sed contra remota causa removetur et effectus. Sed post resurrectionem cessabit motus celi qui est causa corruptionis in corporibus. ergo cessabit corruptio. et sic corpora dampnatorum erunt incorruptibilia. Respondeo dicendum quod corpora dampnatorum erunt incorruptibilia. quamvis sint passibilia. Incorruptionis autem corporum prima causa et principalis est divina iusticia. que conservabit corpora dampnatorum in perpetuis penis. Sed causa secundaria est quasi concomitans. erit quietatio motus celi. Qua cessante nulla actio vel passio poterit esse in corporibus pertinens ad transmutationem nature. Unde et corpora dampnatorum non patientur ab igne passione nature. qua natura corporis ignem transmutetur a natura sua. Sed patientur passione anime sicut organum sensus a sensibili suscipiendo similitudinem qualitatis sensibilis. Ad primum ergo dicendum quod ratio illa procedit ex insufficienti divisione. Est enim alia causa incorruptionis. a tribus que tanguntur in obiectione. scilicet decretum divine iusticie. Quamvis possit dici aliquo modo quod etiam per naturam erunt incorruptibilia inquantum scilicet removetur naturale corruptionis principium scilicet motus celi. Ad secundum dicendum quod peccati et rationem culpe. et perpetuitatem habet ex anima non autem ex corpore. Unde sic corpora puniuntur pro peccato inquantum est instrumentum peccati rationem culpe habentis vel consequentis ab anima. Ita perpetuo puniri debet inquantum est instrumentum peccati quod habet perpetuitatem ex voluntate. Ad tercium dicendum quod licet non est ratio principalis. quare puniatur corpus pro peccato anime. quia est instrumentum anime operantis peccatum. Sed magis quia est pars eius. Est enim loquendo communiter homo qui operatur. Ipse enim est homo qui peccat per animam. Et ideo si puniretur anima tantum non puniretur qui peccat. scilicet homo. Licet tamen est verum quod aliquis actus sit homini in vita presenti in quo corpus non quiescit. quia quamvis in actibus intellective partis non quiescit corpus sicut instrumento actus quietat tamen sicut representans obiectum. Circa obiectum intellectus est fantasma. sicut color visus. ut dicitur in .iij. de anima. fantasma autem non est sine organo corporali. Sicut patet quod etiam intelligendo. et in aliis actibus anime utimur corpore. Ad quartum dicendum quod pro peccato omissionis non dampnatur aliquis quia aliquid agatur. Sed quia omittitur illud quod est debitum. erat autem debitum fieri. et ab anima et a corpore inquantum corpus quietat actibus anime. Et ita eodem modo peccatum transgressionis et omissionis pertinet ad corpus et animam.

vij

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod corpora dampnatorum sine deformitatibus resurgent. Resurrectio enim fit divina virtute que perfectissima est. Sed virtutis perfecte est perfecta operatio et effectus perfectionibus. ergo corpora resurgentium erunt perfecta. et ita corpora dampnatorum resurgent sine deformitatibus. Sed contra. Sapientie xi. dicitur per que peccat quis per hec torquetur. Sed dampnati peccaverunt per corpora deformitate culpe. ergo resurgent eorum corpora cum deformitatibus. Respondeo dicendum quod deformitas in corpore potest esse duobus modis. Uno modo ex defectu alicuius membri. et talis deformitas ut quidam dicunt in corporibus dampnatorum non erit. quia omnes resurgent incorrupti. id est sine defectu alicuius membri. ut sic totum corpus puniatur in reprobis. et premietur in electis. Alio modo potest esse deformitas vel defectus corporis ex indebita proportione partium. sicut febris accidit ex indebita proportione humorum. Et sic gibbus accidit ex superabundantia carnis in aliqua parte. et de tali deformitate vel defectu est duplex opinio. Quidam enim attendentes dampnationem reproborum. ut nichil eis mali deesset. dixerunt quod talibus deformitatibus non carebunt. Alii attendentes virtutem resuscitantis. que sicut naturam condidit in opere creationis. ita naturam in resurrectione reparabit. Dicunt quod omnis defectus qui ex vicio nature accidunt auctor nature removebit. ut febrem et huiusmodi. Sed defectus qui ex prava voluntate processerunt in reprobis remanebunt sicut sunt macule et naturis peccatorum. Quando autem horum verius sit Augustinus in Enchiridion sub dubio relinquit dicens. Quidam nulla debet esse questio de pulcritudine illorum. quorum certa damnatio sempiterna [illegible] visus facile patet solucio ad obiecta

xiij

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod corpora dampnatorum puniantur vermibus et fletu corporali. Iudith ultimo dicitur dabit ignem et vermes in carnes eorum. Sed vermis non datur in carne. Sed magis in anima spiritualis non datur in carne. Sed magis in anima. Et quod reprobi punientur non est tamen spiritualis. Sed corporalis. Item Luce xiij dicitur quedam glosa. quidam per fletum quem dominus reprobis comminatur potest probari vera corporum resurrectio quod non esset si fletus ille esset tamen spiritualis ergo etc. Sed contra est quod vermis quo punientur reprobi est immortalis. Ysa. ultimo. Vermis eorum non morietur. Sed nullum animal habet ordinem ad immortalitatem nisi homo. ergo vermis ille non erit mortalis. Preterea fletus corporalis sit quedam resolucio lacrimarum. Sed omne corpus finitum in quo aliquid resolvitur nisi fiat aliqua restauratio tandem totum consumitur. Cum ergo in corporibus dampnatorum nulla restauratio fiat deperditi. videtur quod fletus qui erit in eis perpetuus non erit naturalis. Respondeo dicendum quod circa hoc Augustinus libro xx. de civitate dei ponit diversas opiniones sic dicens. In pena

malorum et inextinguibilis ignis et vivacissi-
vermis, ab aliis atque aliis aliter atque aliter expo-
situs est. Alii ipsum utrumque ad animam retulerunt
alii utrumque ad corpus. Alii ad corpus ignem, ad animam
tropice vermem, quod esse credibilius videtur. Unde
Augustinum sequentes dicunt quod vermis ille erit spiritualis
ut ipse remorsus conscientie interius animam corrodens
vermis dicatur. Et similiter fletus erit spiritualis
ut ipse dolor fletus dicatur. Alio modo tamen posset dici
etiam corporalis fletus, etiam sine lacrimarum emi-
ssione, ut fletus dicatur non solum anime dolor sed
dispositio, qua corpus disponitur anima dolente. Ad
primum ergo dicendum quod locutio illa tropica est et sic possunt
per catenas exponi animas impiorum que carnales
fuerunt. Ad secundum dicendum quod fletus carnalis non
quidem sine lacrimarum emissione sufficit ad veritatem
resurrectionis insinuandam, sed tamen sustinetur, quod
vermis et fletus essent corporales posset dici quod
divina virtute et vermis ille sustentaretur et la-
crimarum fluxus restauraretur.

Deinde queritur de sensibus sacre
scripture. Et circa hoc queruntur tria.
Primo utrum preter sensum litteralem in verbis
sacre scripture alii sensus lateant. Secundo de numero
sensuum sacre scripture. Tertio utrum isti sensus
inveniantur in aliis scripturis.

xiii Ad primum sic proceditur. Videtur quod in eisdem
verbis sacre scripture non lateant plures
sensus. Quia ut dicitur in ... duobus, sed supra non
est utendi equivoce vel multipliciter. Sed pluritas
sensuum facit multiplicitatem locutionum, ergo in
eadem locutione sacre scripture non possunt plures
sensus latere. Preterea sacra scriptura ordinata est
ad intellectum secundum primum. Declarationem sermonum
nostrorum dat intellectum. Sed multiplicitas sensuum
obnubilat intellectum, ergo non debent in sacra scriptura
multi sensus esse. Preterea illud quod potest esse occasio
erroris debet in sacra scriptura vitari. Sed ponere
alios sensus preter litterales in sacra scriptura potest
esse occasio erroris, quia tunc quilibet posset exponere
sacram scripturam secundum quod ipse vellet ad confirmationem
sue opinionis, ergo non debent esse plures sensus
in sacra scriptura. Preterea Augustinus non sed Boetius dicit
ad litteram de ... minor est sacre scripture auctoritas
quam omnis humani ingenii perspicacitas. Ergo ille
sensus qui non habet auctoritatem ad aliquid confirmandum
non est conveniens sensus sacre scripture. Sed nullus sensus
preter litteralem habet robur ad aliquid confirmandum
ut patet per Dyonisium in epistola ad Titum, dicit
enim quod symbolica theologia, id est que ex sen-
sibilibus procedit, non est argumentativa. Ergo
sacra scriptura alios sensus preter litteralem non habet.
Preterea quicumque sensus ex verbis alicuius scripture trahitur
quem auctor non intendit non est sensus
proprius. Sed auctor per unam scripturam non potest intelle-
ctus multos, nisi unum, quia non convenit simul plura intelligere
secundum philosophum, ergo non possunt esse plures sensus proprii
sacre scripture. Sed contra est quod dicitur Danielis
xii: plurimi pertransibunt et multiplex erit scientia.

vii Preterea Ieronimus dicit in prologo Biblie loquens
de Apocalipsi: In verbis singulis multiplices
latent intelligentie. Respondeo dicendum quod sacra scriptura
divinitus est ordinata, ut per eam nobis veritas
manifestetur necessaria ad salutem. Manifestatio
autem vel expressio alicuius veritatis potest fieri de aliquo
rebus et verbis, inquantum scilicet verba significant
res, et una res potest esse signum alterius. Auctor
autem rerum non solum potest verba accommodare ad
aliquid significandum, sed etiam res potest disponere
in signum alterius, et secundum hoc in sacra scriptura
manifestatur duplex veritas duplex. Uno modo secundum quod
res significantur per verba, et in hoc consistit sensus
litteralis. Alio modo secundum quod res sunt figura
aliarum rerum, et in hoc consistit sensus spiritualis,
et sic sacre scripture plures sensus competunt.
Ad primum ergo dicendum quod varietas sensuum quorum
unus ab alio non procedit facit multiplicitatem
locutionis, sed sensus spiritualis semper fundatur super
litteralem et procedit ex eo. Unde ex hoc quod
sacra scriptura exponitur litteraliter et spiritualiter
non est in ipsa aliqua multiplicitas. Ad
secundum dicendum secundum quod Augustinus dicit in libro de doctrina
christiana: Utiliter est a deo dispositum, ut veritas
in sacra scriptura ad aliquam difficultatem mani-
festetur. Est enim hoc utile ad tollendum fasti-
dium, contra ad ea que sunt difficilia maior
consurgit attentio, que tedium tollit. Similiter
ex hoc tollitur superbie occasio, dum homo
difficulter veritatem sacre scripture capere potest.
Similiter per hoc veritas fidei ab irrisione
infidelium defenditur. Unde dominus ait: Nolite
mittere sanctum dare canibus. Et Dyonisius
Thimotheum monebat ut sancta ab immundis
incontaminata servaret. Et ita patet quod
expedit veritatem fidei sub diversis sensibus
in sacra scriptura tradi. Ad tertium dicendum quod
sicut dicit Augustinus in libro de doctrina christiana, nichil est
quod occulte in aliquo loco sacre scripture tradatur
quod non alibi manifeste exponatur. Unde
spiritualis expositio semper debet habere fundamentum
in litterali expositione sacre scripture, et ita vitatur
omnis erroris occasio. Ad quartum dicendum quod non est
propter defectum auctoritatis quod ex sensu spirituali non
potest trahi efficax argumentum, sed ex ipsa
natura similitudinis, in qua fundatur spiritualis sensus.
Una enim res pluribus similis esse potest. Unde
non potest ab ista re, quam in sacra scriptura
ponitur, procedi ad aliquam illarum de-
terminate, quia est fallacia consequentis. Ubi gratia
leo propter aliquam similitudinem significat Christum et
dyabolum. Unde per hoc quod aliquid de leone
dicitur in sacra scriptura, ad nostrum potest si-
gnificari in sacra scriptura arguendo. Ad
quintum in sacra scriptura dicendum quod auctor principalis sacre
scripture est spiritus sanctus, qui in uno verbo
scripture intellexit multo plura, quam per
expositores sacre scripture exponantur vel discernantur.

vm

Nec est etiam inconveniens quod ille qui fuit
instrumentalis causa sacre scripture in uno verbo plura
intelligat. Sicut prophete ut Ieronimus dicit super Osee
ita loquebantur de factis presentibus quod etiam
intenderent futura significare. Unde non est
impossibile plura simul intelligere in quantum
unum est signum alterius XV

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non
debeant distingui quatuor sensus sacre
scripture scilicet historialis vel litteralis
allegoricus moralis et anagogicus. Sicut enim
in sacra scriptura aliquid figuraliter dicitur de Christo
ita et figuraliter aliquid dicitur de membris aliis
sicut dicitur Danielis viii per hircum caprarum
significatur rex grecorum. Sed quedam figuraliter
locutiones non faciunt aliquem sensum preter
litteralem, ergo nec sensus allegoricus per quem
exponuntur de Christo ea que in figura eius
precesserunt debet aliquis alius sensus ab histo-
riali poni. Praeterea una est substantia capitis et
membrorum. Sed sensus allegoricus videtur per-
tinere ad caput ecclesie scilicet Christum. Sensus autem
moralis videtur pertinere ad membra eius scilicet
fideles. Ergo sensus moralis non debet ab
allegorico distingui. Praeterea moralis sensus
est qui ad mores instruendos pertinet. Sed sacra
scriptura in pluribus locis secundum litteralem sensum
mores instruit. Ergo moralis sensus non debet
distingui a litterali. Praeterea sicut Christus est caput
ecclesie militantis ita est caput triumphantis
nec est alius et alius Christus, ergo nec sensus ana-
gogicus, per quem aliqua exponuntur de ecclesia trium-
phante, debet esse alius ab allegorico, quo
aliqua exponuntur de Christo et ecclesia militante.
Praeterea si isti quatuor sensus essent de necessitate sacre
scripture, quelibet pars sacre scripture deberet hos quatuor
sensus habere. Sed hoc est falsum. Ut enim Augustinus dicit super
Genesim ad litteram: In quibusdam solus sensus litteralis
querendus est, ergo hii quatuor sensus non sunt
de necessitate expositionis sacre scripture. Sed contra
est quod Augustinus dicit in principio super Genesim ad litteram:
In omnibus libris sanctis oportet intueri que ibi
eterna intimentur, que ibi facta narrentur, que fu-
tura prenuntientur, et que agenda precipiantur.
Primum autem pertinet ad sensum anagogicum, secundum ad
historicum, tercium ad allegoricum, quartum ad mo-
ralem. Ergo quatuor sunt sensus sacre scripture. Praeterea
Beda super Genesim in principio dicit: Quatuor sunt
sensus sacre scripture. Historia que res gestas
loquitur. Allegoria in qua aliud ex alio
intelligitur. Tropologia id est moralis locutio in qua
de moribus ordinandis tractatur. Anagogia
per quam de summis et celestibus tractatum ad

superiora deducitur. Responsio. Dicendum quod causa distinctionis
istorum quatuor sensuum sic videtur accipi debere. Sicut enim
dictum est sacra scriptura veritatem quam tradit dupliciter
manifestat: scilicet per verba et per rerum figuras. Manifestatio
autem que est per verba facit sensum historicum sive
litteralem. Unde totum ad sensum litteralem pertinet
quod ex ipsa verborum significatione recte accipitur. Sed sensus
spiritualis ut dictum est accipitur vel consistit in hoc quod quedam
res per figuram aliarum exprimuntur. Quia visibilia
solent esse figure invisibilium ut Dionysius dicit.
Inde est quod sensus iste qui ex figuris accipitur spiritualis
vocatur. Veritas autem quam sacra scriptura per figuras
rerum tradidit ad duo ordinatur: scilicet ad recte cre-
dendum et recte operandum. Si ad recte operandum sic
est sensus moralis, qui alio nomine tropologicus
dicitur. Si autem ad recte credendum, oportet distinguere
secundum ordinem credibilium. Ut enim Dionysius dicit
in iiii c. ecclesiastice ierarchie, status ecclesie militantis me-
dius est inter statum synagoge et statum ecclesie tri-
umphantis. Vetus igitur testamentum figura fuit novi.
Vetus simul et novum figura sunt celestium. Sensus
ergo spiritualis simpliciter ordinatus est ad recte credendum
quo fundari in illo modo figurationis quo novum
est et vetus figura ecclesie triumphantis. Et sic
est sensus anagogicus. Ad primum ergo dicendum quod
Hiram et alia huiusmodi per que alie persone
a Christo in scripturis designantur non fuerunt
res alique sed similitudines imaginarie ad hoc
solum conficte ut ille persone significarentur
unde illa significatio qua per illas similitudines
persone ille a ratione significantur non pertinet
nisi ad historicum sensum. Sed ad Christum designandum
est illa que in veritate contingit ordinata
sicut umbra ad veritatem. Et ideo talis significatio
qua per huiusmodi res Christus vel eius membra si-
gnificantur facit alium sensum preter historicum
scilicet allegoricum. Si aliquando vero inveniatur
quod Christus significetur per huiusmodi imaginarias si-
militudines talis significatio non excedit sensum
litteralem, sicut Christus significatur per lapidem qui est ex-
cisus de monte de monte sine manibus, Danielis
ii. Ad secundum dicendum quod sensus allegoricus non
pertinet ad Christum solum ratione capitis, sed etiam
ratione membrorum. Dicitur enim quod per xii lapides electos
de Iordane ut dicitur Iosue iiii significantur xii
apostoli. Sed moralis sensus pertinet ad membra
Christi quantum ad proprios eorum actus et non secundum
quod considerantur ut membra. Ad tertium dicendum
quod moralis sensus non dicitur omnis sensus per quem
mores instruuntur, sed per quem morum instructio
sumitur ex similitudine aliquarum rerum gestarum.
Sic enim moralis sensus est pars sensus
spiritualis. Unde apparet quod nunquam est idem

sensus moralis et literalis. Ad quartum dicendum
quod sicut sensus allegoricus pertinet ad Christum secundum
quod est caput ecclesiae militantis, iustificans
eam et gratiam infundens, ita et sensus ana-
gogicus pertinet ad eum secundum quod est caput ecclesiae
triumphantis, glorificans eam. Ad quintum dicendum
quod quatuor isti sensus non attribuuntur sacrae scripturae
ita ut in qualibet eius parte sit istis quatuor
sensibus exponenda, sed quandoque istis quatuor,
quandoque tribus, quandoque duobus, quandoque uno tantum. In
sacra enim scriptura praecipue ex prioribus posteriora
significantur. Et ideo quandoque in sacra scriptura secundum
sensum literalem dicitur aliquid de priori quod potest
spiritualiter exponi de posteriori, sed non convertitur. Inter
omnia autem quae in sacra scriptura narrantur, pri-
ma sunt illa quae ad vetus testamentum pertinent. Et ideo
ad ea quae secundum literalem sensum ad facta veteris
testamenti spectant, possunt quatuor sensibus exponi.
Secunda vero sunt illa quae pertinent ad statum praesentis
ecclesiae, in quibus illa sunt priora quae ad caput
pertinent respectu eorum quae pertinent ad membra,
quia ipsum corpus verum Christi et ea quae in ipso gesta
sunt figura corporis Christi mystici et eorum quae in ipso
geruntur, scilicet ut in Christo exemplum vivendi sumere
debeamus. In Christo etiam futura gloria nobis prae-
monstrata est. Unde ea quae ad literam de ipso
capite Christo dicuntur possunt exponi et allegorice
referendo ad corpus eius mysticum, et moraliter
referendo ad actus nostros, qui secundum ipsum debent
reformari, anagogice in quantum in ipso Christo
est nobis iter gloriae demonstratum. Sed quando secundum
literalem sensum dicitur aliquid de ecclesia, non
potest exponi allegorice, nisi ea forte quae
dicuntur de primitiva ecclesia exponantur quantum
ad futurum statum ecclesiae praesentis; possunt tamen exponi
moraliter et anagogice. Ea vero quae moralia
dicuntur secundum sensum literalem non consueverunt nisi al-
legorice exponi. Illa vero quae secundum sensum literalem
pertinent ad statum ~~ecclesiae~~ gloriae, nullo alio sensu
consueverunt exponi, eo quod ipsa non sunt figura
aliorum, sed ab omnibus aliis figurata.

XVI Ad tertium sic proceditur. Videtur quod
in aliis scripturis praedicti sensus
distingui debeant. Sensus enim
spirituales in sacra scriptura accipiuntur ex quibus-
dam similitudinibus, sed in aliis scripturis proceditur
etiam ex similitudinibus. Ergo in scripturis aliarum quibusdam
scientiarum possunt sensus plures inveniri. Praeterea
poeticae artis est veritatem rerum quibusdam simi-
litudinibus fictis designare. Ergo videtur quod etiam
ex dictis poetarum sensus spirituales inveni-
antur. Ergo non solum in sacra scriptura

vii

Praeterea qui dicit unum quodammodo
multa dicit. Ergo videtur quod in aliis scripturis in uno
sensu possunt designari plura. Et sic non solum
sacra scriptura hos sensus spirituales habet.
Sed contra est quod dicit Gregorius xx° Moralium: sacra
scriptura omnes scientias atque doctrinas
ipso etiam locutionis suae more transcendit, quia
uno eodemque sermone dum narrat gestum prodit
mysterium. Respondeo dicendum quod spiritualis sensus
sacrae scripturae accipitur ex hoc quod res cursum
suum peragentes significant aliquid aliud, per quod
spiritualem sensum accipimus. Sic autem ordinantur
res in cursu suo, ut ex eis talis significatio
possit accipi, quod eius solius est qui sua pro-
videntia res gubernat, qui solus Deus est.
Sicut enim homo potest adhibere ad aliquid significandum
aliquas voces vel aliquas similitudines fictas,
ita et Deus adhibet ad significationem aliquorum
ipsum cursum rerum suae providentiae subiectarum.
Significare autem aliquid per verba vel per similitudines
fictas tantum ad significandum ordinatas non
facit nisi sensum literalem, ut ex dictis patet.
Unde in nulla scientia humana industria inventa
proprie loquendo potest inveniri nisi literalis sensus,
sed solum in ista scriptura, cuius spiritus sanctus est
auctor, homo vero instrumentum, secundum illud
Psalmi: lingua mea calamus scribae. Ad primum
ergo dicendum quod in aliis scientiis proceditur ex similitudinibus
arguendo, non autem quibus una res significata
significet etiam alia res. Ad secundum dicendum quod
similitudines poeticae non sunt ad aliud ordinatae
nisi ad significandum. Unde talis significatio
non supergreditur modum literalis sensus. Ad
tertium dicendum quod qui dicit unum quodammodo dicit sc. in potentia
multa, scilicet in potentia in principiis. Ex uno
enim principio mille conclusiones sequuntur. Non
quod in aliis scientiis per modum significationis [?] quod
de una re simul de aliis intelligatur ut
significatio, licet inde trahi possit per argumentationem.

Quaestio est de opere manuali. Circa
quod duo quaeruntur. Primo utrum
operari manibus sit in praecepto. Secundo
utrum ab hoc praecepto excusentur illi qui spiritualibus
operibus vacant.

XVII Ad primum sic proceditur. Videtur quod operari
manibus sit in praecepto. II ad Thessal.
III° dicitur: quod si quis non vult operari non
manducet. Audivimus enim etc. Glossa: quod ideo
praecipit quod audivimus etc. Praeterea Augustinus in libro
de opere monachorum dicit quod quilibet
contra praeceptum apostoli qui non habent habere proprietatem.
Praeterea nullus debet excommunicari, ut iura dicunt,
nisi pro mortali peccato; sed nullus peccat mortaliter
nisi contra praeceptum faciens. Cum ergo ille qui cessat

ab opere manuali pure possit excogitari. Ut patet per illud II ad Thessalonicenses III: Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et ne commisceamini cum illo, ut confundatur. Ex quo videtur quod operari manibus sit in praecepto. ¶ Praeterea, ille qui peccat tenetur poenam debitam pro peccato subire ex necessitate praecepti; sed omnes in Adam peccaverunt, ad Rom. V; poena autem peccati Adae est labor manualis, Gen. III: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ergo omnibus est praeceptum manibus laborare. ¶ Praeterea, ad Ephes. IV dicitur: Qui furabatur, iam non furetur; magis autem laboret operando manibus suis. Glossa: laboret operando, non solum per se, sed manibus suis. Illud autem quod ad omnes pertinet est praeceptum et non consilium. Ergo etc. ¶ Praeterea, labor manualis necessarius est ad sustentationem vitae corporalis, sicut actus virtutum sunt necessarii ad sustentationem vitae spiritualis. Sed actus virtutum sunt in praecepto. Ergo et laborare manibus. ¶ Praeterea, illud ad quod sequitur peccatum mortale non potest sine peccato mortali fieri. Sed non ad laborandum sequitur non manducare, quod quidem est peccatum mortale; II ad Thessal. III: Qui non operatur non manducet. Ergo non operari manibus est peccatum mortale; ergo eius oppositum est in praecepto. Sed contra, non est contrarium praecepto vel consilio. Praeceptum Dei est consilium Dei; sed Deus vel praecipiendo vel consulendo dicit Matth. VI: Nolite solliciti esse animae vestrae. Huic autem contrariatur labor manuum, quia qui laborat manibus sollicitatur de necessitatibus corporis. Ergo labor manuum non est in praecepto. ¶ Praeterea, lex vetus quantum ad praecepta moralia sufficienter continebat ea quae necessaria sunt ad salutem. Unde Dominus dicit Matth. XIX: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata; et loquitur de mandatis decalogi. Unde subdit: Non homicidium facies, Non furtum facies etc. Sed in praeceptis veteris legis nihil continetur de labore manuum. Ergo labor manuum non est in praecepto. ¶ Praeterea, ad praecepta quaedam omnes tenentur; sed ad laborem manuum non omnes tenentur. Alias qui sunt divites et manibus non laborant mortaliter peccarent. Ergo labor manuum non est in praecepto. ¶ Praeterea, ad praecepta non magis tenentur religiosi quam saeculares; sed ad laborandum manibus videntur magis teneri religiosi quam saeculares. Unde Augustinus in libro de opere monachorum monachos reprehendit qui non laborant manibus, non autem alios. Ergo etc. ¶ Praeterea, usus liberalium artium nobilior est quam mechanicarum, quae in opere manuali consistit. Sed usus liberalium artium non est in praecepto. Ergo multo minus labor manuum est in praecepto. ¶ Responsio. Dicendum quod in qualibet re est considerandum finis ad quem ordinatur. Labor autem manuum ad tria utilis esse videtur. Primo ad otium tollendum, unde Hieronymus ad Rusticum monachum: Facito aliquid operis, ut te diabolus inveniat occupatum. Et quod intelligat de opere manuali patet per

illud quod subiungit: Vel fiscellam texere iunco, et postea subdit: In desideriis est omnis otiosus. Secundo ad corpus domandum. Unde II ad Cor. VI Apostolus terminis maceratoribus coniungit, ubi dicit: In laboribus, scilicet operum, quia manibus suis operabatur, et subdit: In vigiliis et ieiuniis etc. Tertio ordinatur ad quaerendum victum et amictum, Act. XX: Ad ea quae mihi opus erant et his qui mecum erant ministraverunt manus meae. Si ergo consideretur labor manuum secundum quod ordinatur ad tollendum otium vel corpus domandum, sic idem iudicium est de labore manuum et de aliis exercitiis ad eadem ordinatis. Non enim est in praecepto quod tollatur otium tali vel tali occupatione, sed sufficit ad otium tollendum quacumque licita occupatione ab otio quis desistat. Et sic occupatio laboris manualis non est in praecepto considerato hoc fine. Et similis est ratio de labore manuum secundum quod ordinatur ad corpus domandum, et de aliis multis exercitiis corporis domandi, sicut sunt vigiliae, ieiunia et multa huiusmodi. Unde nullum eorum singulariter ordinatum ad talem finem est in praecepto in speciali; sed communiter in generali sit in praecepto corpus domare quocumque exercitio quo mortificetur concupiscentia. Secundum autem quod ordinatur ad victum et amictum quaerendum, sic videtur esse in praecepto. Unde dicitur I ad Thessal. IV: Operamini manibus vestris sicut praecepimus vobis. Nec solum est in praecepto iuris positivi, sed etiam iuris naturalis. Illa enim sunt de lege naturae ad quae homo ex suis naturalibus inclinatur. Sicut autem ex ipsa dispositione corporis patet quod homo naturalem ordinem habet ad opus manuale, propter quod dicitur Job V: Homo ad laborem nascitur et avis ad volandum. Quia cum aliis animalibus natura sufficienter providerit in his quae pertinent ad sustentationem suae vitae, in cibis et armis et tegumentis, homini in his non providit, quia ipse est praeditus ratione per quam sibi providet in omnibus supradictis. Unde dedit ei loco omnium praedictorum manus ad diversa opera convenientes, quibus conceptiones rationis diversis artificiis adaequantur, ut dicitur XIIII de animalibus. Considerandum tamen est quod duplex est praeceptum legis naturae. Quoddam quidem ordinatur ad tollendum defectum unius singularis personae, et hoc vel est spirituale, sicut de actibus virtutum, vel corporale, sicut praeceptum quod Dominus dedit homini Gen. II: De omni ligno quod est in paradiso comedes. Aliud vero est quod ordinatur ad tollendum defectum totius speciei, sicut hoc quod dicitur Gen. I: Crescite et multiplicamini et replete terram. Hoc enim est principium actus generationis, quo natura salvatur et multiplicatur. Hoc autem interest inter haec duo genera praeceptorum, quia primum praeceptum legis naturae quilibet tenetur singulariter observare; sed ad secundum praeceptum non tenetur quilibet singulariter. In hoc enim quod pertinet ad speciem, omnes homines computandi sunt quasi unus homo. Participatione enim speciei plures homines sunt unus homo, ut dicit Porphyrius. Sicut autem homo unus habet diversa membra quae occupantur in diversis officiis ordinatis ad tollendum

proprium defectum; quae non potest omnia per unum membrum
exerceri, sicut oculus videt toti corpori, et pes totum
corpus portat. Ita oportet esse in his quae ad totam
speciem pertinet. Non enim sufficit unus homo ad ex-
ercenda omnia quibus humana societas indiget;
et diversis officiis oportet occupari diversos, ut
dicitur ad Rom. xii: Sicut in uno corpore multa
membra habemus etc. Haec autem diversificatio hominum
in diversis officiis contingit, primo ex divina pro-
videntia, quae ita hominum status distribuit, ut
nihil unquam deesse inveniatur de necessariis
ad vitam; secundo ex causis naturalibus, ex quibus
contingit quod diversis hominibus insunt diversae incli-
nationes ad diversa officia, vel ad diversos
modos vivendi. Sicut ergo labore manuum
aliquis potest subvenire et proprio defectui et alieno,
tamen non possit idem homo in omnibus sibi sufficere,
sed indiget alieno auxilio. Patet igitur quod
praeceptum de labore manuum quodam modo sub duobus
naturae praeceptis praedictorum continetur. Inquantum enim
enim labore manuum unusquisque subvenit necessitatibus
aliorum, sic potest ad secundum genus naturalium praeceptorum
pertinere; inquantum autem aliquis per hoc suae necessitati
subveniat, pertinet ad primum genus, sicut praeceptum
de comedendo. Praeceptum autem quod ordinatur
ad tollendum defectum corporalem, non obligat
nisi defectu existente. Unde si esset aliquis qui
posset vivere sine cibo, non obligaretur prae-
cepto de comedendo. Sic ergo praeceptum de
labore manuum non obligat aliquem
simpliciter, secundum quod ordinatur ad tollendum
defectum quem aliquis modo; neque secundum quod ordi-
natur ad tollendum defectum proprium, nisi defectu
vij existente. Unde ille qui habet unde licite vivere possit
non tenetur manibus operari. Cui autem non est
unde aliter vivat, vel ut aliquo licito
negotio victum acquirat, tenetur manibus laborare.
Et hoc patet per Apostolum in tribus locis, ubi de
manuum operatione praeceptum dat. Primo ad Ephesios
iiii°, ubi prohibendo furtum iniungit operationem
manuum dicens: Qui furabatur iam non
furetur, magis autem laboret manibus suis.
Secundo i ad Thessal. iiii°, ubi praecipit
laborem manuum prohibens concupiscentiam
rerum alienarum: Operamini manibus
vestris, sicut praecepimus vobis, ut honeste ambuletis
ad eos qui foris sunt, et nullius aliquid desideretis.
Tertio ii ad Thessal. iii°, ubi praecipit
operationem manuum prohibens turpia negotia
quibus aliqui victum quaerebant: Audivimus
inter vos quosdam ambulare inquiete,
nihil operantes, sed curiose agentes. His
cui secunda cura sibi necessaria providet

vj

et subiungit: His autem qui huiusmodi sunt denuntiamus
et obsecramus in domino Iesu Christo ut cum silentio
operantes panem suum manducent. Faciendum autem est
quod, sicut visus est principalior inter alios
sensus, ratione cuius omnes alii sensus nomen
visus sortiuntur, ut Augustinus dicit, ita manus quae
ad plurima opera necessaria est, apta dicitur esse
organum organorum, in III De anima. Et ideo
per operationem manualem intelligitur non solum
quod manibus fit, sed quocumque corporali instrumento.
Et breviter quod cuique officio homo agit de
quo licite possit victum acquirere, sub labore
manuum comprehenditur. Non enim videtur
rationabile ut magister artium mechanicarum
possit vivere de arte sua, et magister liberalium
artium non possit vivere de arte sua. Similiter
et advocati possit vivere de arte sua, vel
patrocinio quod praestat in causis. Et similiter est
de omnibus aliis licitis occupationibus. Sic ergo
praeceptum, sed non omnes obligat. Ideo ad obiectiones
respondendum est. Ad primum ergo et ad
secundum patet solutio ex dictis: concedimus enim laborem
manuum esse in praecepto, non tamen ad
hoc omnes simpliciter obligari. Ad tertium dicendum
quod, sicut ex dictis patet, Apostolus loquitur
in casu illo quo praetermisso labore manuum
de turpibus negotiis sibi victum acquirebant,
in quo obligabantur ad praeceptum servandum.
Et ideo dignum erat excitari. Ad quartum
dicendum quod illa Domini verba magis sunt praenuntiantis
poenam quam praecipientis satisfactionem. Unde
praemisit: Maledicta terra in opere tuo. Et
similiter mulieri dixit: In dolore paries
filios tuos. Et ideo non sequitur quod
ad laborandum quilibet homo teneatur ex necessitate
praecepti. Alias sequeretur quod quilibet teneretur ad
agriculturam, de qua Dominus fatetur mentionem.
Ad quintum dicendum quod vita spiritualis a nullo
potest conservari nisi per actus virtutum. Et ideo quilibet
obligatur ad conservanda praecepta quae sunt de
actibus virtutum; sed vita corporalis a multis
potest conservari sine hoc quod manibus operetur.
Et quamvis sit generaliter in praecepto, non tamen
quilibet ad observationem eius tenetur. Ad sextum
dicendum quod non manducare non est peccatum mortale
nisi quando sine manducatione vita conservari non potest;
sicut enim aliquis non manducando seipsum occidit.
Et similiter non oportet quod aliquis peccet non
laborando manibus, nisi quando vitam aliter conservare
non posset nisi illicitis actibus. Et ideo cum illicita
cura sit omnibus modis fugienda, sub eadem distinctione
posuit Apostolus non manducare et non
operari, dicens: Qui non vult operari non manducet.

VII

## Solucões arguentorum in contrarium

Ad primum autem eorum que in contrarium obiciuntur
dicendum quod non prohibet dominus apostolis omnem soli-
citudinem, scilicet de hiis que pertinent ad victum
corporis, cum ipse loculos non habuisset, sed
prohibet solicitudinem suffocativam, qua mens
dupliciter suffocatur. Uno modo ut in rebus temporalibus
sive penat vone operandis. Et hoc deus
prohibet. Unde Augustinus dicit In libro de operibus mona-
chorum, exponens id: Nolite soliciti esse, non
ut ista non procurent quantum necessarium est eis
unde honeste possint, sed ut ista non
intueantur, et propter ista faciant quicquid in pre-
dicatione ewangelii facere iubentur. Et hanc
in glosa i ad thess iiii° Secundo suffocatur
mens propter solicitudinem cum fiduciam de deo
amittit, et hanc dominus prohibere intendit.
Unde dicit Glosa super id Mat. vi. hoc exemplo
non prohibet providenciam et laborem, sed de-
mentibus et liberis sed solicitudinem, ut tota fid-
ucia nostra sit in deo, propterea et aves sine
cura vivunt. Ad secundum dicendum quod non omnia que
sunt in precepto continentur explicate in preceptis
decalogi, sed ad ea possunt reduci cum explicate
in eis contineantur. Hoc preceptum de labore
manuum, per quem vita corporalis conservatur,
reducatur ad hoc preceptum Non occides. Sic
et preceptum de manducando. Vel ad hoc
preceptum Non furtum facias, quia omne illi-
citum lucrum quod per laborem manuum evitatur pro-
hibetur. Ad tercium dicendum quod in quolibet precepto
duo sunt consideranda, scilicet finis precepti et possi-
bilitas observandi. Cum omnia precepta legis-
lacionis sint ordinata ad aliquod bonum inducendum
vel malum tollendum, nec aliquid impossibile
homini ordinate precipi potest. Unde dicit Ieronimus
Qui dicit deum aliquid precepisse impossibile
anathema sit. Si ergo sit tale preceptum, quod
nullo modo reddi posset impossibile ad obser-
vandum, et sine eo finis intentus haberi non
posset, obligacio illius precepti semper manet.
Sic est in preceptis de actibus virtutum, que ad modum
sic actus interiores semper sunt in hominis potestate, et sine
eis vita spiritualis conservari non potest, ut
dictum est. Duobus ergo modis preceptum de operacione
manuum obligacionem amittit. Uno modo cum aliquis
redditur impotens ad laborandum propter corporis
imbecillitatem. Alio modo cum finem huius precepti
scilicet conservacionem corporalis vite consequi potest sine
labore manuum, ut ex dictis patet. Ad
quartum dicendum quod ad laborem manuum per se loquendo
equaliter religiosi et seculares tenentur. Secundo ex
verbo apostoli ii ad thess iii° ubi post de
opere manuum preceptum dedit: Subtrahite
vos ab omni fratre ambulante inordinate etc.

fratres enim omnes christianos vocat. Non enim tunc
pro aliquibus religiosi determinati erant. Secundo patet
ex hoc quod religiosi non tenentur ad alia quam seculares
nisi ad ea quibus se ex voto obligaverint, sed paucis
contingit quod hoc preceptum magis tangit religiosos
quam alios. Et hoc dupliciter. Primo quia religiosi in paupe-
rtate vivunt. Unde facilius potest eis accidere quod non
habeant unde vivant quam secularibus. Secundo quia ex statuto
regule in aliquibus ordinibus, ut dicit Ieronimus in
epistola ad Rusticum monachum. Egipciorum monasteria
hunc tenent morem ut nullum absque opere et la-
bore suscipiant, non tantum propter victus necessitatem quam
propter anime salutem, ne mens vagetur perniciosis
cogitacionibus. Sic et ad vigilias et alia
quibus domatur corpus tenentur quique religiosi ex
statuto suo, ad que seculares non tenentur.
Ad quintum dicendum quod quamvis usus laboris manualis
sit nobilior, non tamen est ita necessarius ad vitam
corporis sustentandam, propter sub operacione manuum
comprehenditur sic ex dictis patet.

XVIII

Quarta secundum sic proceditur. Videtur quod illi
qui spiritualibus operibus vacant non exim-
untur a labore manuum. i ad thess
iiii° super id: Si quis non vult operari non manducet.
dicit glosa Augustini: Quidam dicunt de operibus spiritualibus
hoc apostolum precepisse. Et postea subdit: Super-
flue conantur et sibi et ceteris caliginem obducere,
ut quod utiliter caritas monet, non solum facere
nolunt, sed nec intelligere. Et ita videtur quod per
spiritualia opera a labore manuum non excusentur.
Preterea maxime spiritualia sunt oracio,
leccio et predicacio. Sed per ista opera non excusantur
aliqui a labore manuali, quod patet per id quod
Augustinus dicit In libro de operibus monachorum: Quid
agant qui operari corporaliter nolunt scire desidero.
Oracionibus inquiunt et psalmis et leccionibus
et verbo dei. Et postea subdit: Sed si ab hiis a-
vocandi non sunt ut manducent, et quotidie esce
preparande sunt ut ad ista vacare suos dies [...]
intervallis temporum, infirmitatis necessitas cogit
cur et non preceptis apostolicis observandis
aliquas partes temporum deputant. Et quantum
ad oratores dicit: Citius exauditur una obediencis
oracio quam decem milia contemptoris. Quantum vero
ad psallentes subdit: Cantica divina cantare
etiam manibus operantes facile possunt, et ipsum
laborem tamquam divino celeumate consolari.
Quantum vero ad legentes subdit: Qui autem dicunt
se leccioni vacare, nonne illic inveniunt quod
precipit apostolus? Que est ista perversitas leccioni
nolle obtemperare dum vult ei vacare? Quis
enim nesciat tanto citius quemque proficere, cum
bona legit, quanto citius facit quod legit? Quantum
vero ad predicantes subiungit: Si autem alicui sermo
est erogandus, et ita se occupat ut manibus operari

non valet. Nunquid h̄t omēs priūt ī meditatōe
veniētibꝫ ad se. vl diuinas lectiones expone'
vl d' aliqbus disputacōibꝫ salubrit' disputa-
re vacare. q̄n̄ g° nō omēs pnt. aut sub h̄t
obtentu omēs vacare nolūt. q̄uuis etsi omēs
pnt. vicissitudīez suce' deberent. et nō solū
vt ceti' a necessarys actibꝫ occuparent. s; suffect
q̄ plibus audientibꝫ vnus loquat'. ¶ P. Clerici
max° opibꝫ spualibꝫ occupant'. s; ipi tenent'
ad labore manuum. g° rc. Probacō. medie
di lxxxi d' Clericus victū a' vestitū sibi ar-
tificio. vl agricultura. absq; officij sui dū-
taxat detrimēto paret. Itē in alio ca° Clericus
q̄ vbo dei erudit' e. artificio victū querat.
Itē. Omis clerici q̄ ad opandū valēt et ad ar-
tificia. l'ras discat. ¶ P. Religiosi q̄ oia
reliquerunt. max° opibꝫ spualibꝫ vacant.
s; tales tenent' ad laboēz manuū g° rc. pba°
medie. luc xii. Vendite q° possidetis. glo
Non tm̄ cibos vros gmunicate paupibꝫ. s; et
vendite possessiōes vras. vt oibꝫ simul
spretis pq̄ea laboē manuum operari vn̄
viuatis. et elemosinā faciatis. ¶ P. Decret°
xxii di. d'. Cū h̄ ille e hereticus q̄ fac' contra
statutū ecclīe Rome. s; illi q̄ manducat nō
laborantes faciūt gt' statutū Calixti ppe
xvii q̄ i. Videtes sunn sacdotes rc. vbi d'
p cetera statuit. vp me cōs. q̄ qui vita
cōe' volūt. nllus eges inueniat. g° reli-
giosi ppt' opa spualia. nō excusant' a
labore manuum. immo si mendicat s; hereticus
¶ P. Ille q̄ expont se piculo mortis. peccat
q̄ tentans dm̄. Sicut si aliquis videt vas sīo
veniētez in fluuio. et dponet arma q̄bꝫ
possit se defende' tentaret dm̄. s; ille q̄
relinq̄t oia. et nō laborat manibꝫ. abicit
a se necciā victus q̄bꝫ resistet' gsumpcōm
q̄ fit in corpe. p calore naturale g° talis
peccat q̄ tentans dm̄ ¶ P. Ad phil' iii°
d' t apls. Imitatores mei estote fratres
s; ipe quuis pdicaret et opibꝫ spualibꝫ
vacaret. nichilo9 ope manuū victū que-
bat. ii ad thess iii° Ipi scitis. quēadmodū
nos opteat imitari. q̄m nō in q̄eti sum9
apud vos. neq; gratis panē manducauim9
ab aliquo. sed in labore et fatiga° nocte
et die operantes. ne quē vrm̄ grauarem9 rc.
¶ P. Gen xxiii fr i° confirmat9 e ager
d' glo. q̄ pfectus pdicator. arcā suam
abscondit sub lectōe bone opacōis. et
gtemplacōis vacare. Et ita illi q̄ opibꝫ
spualibꝫ insistunt p gtemplacōz debet et
opibꝫ et oronibꝫ vacare p actōem. et sic opa
spualia nō excusat a labore manuum

¶ Sed contra luce ix. Sine vt mortui
sepeliant mortuos suos. d' glo. dns docet
minora bona pro maioribꝫ dimittēda
ee. s; opa spualia s; maiora bona. q̄ opa
manualia. g° hō debet hec pmittē. ppt
illa. ¶ P. Opa pietatis s; potiora q̄ exercicia
corpalia. i° ad thimot iiii°. Corpalis exercitac°
ad modicū vtilis e. pietas aūt ad omnia
valet. s; opa mie et pietatis s; dimittēda
vt vacet pdicacōni. Actuum vi. Nō est
equm̄ nos relinque vbū di et vacare
mense rc. luc ix. Sine mortuos sepelire
mortuos suos. tu aūt vade et annūcia
regnū di. g° multo fortius ppt' pdicacōz
et alia opa spualia e dimittēdū opus
manuale. et alia q° ad exercitacōz corpale
ptinet. ¶ P. ii ad thimot ii°. Nemo mi-
litans deo implicet se negocijs secularibꝫ
d' glo. Vtia s; secularia negocia q̄bꝫ
ani9 occupat' colligēdo pecunie cura. s;
q̄ opant' manibꝫ h̄nt curā de colligēda
pecunia. g° implicant' negocijs secularibꝫ.
et ita illi q̄ militāt deo in spualibꝫ opibꝫ
nō debent opibꝫ manuum occupari ¶ R° d'
q̄ ex dictis sup' appāret. q̄ hec
que in supiori q̄ne s; dicta. Deinde e' sup'
q̄ illi tm̄ obligat' ad obseruatōz hui9
precepti. scilꝫ d' ope manuum. q̄ nō h̄nt aliaz
vnde licite viuē possint. Et ideo q̄ spualia
opa exercent. et pnt aliꝫ licite viuē. quāuis
de labore manuum. nō tenent' manibus
laborare. Vnde distinguēdū videt' de
opibus spualibꝫ. Sunt enim q̄dā bona
spualia q̄ in bonum pue cedūt. q̄dā
uo que ad singlārem psonā spectant
ptinet. Illis aūt q̄ in spualibꝫ opibꝫ
occupant' ad vtilitatez gēez ptinētibꝫ
debet prouideri ab alijs quorū vtilitati
deseruiūt. q̄d patet p auctez i ad cor
ix. Si nos vob' spualia seiauim9. nō
e magnū si carnalia vra metam9.
Et ex patet p racōz. qa vtilitas spual'
pfert' corpali. Illis aūt q̄ necitati qui
deseruiūt. in tpalibꝫ debet' sustētacō
ex ipo laboē. q° vtilitati qui deseruiūt
sicut patet d' militibꝫ. q̄ pro patre rei-
publice militat. Vn i ad cor ix
Quis militat suis stipēdijs vnq̄m.
Vnd' multo magis q̄ in spualibꝫ. Rom
que pmouint in tli mysterio. sustētari
sunt. et nō tenent manibꝫ laborare.
Sunt ad quatuor opa spualia quibꝫ
qms vtilitas pmouet et ex hoc eis
stipēdia debent. Primū e occupato in

Iudicijs ecclesiasticis exequendis dicit enim
ad Ro. xiii. de potestate secularj que iudicium
seculare exercet Reddite ergo omnibus debita tributa quibus tributum scilicet
iudicialibus. ministri enim dei sunt/ in hoc ipsum
servientes vobis scilicet et deo Et propter hoc
Aug. dicit In li. de opibus monachorum/ Ced-
dent opibus manuum insistere/ illi dumtaxat
qui ab ecclesiasticis occupacionibus vacant/ Unde
et se excusat a labore manuum propter iudicia
ecclesiastica quibus occupatur dicens testem invoco
deum super animam meam/ quantum ad me attinet
multo mallem per singulos dies certis horis quantum in
monasteriis constitutum est operari
manibus et ceteras horas habere ad orandum et
legendum vel aliquid de divinis litteris agendum
quam tumultuosas perplexitates aliarum causarum
pati de negociis secularibus vel iudicando
dirimendis vel interveniendo precidendis
Secundum opus spirituale quod in bonum commune
redundat/ est opus predicacionis quo fructus
aliorum in populo procuratur Et ideo ut dicitur i. ad
Cor. ix. Dominus ordinavit his qui evangelium
annunciant de evangelio vivere/ Non dicit hoc
fieri tamen ad illos qui sunt ductores predicandi
sed et prelati sed etiam ad illos qui consilium licen-
ciam predicandi ex commissione prelatorum qui stipendia
non debent petere/ sed operi et labori/ ut
dicitur ii. ad Thess. ii. laborantem agricolam
oportet primum de fructibus percipere Glossa scilicet
predicatorem qui in agro ecclesie ligone
verbi dei excolit corda auditorum Nec
tamen illi qui predicant vivunt de evangelio vivere
sed etiam qui eis ministrant ad hoc officium con-
currentes quod patet ad Ro. xv. si spiritualium
eorum participes facti sunt gentiles debent
etiam in corporalibus ministrare eis Glossa corpo-
ralibus indigentium qui miserunt predicatores ab
Ierusalem Unde etiam illi qui predicatores
mittunt possunt de fructu eorum vivere/
Tercium opus spirituale quod cadit in bonum
commune sunt oraciones que fiunt in horis canonicis
ad salutem ecclesie/ ut anunciatur ira dei a
populo Ezechiel xiii Non opposuistis
vos murum pro domo Israel ut staretis
in prelio in die domini Glossa pro his diui-
cantes/ et divine sine resistentes Et ideo
dicitur i. ad Cor. ix. qui altari deserviunt
cum altari participant De his duobus operibus
dicit Aug. In li. de opibus monachorum Ced-
dent manuum opibus insistere illi dumtaxat

qui ab ecclesiasticis occupacionibus vacant sed in evangelio
sed fateor habent potestatem scilicet vivendi de sumptibus
fidelium/ quod dicitur hec loquitur/ si ministri altaris
dispensatores sacramentorum sunt/ unde hanc non
arrogat/ sed vendicat potestatem/ Quartum opus
spirituale quod redundat in bonum commune est elucida-
cio sacre scripture Unde qui sic vacat studio
sacre scripture ad alios instruendum/ possunt de hoc
opere spirituali vivere i. ad Thimot. v qui bene
presunt presbiteri/ duplici honore digni habeantur
maxime autem qui laborant in verbo et doctrina
Glossa ut eis spiritualiter obediatur/ et exteriora
ministretur qui laborant in verbo Glossa in exhor-
tacione faciendo/ et doctrina nescientium Et hec
etiam planius dicit Iheronimus ad vigilancium/ Hec
in Iudea usque hodie perseverat consuetudo
non solum apud nos/ sed etiam apud hebreos
ut qui in lege domini meditatur die ac nocte
et patrem non habent in terra nisi solum deum/
sinagogarum totius orbis foveantur ministeriis
Patet ergo quod illi qui predictis opibus spiritualibus
vacant non tenentur manibus laborare/ De illis
autem qui vacant spiritualibus que non cedunt in bonum
commune redundant/ sed in bonum facientis sicut
sunt oraciones private ieiunia/ et huiusmodi distin-
guendum est/ quia aut illi qui in religionem istis
operibus occupantur habent in seculo unde vi-
verent sine labore manuum aut non
Si sic tales cum ad religionem veniunt non
tenentur manibus laborare Unde Aug. dicit
In li. de opibus monachorum Si habeant aliquid
in seculo quo facile sine opificio sustentent
vitam suam/ quod conversi ad deum indigentibus
dispertiti sunt/ et credenda est eorum infirmitas et
ferenda/ solent enim tales languidius educati
laborem corporalem sustinere non posse Si autem
in seculo opifices fuerunt de labore manuum
viventes ad religionem possunt laborem manuum intermittere/ — al' opandi
Vnde ex pigricia laborandi volentes in
ocio vivere/ et tales peccant Et hec est quod
dicit Aug. in predicto li. plurimi qui veniunt
ad professionem servitutis dei ex condicione servili
et vita rusticana et ex opificum exercita-
cione et plebeo labore Et post ea subdit
tales qui si ingrediunt in usu operantur de infirmitate
corporis excusari non possunt preterite vite
consuetudine convincuntur Et infra non enim
apparet utrum ex proposito servitutis dei venerint
an vitam inopem et laboriosam fugientes vacui
Alios intermittere aliquod opus manuale
ex intencione domini ammovit/ quia ad opus

contemplacionis qui continue eleuantur. Hec enim
spiritu dei aguntur non peccant, quia vbi spiritus domini
ibi libertas. Vnde Greg. dicit super Ezech. Con-
templatiua vita est caritatem dei et proximi toto
corde retinere, ab exteriori actione quiescere, soli
desiderio conditoris inherere, vt nichil agere
iam libeat. Et hoc idem habetur in glo. super illud
Gen. xxix Confirmatus est ager etc. Conte-
platiua vita a cunctis actionibus secedens diuiditur.
Et hec causa est quod habemus contra vo in glo. super
id Considerate volatilia celi etc. Isti viri
auibus comparantur quia celum petunt. Et quidam ita re-
moti sunt a mundo vt iam in terris nichil agant
vel laborent sed sola contemplacione iam in celo
degunt. Ad primum quod dicitur quod glo. illa sumitur
ab Aug. in li. de opere monachorum, qui librum
illum scripsit contra quosdam monachos qui dicebant
quod non liceret seruis dei manibus laborare,
et hoc quod dicit apostolus qui non vult laborare
non manducet exponebat de opere spirituali.
Quam expositionem Aug. in li. predicto multipliciter
improbat. Vnde dicendum est quod id apostoli apostolus qui
non vult operari non manducet lo. de opere
manuali intelligitur. Non tamen sequitur quod ad huiusmodi
impletionem precepti omnes teneantur. Ipse enim non
tenebatur. Vnde scripsit Non quasi non habuerimus
potestatem scilicet sumptus accipiendi et viuendi sine
labore manuum. Vnde patet quod glosa illa
non est ad propositum. Ad secundum dicendum quod in omnibus
operibus in quibus tangit obiectio distinguendum est,
quia aut possunt esse publica opera vel priuata.
Loquitur autem Aug. de illis operibus spiritualibus
que sunt opera priuata. Intelligit enim de
oracionibus et canticis priuatis, non de hiis
que in ecclesia solempniter celebrantur, quod patet
qd dt ex hoc quod premittit sicut qui manibus operantur diuina
cantica cantare, quod non esset conueniens si
de horis canonicis intelligeret. Similiter quod
lectionibus de lectionibus intelligit de illis
qui vacant lectioni ad consolationem et vtilitatem
propriam, tamen sicut in monasteriis monachi faciunt,
non autem de illis quorum vita studio scripturarum
deputatur ad suam et aliorum instructionem. Non est
enim dubium quod per laborem manuum studium im-
pediretur. Similiter quod dicit de predicatione
intelligendum est de illis qui non publice
predicant, sed aliqua verba edificatoria hominibus
ad se venientibus loquuntur, sicut sancti patres
in heremo facere consueuerunt, et hoc patet ex
verbis supra inductis. Vnde etiam dicit quod si sermo
erogandus est etc. Contra vt dicit Glo. i ad Cor.
non semper id sermo et predicatio mea, sermo
est qui priuatim fiebat, sed predicatio que fiebat
in commune. Ad tertium dicendum quod decretum loquitur
de illis clericis quibus non sufficiunt oblaciones
et elemosine que eis a fidelibus fiunt vel

ecclesie facultates. Eadem enim est racio de
illis qui viuunt de facultatibus ecclesie et de illis
qui viuunt predicantes de elemosinis, quia facultates
ecclesie elemosine sunt et ad sustentacionem pauperum
dantur. Vnde dicit Glo. super i ad Thi. v.
Et rapina pauperum in domo vestra. Vnde do-
minus principum rapina pauperum est. Qui
ecclesie opes sibi thesaurizat et in delicias
abutitur, que ad sustentacionem pauperum dantur.
Et de hoc habetur xii q. i Expedit quod Episcopum
in sacerdos. Item sacerdos cui dispensacionis
cura commissa est cum laude perfectionis accipit
a populo dispensanda et fideliter dispensat
accepta, quia omnia sua aut relinquit parentibus
aut pauperibus distribuit aut ecclesie rebus ad-
iungit et se in numero pauperum paupertatis
amore constituit, vt vnde pauperibus sub-
ministraret, inde et ipse tamquam pauper
voluntarius viuat. Et sic patet quod eadem
de ecclesie rebus viuunt eadem racione eis vtendi
licet sicut illi qui facultatibus carentes de ele-
mosinis sibi datis viuunt. Ad quartum dicendum
quod glo. ... non imponit necessitatem hiis qui
sua relinquunt vt manibus operentur, sed ostendit
quod bonum quod facere possunt qui sua relinquunt
vt scilicet manuum labore acquirant, vnde
sibi prouideant et elemosinas aliis faciant.
Nec in hoc excludit quin etiam bene
faciant si manibus non laborantes spiritualibus
operibus vacent, que sunt corporalibus potiora.
Ad quintum dicendum quod illi vacantes maior
falsa est. Non enim qui facit contra statutum
pape est hereticus nisi forte credat pape non
esse obediendum. Vnde in capitulo inducto
dicitur qui romane ecclesie priuilegium ab ipso
summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre
conatur, hic procul dubio in heresim labitur.
Priuilegium autem predictum consistit in hoc quod
ei debet ab omnibus christianis obediri.
Similiter etiam minor falsa est. Non enim contra
statutum ecclesie est quod aliquis mendicet vel
se in statu egestatis ponat. Sed hoc est contra
statutum ecclesie si ab eis qui facultates ecclesie
possident, eorum necessitatibus non prouidetur. Vnde
hec sunt verba can. inducti: ex hiis, scilicet rebus
ecclesie, episcopi et dispensatores cunctis clericis qui
vitam degere volentibus ministrare cuncta ne-
cessaria debent, prout melius poterit, vt
nemo in eis degens inveniatur. Ad
sextum dicendum quod illi qui relinquunt omnia nichil
sibi reseruantes nec manibus operantes non
propter hoc discrimini se exponunt, quia deuocio
fidelium tanto probabilius confirmatur et experi-
mento demonstratur quod eis in necessitatibus prouide-
re nec etiam tentat deum, quia ipse promisit
mouendo corda aliorum eis in necessitatibus.

prouideat. Ut patet Math. vi. Et quaedam glo. dicit
Luc. x. Tanta praedicatori debet esse fiducia
in deo, ut praesentis vitae sumptus etsi non pro-
videat, tamen non defutura certissime sciat, ne
dum occupat mentem ad temporalia, minus praedicet
aeterna. Videtur si aliquis esset inter armatos
qui eum defenderent et aliquis cum arma deponeret
non tentaret deum, tamen si esset solus videretur
tentare deum, nisi forte instinctu inspirationis
securus esset de divino auxilio, sicut beatus
Martinus dixit: Ego signo crucis non clipeo
protectus hostium cuneos penetrabo securus.
Aliter videretur esse dei tentatio si aliquis
inter infideles vel homines inhospitales
de necessariis victus sibi non provideret. Ut dicit
glo. Luc. xxii. super illud: Qui habet sacculum
tollat etc. Tamen hic dat nobis exemplum ut
nonnumquam causa instante quaedam de nostri
propositi rigore sine culpa intermittere
possimus. Ubi grave esset propter inhospitales
regiones iter agere, plura viatica vel
viatica cum licet portare. Sed domini heremi
et tamen in deserto aliquando sine labore manuum
sustentati sunt pane divinitus misso, ut in
vitaspatrum legitur. Ergo privilegia paucorum
non faciunt legem communem. Ad septimum dicendum
quod hoc quod apostolus loquebatur laboravit
cum posset de evangelio vivere fuit supererogationis,
ut patet i. ad Cor. ix. Et ideo alii
praedicatores non tenentur eum in hoc imitari.
Cavendum tamen quod praedicator aliquando bene faceret
non accipiendo sumptus ab his quibus praedicat
sed de labore manuum vivendo in casibus scilicet
illis in quibus apostolus laborabat. Primo ne scan-
dalizaret eos quibus praedicabat, qui propter ava-
ritiam dare sumptus gravabantur, ut patet contra
ii. ad Thess. iii. Nocte ac die labo-
rantes ne quem vestrum gravaremus. Secundo ut
suo exemplo alii ab otio retraherentur. Unde
ibidem subditur: Non quia non habuerimus
potestatem, sed ut nos metipsos formam daremus
vobis ad imitandum nos. Tertio ad reprimendum
vanitatem pseudo apostolorum. Unde dicit ii ad Cor.
xi. Quod autem facio et faciam, ut amputem
occasionem eorum qui volunt occasionem in quo gloriantur
ut tales inveniantur sicut et nos. Aliquando autem
male facerent praedicatores si laboribus manuum
se implicarent, si scilicet per laborem a praedicatione
retraherentur. Unde glo. Luc. x. Cavendum
est praedicatori ne dum occupat mentem eius ad
temporalia minus praedicet aeterna. Ideo dicit Aug. in
sepe dicto libro quod apostolus dum esset Athenis
ubi oportebat eum cotidie praedicare non operatus est
manibus, quod tamen fecit veniens Corinthum
ubi iudeis praedicabat solo die sabbati. Pre-
dicatoribus enim non solum necessarium est ut

habeant tempus liberum ab occupationibus in quibus praedicent
sed etiam in quo studeant, cum non habeant scientiam ex in-
fusione sicut apostoli, sed ex continuo studio. Unde dicit Greg.
in pastorali exponens illud Exod. xxv. Vectes semper
sunt in circulis: Quia minime necesse est ut
qui ad officium praedicationis excubat a sacrae
lectionis studio non recedat. Ad octavum dicendum
quod per actionem non intelligitur solum opus manuale
sed omnia quae ad activam vitam pertinent. Sollicitudo
autem quae exhibetur a praedicatoribus circa eos quibus
praedicant ad activam vitam pertinet. Fratres tamen
contrarium credo, tamen ultra induatur praeter in-
tentionem. Glo. enim dicit saecularia negotia-
tionem ea esse quae fiunt causa pecuniae colligendae
sine opere manuali, per iuratorum et cum quibus
a quibus se dent se dent servi de pretio ab-
stinere.

Quaestio ix. circa tria versabatur:
primo circa ea quae pertinent ad
naturam, secundo circa ea quae
pertinent ad culpam et gratiam,
tertio circa ea quae pertinent ad
poenam et gloriam. Circa primum quaerebantur duo:
primo de pertinentibus ad naturam increatam, secundo
de pertinentibus ad naturam creatam. Circa naturam
increatam duo quaerebantur. Primo an senarius
numerus, quo omnis creatura dicitur esse perfecta,
sit creator vel creatura. Secundo de rationibus
idealibus quae sunt in mente divina, utrum primus
respiciant exemplata creaturis ratione suae singula-
ritatis vel ratione naturae specialis.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod senarius
numerus praedictus sit creator. Remota
enim omni creatura perfectio non remanet
nisi in creatore, sed remota omni creatura facta
in operibus sex dierum remanet perfectio in illo
senario, ut Aug. dicit iiii° super Gen. ad litteram.
Itaque si omnia ista non essent sed opera sex dierum
perfectus ille esset secundum senarium numerum, nisi quia ille
perfectus esset, illa scilicet eius perfectio non fierent. Ergo sena-
rius numerus est creator. Item dicit quod Aug. loquitur
de senario intuitu ad ydeam senarii quae est in mente
divina. Contra sic: remotis omnibus materialibus
remanet perfectio in ydea senarii numeri. Item etiam
remanet in ydea lapidis in mente divina. Ergo
in hoc non excedit senarius numerus aliquam perfectionem
relationem ad lapidem. Quod tamen videtur esse contra intentionem
Augustini. Praeterea illud quod est permanentius omni
creatura non est creatum sed creator. Senarius autem
numerus est permanentior caelo et terra, quae tamen vi-
dentur esse permanentissimae creaturae. Unde Aug.
dicit iiii° super Gen.: Facilius caelum et terram
transire, quae secundum senarium numerum fabricata sunt,
quam effici posse ut senarius non suis partibus
compleatur. Ergo senarius non est creatura sed creator.

Ad 3m dd' q' sm Avicennam in sua methaphi-
sica x e alicui nae gsidaco vna put con-
sidat' sm esse qd ht in suis singularib;
sic na lapidis in hc lapide et in illo la-
pide Alia vo e gsidaco alicui nae sedm
sm ee intelligibile sic na lapidis gsidat'
put e in intellectu Tercia gsidaco alicui nate
e absoluta put abstrahit' ab vtroq3 esse
sm qua gsidacoz gsidat' nata lapidis at
lucitudo aliq' gpetunt ad ea in/ qe p se appetunt
tali nae Harum quidem trium gsidacom due
se vnisormit eund ordie3 sicat Prior enim
est gsidaco alicui nate absolute q3 con-
sidaco eius sm esse qd ht in singlarib;
et tercia gsidaco nate qe est sm ee qd
ht in intellectu no ht se eund ordinem ad
has gsidacoes Consideraco enim nae sm ee
qd ht in intellectu q' accipit' a reb; sequit'
vtraq3 aliarum gsidacom/ hc enim ordie sen-
sibile pcedit sciam et sensibile sensum sic e
mouens motum et causa causatum 3 gsidaco
nate esse sm qd ht in intellectu causante
rem precedit alias duas gsidacoes cu
enim intellectus artificis adinvenit aliquam
formam artificialem in se gsidata e posterior
intellectu artificis et p gsequens est aera
sensibilium qe tales forma ul speciem ht sic at
se ht intellectus artificis ad artificiata Ita
se ht intellectus divinus ad omnes creaturas
vnd' vniuersaliq3 nae create/ pa gsidaco
est sm qd e in intellectu divino 2a vo
gsidaco e ipsius nate absolute 3a sm qd
e in reb; ipsis ul in mente angelica 4ta
sm ee qd ht in intellectu nro Et ideo
Dyonisius dt xii c. d' divi. no. hunc ordinem
assignans q' prius int oia e ipe artificiatu-
tor rerum deus pq ea vo ipa dona di que
creaturis exhibent' et vniuersalit' e particula-
r gsidata ut p se pulcritudinem p se vitam
quam dedit esse donum ex deo procedens
i' ipam naturam vite Deinde ipa particularia
vniuersalit' e particulariter gsidata qe sunt res
in qb; na esse det In hiis igit' illud
qd e prius ipsi est raco posterioris et remoto
posteriori remanet prius no aut econuso Et
inde est q' hc qd gpetit nate sm abso-
lutam gsidacoz est raco qre gpetit nate
alicui sm esse qd ht in singlarib; et
no econuso Raco enim sortes e racoalis qz
hoi est racoalis et no econuso Vnde dato
q' sor. et plo. no essent adhuc nate huma-
ne racoabilitas gpeteret Sibit' est intellectus
divinus est raco nate absolute gsidate et
in singlarib; et ipa nata gsidata absolute

et in singlarib; est raco intellectus humani
et quodam mo mensura ipius Sunt igit' vba
Augusti de senario intelligi dupt' Vno ut
p senarium intelligat' ipa na senarii
absolute cui p se et p se gpetit pfectio qe quidem
e raco pfectionis corpor que senarium pticipant
Vnde remotis oib; qe in senario
pticipant' adhuc nc pfectio senario gpetit s3
et ht mo senarium remanet natam creatam
Alio mo pt intelligi senarius sm ee qd ht
in intellectu divino et sic eius pfectio est raco
pfectionis in creaturis invente qe sedm se-
narium st gdite q'bus oib; remotis in pfecto
senario pfectio remanet Sic at senarius
no est creatura s3 raco creature in creatore
qe e idea senarii et e idem secdm rem cum
divina essentia sm racom tm differens
Ad pm go dd' q' remotis oib; creaturis
qe sunt facta in senario dierum mo/ non
dr q' pfectio remaneat in senario ime qi
senarius mus aliqd esse habeat in reis
natura nulla creatura existente/ s3 q' remoto
om esse creato remanet absoluta gsidaco
nae senarii put abstrahit' a quolibet esse
et sic attribuit' sibi pfectio/ Sic remotis
oib; singlarib; hoib; adhuc remanet
racoabilitas attribuibilis humane nae
Ad sedm dd' q' sic in reb; creatis quedam
st magis gmunes et qdam mi9 gtracte Ita
est racoes rerum in deo magis gmunes ad
plura se extendunt mi9 vo gmunes ad
pauciora Et q' vnitas et nultido sunt
oib; reb; creatis gmunia ideo est racio-
ydealis num' ad omnes creaturas se ex-
tendit Vnde dt Boe in pn arisme-
Omnia quecuq3 a primeua rerum origie na
gstituta st' numeri rone videnť esse
formata/ Hc enim fuit principale in ao
gditoris ut oia in numo gstituent' Exemplar
at lapidis no se extendit ad omnes creaturas
Et ideo si senarius accipiat' pro ydea se-
narii quantum ad hc adhuc senarius est
eminencior lapide e quum ydea lapidis
put s3 ad plura se extendit Et tm put
pfectio gpetit senario sm naz senarii
no at lapidi Ad tercium dd' q' no est
intencio Augusti dicere q' si celu et tra transirent
et cete creature q' senarius remaneret sm
aliqd esse creatum s3 q' si omnes creature
ab esse deficerent remanet adhuc na
senarii put abstrahit' a quolibet esse et
tunc adhuc pfectio ei gpetit sic est natam
humana maneret tunc q' ei gpetit racoabilitas
Ad illud vo qd in gtrarium obicit' dd' q'
nuis in do no pssit ee aliqd habens
ptes tm pt ee in eo raco rei habentis ptes
Et est in eo raco senarii ex ptib; gstitui
et racio suarum partium

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod ydee ii
que sunt in mente divina per prius respi-
ciant res quantum ad naturam singularem
quam quantum ad naturam speciei. Quia ut dicit Aug.
in li. lxxxiii questionum ydee sunt quedam forme
vel rationes rerum stabiles que in divina
intelligentia continentur, et cum ipse nec oriantur
nec intereant, secundum eas tamen dicitur formari
omne quod oriri vel interire potest. Et omne quod
oritur vel interit solum singulare est. quod
oritur et interit, i. quod generatur et corrumpitur.
ergo ydee per prius respiciunt singulare. Sed
contra cum ydee sint forme exemplares, requiritur
ad rationem ydee assimilatio ydeati ad ipsam.
Sed ydeatum in rebus creatis magis assimilatur
divino exemplari secundum formam a qua est ratio
speciei quam secundum materiam que est individuationis prin-
cipium. Ergo ydea per prius respicit naturam speciei
quam singularitatem individui. Responsio.
Dicendum quod cum in mente divina sint omnium creaturarum
forme exemplares que ydee dicuntur sicut in mente
artificis forme artificiatorum. Hoc tamen inter-
est inter formas exemplares que sunt in mente di-
vina et in mente artificis creati quod cum
artifex agit ex presupposita materia unde
forme exemplares que sunt in mente
eius non sunt factive materie que est individu-
ationis principium sed solum forme a qua est
species artificiati. Et ideo huiusmodi forme
exemplares non respiciunt directe artificiatum
quantum ad individuum sed quantum ad speciem
solam. Forme autem exemplares intellectus
divini sunt factive totius rei quantum ad formam
sive quantum ad materiam. Et ideo respiciunt cre-
aturam non solum quantum ad naturam speciei
sed etiam quantum ad singularitatem individui. Per
prius tamen quantum ad naturam speciei, quod ex hoc
patet. Exemplar enim est ad cuius imitationem
fit aliquid. Unde ad rationem exemplaris
requiritur quod talis assimilatio operis ad exemplar
sit intenta ab agente. Alias talis assimilatio
casu accideret, et non secundum viam exemplaritatis.
Sic ergo in ratione exemplaris includitur
intentio agentis. Ydea ergo per prius exem-
plar respicit quod agens per se intendit
in opere. Agens autem quodlibet principaliter
intendit in opere illud quod perfectius est.
Natura autem speciei est perfectissimum in uno
quoque individuo. Per ipsam enim duplex
imperfectio perficitur. Imperfectio scilicet materie que
singularitatis principium est, cum sit in po-
tentia ad formam speciei; perficitur quam naturam
speciei consequitur. Et item imperfectio forme generalis
que se habet ad differentias specificas in potentia
ut materia ad formam. Unde species specialissima
est per se intenta a natura, ut patet per

Avicennam in principio sue methaphysice. Non
enim natura intendit principaliter generare Sortem,
alias destructo Sorte ordo et intentio nature
periret. Intendit autem in Sorte generare hominem.
Similiter non intendit principaliter generare animal,
alioquin quiesceret eius actio cum ad naturam
alius pervenisset. Cum tamen in individuo generato
prius compleatur natura alicuius quam hominis, ut patet
in xvi de animalibus. Non autem prius est homo quam
hic homo. Unde exemplar quod est in mente
divina per se naturam speciei respicit in comparatione creature.
Ad primum ergo dicendum quod illud quod est primum in inten-
tione est ultimum in executione. Unde quamvis
natura prius intendat generare hominem, per prius
tamen generat hunc hominem. Non enim homo generatur nisi
hic homo generetur. Et propter hoc in diffinitione
ydee dicitur quod secundum eas oritur omne quod oritur
quantum ad viam executionis in qua singularia
sunt prima. Et hoc quod est in contrarium concedimus.

Deinde queritur de hiis que pertinent
ad naturam creatam. Et primo de hiis
que pertinent ad animam humanam. Secundo
de hiis que pertinent ad corpora. Circa primum queruntur
duo. Primo utrum anima accipiat species quibus cognoscit
a rebus que sunt extra eam. Secundo utrum veritas
vel quilibet alius habitus a non habente cognoscatur.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima
non accipiat species a rebus que sunt i
extra eam. Dicit enim Aug. xii super Gen.
ad litteram imaginem corporis non corpus in spiritu
facit, sed ipse spiritus in seipso facit celeritate
mirabili. Non autem eam in seipso faceret nisi ipse
a rebus exterioribus acciperet. Ergo anima non accipit
species a rebus quibus cognoscit. Preterea eius solius
est dimensionem a re dimensionata abstrahere
cuius est dimensionem corporibus dare, quod est solius
creatoris. Sed ad hoc quod species a rebus accipi-
antur in anima, oportet quod ab ipsa specie dimensiones
separentur quas res extra animam habent cum esse dimensio-
nale non habeat in anima, maxime quantum ad intellectum.
Ergo anima non potest accipere species a rebus sensibilibus.
Sed contrarium videtur. Tota philosophorum doctrina que
sensum a sensibilibus, imaginem a sensu, in-
tellectum a fantasmatibus accipere fatetur. Responsio.
Dicendum quod omnia cognoscentia similitudines rerum quibus
cognoscunt accipiunt a rebus illo modo accipiendi
quo patiens accipit ab agente, quod non est
intelligendum quasi agens influat in patiens
eandem speciem numero quam habet in seipso, sed
generat sui similitudinem educendo de potentia
in actum. Et per hunc modum dicitur species coloris
deferri a corpore colorato ad visum. Sed in agentibus
et patientibus distinguendum est. Est enim quoddam
agens quod de se sufficiens est ad indu-
cendum formam suam in patiens sicut ignis

viii

de se sufficit ad calefaciendum. Quoddam vero agens est quod non sufficit de se ad inducendam formam suam in paciens nisi superveniat aliud agens. sicut calor ignis non sufficit ad complendam actionem nutritionis nisi per virtutem anime nutritive. Unde virtus anime nutritive est principale agens. calor vero ignis vel ignis instrumentale. Similiter est et diversitas ex parte pacientis. quoddam enim paciens est quod in nullo cooperatur agenti. sicut lapis qui sursum proicitur vel lignum ut ex eo fiat scamnum. quoddam vero paciens est quod cooperatur agenti. sicut lapis qui deorsum proicitur. et corpus humanum quod sanatur per artem. Et sicut hic rebus que sunt extra animam similiter se habent ad diversitates anime potencias. Ad sensus enim exteriores se habent sicut agencia sufficiencia quibus pacientia corpora non cooperantur sed recipiunt tantum. Quamvis autem color per se non possit movere visum nisi lux superveniat non est contra hoc quod dictum est. quia tamen lux quam color inter ea que sunt extra animam computatur. Sensus autem exteriores suscipiunt tantum a rebus per modum pacientis sine hoc quod aliquid cooperentur ad sui informationem. quamvis iam informati habeant propriam operationem que est iudicium de propriis obiectis. Sed ad imaginationem res que sunt extra animam cooperantur non ut agencia sufficiencia. Actio enim rei sensibilis non consistit in sensu sed exinde ulterius contingit usque ad fantasiam sive imaginationem. in imaginatione est paciens quod cooperatur agenti. Ipsa enim imaginatio format sibi aliquam rei similitudinem quam nunquam sensu percepit. ex his tamen que sunt in sensu prius percepit componendo ea et dividendo. sicut imaginamur montes aureos quos numquam vidimus ex hoc quod aurum vidimus et montes. Sed ad intellectum possibilem comparantur res sicut agencia sufficiencia. Actio enim rerum sensibilium nec etiam in imaginatione sistit. sed fantasmata ulterius movent intellectum possibilem. non autem ad hoc ex se ipsis sufficiunt cum sint in potencia intelligibilia. intellectus autem non movetur nisi ab intelligibili in actu. Unde oportet quod superveniat actio intellectus agentis cuius illustratione fantasmata fiunt intelligibilia in actu. sicut illustratione lucis corporalis fiunt colores visibiles actu. Et sic patet quod intellectus agens est principale agens quod agit rerum similitudines in intellectu possibili. fantasmata autem que a rebus exterioribus accipiuntur sunt quasi agencia instrumentalia. Intellectus enim possibilis comparatur ad res quarum notitiam recipit sicut paciens quod cooperatur agenti. Multo enim magis

intellectus possibilis format quiditatem rei que non cadit sub sensu quam imaginatio. Ad primum ergo dicendum quod quamvis sic verbum Augustini referatur ad intellectum. sic planum est quod res non faciunt similitudines in intellectu possibili. sed intellectus agens. Si autem referatur ad imaginationem facit quidem. sed non sole quia etiam ipsa imaginatio cooperatur ut dictum est. In sensu autem facit corpus sui similitudinem sufficienter et solum. sed de hoc non loquitur Augustinus quia sensum hic spiritum dividit sive corporalem visionem contra spiritualem. Ad secundum dicendum quod racio illa procedit acsi illa eadem species numero que est in rebus vel in imaginatione postmodum fieret in intellectu. Sic enim oporteret quod auferretur ab ea dimensiones. Et hoc patet esse falsum.

viiii

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod non habens caritatem eam cognoscat per speciem. Omne enim quod cognoscitur vel per essenciam cognoscitur vel per sui similitudinem. sed caritas a non habente non cognoscitur per sui essenciam. quia non est essencialiter in eo. ergo si cognoscitur. cognoscitur per sui similitudinem. Praeterea aliquis habens caritatem aliquando cognoscit eam se habere ad minus per coniecturam vel per revelationem. et similiter postquam eam amiserit potest recordari eam se habuisse. quod esse non potest nisi per eius speciem in memoria reservatam. ergo caritas a non habente qui prius eam habuit per sui similitudinem cognoscitur. et eadem racione a quolibet alio non habente. Praeterea Augustinus dicit x confessionum. Sic modo se habet memoria ad intelligenciam sicut venter alicuius ruminantis ad os. quia sicut id quod est in ventre alicuius ruminantis reducitur ad os. Ita quod est in memoria reducitur ad intelligenciam. Sed in memoria conservatur caritas per sui similitudinem. ergo et ab intelligencia capitur per sui similitudinem. Sed contra est quod Augustinus dicit xii super Genesim et habetur in glossa 2 ad Corinthios xii quod intelligibilis visio est earum rerum que non habent species sive similitudines que non sunt quod ipse. Sed intellectus huiusmodi ponit caritatem. ergo caritas non potest cognosci per sui similitudinem sed solum per essenciam. Respondeo dicendum quod duplex est cognitio caritatis. una qua cognoscitur quid est caritas. alia qua caritas percipitur ut aliquis cognoscat se habere caritatem quod pertinet ad cognitionem an est. Prima quidem cognitio caritatis eodem modo competit habenti et non habenti caritatem. Nam intellectus

sciuntur naturalis, et quiditates compositorum et apprehendere; in quibus cognoscendis naturaliter procedit, sicut in conclusionibus complexis virtus continetur. Insunt enim nobis naturaliter quedam principia prima complexa ab omnibus nota, ex quibus ratio procedit ad cognoscendum in actu conclusiones que in predictis principiis continentur potencialiter, sive per inventionem propriam sive per doctrinam alienam, sive per revelationem. Similiter in incomplexis omnibus secundum modum cognoscendi communiter ut principiis naturaliter cognitis, vel ita quod ipsa principia cognita ad cognitionem acquirendam sufficiant adminiculatis sensu et imaginatione. Sed non aliquid cognitionem acquirimus per inventionem vel doctrinam, vel aliter quod principia predicta ad cognitionem acquirendam non sufficiant. Nichilominus tamen in hiis cognoscendis principia dignitatem inquantum inveniunt non repugnare principiis naturaliter cognitis; ipsis etiam intellectus nullo modo eis assentiret. Sic non potest discedere a principiis. Et similiter in intellectu insunt nobis naturaliter quedam conceptiones ab omnibus note, ut entis, unius, boni et huiusmodi, ex quibus eodem modo procedit intellectus ad cognoscendum quiditatem unicuiusque rei, per quam procedit a principiis per se notis ad cognoscendas conclusiones. Et hoc vel per ea que communis sensus percipit, sicut cum per sensibiles proprietates alicuius rei quiditatem illius rei comprehendit; vel per ea que ab aliis quis audit, ut cum cecus qui nesciat quid sit musica cum audit aliquem dicentem per quid discat cantare vel psallere, concipit quiditatem musice antequam consideret, vel ipse consideret quid sit et quid sit cantare. Fit etiam per ea que ex revelatione sciuntur, ut est in hiis que fidei sunt. Sicut enim credimus aliquid esse in nobis divinitus datum quo affectus noster deo unitur, concipimus caritatis quiditatem, intelligentes caritatem esse donum dei quo affectus unitur deo, progredientes tamen quid sit donum, et quid sit affectus, et quid sit unio. De quibus autem quid sit scire non possumus nisi resolvendo in aliqua principia nota naturaliter, et sic quousque perveniamus ad primas conceptiones huiusmodi intellectus, quam sunt omnibus naturaliter note. Et quia naturalis cognitio est quedam similitudo divine veritatis menti nostre impressa, secundum illud psalmi: Signatum est super nos lumen vultus tui domine; ideo dicit Augustinus x de Trinitate quod hii qui huius cognoscunt in prima veritate. Ipsa enim conceptio caritatis, quam intellectus format modo predicto, non solum est similitudo caritatis, sicut species rerum in sensu vel in imaginatione; quia sensus et imaginatio numquam pertingunt ad cognoscendum naturam rei, sed solum modo accidentia que circumstant rem; et ideo species que sunt in sensu vel in imaginatione non representant naturam rei, sed accidentia eius tantum, sicut statua representat hominem quantum ad exteriora accidentia. Sed intellectus cognoscit ipsam naturam et substantiam rei. Unde species intelligibilis est similitudo ipsius essentie rei, et est quodammodo quiditas et natura rei secundum esse intelligibile, non secundum esse naturale, prout est in rebus. Et ideo omnia que non cadunt sub sensu et imaginatione, sed solo intellectu cognoscuntur, per hoc quod essentie vel quiditates eorum sunt aliquo modo in intellectu. Et hic est modus quo caritas cognoscitur cognitione que est tam ab habente caritatem quam non habente. Est et alius modus cognoscendi, quo cognoscit aliquis se habere caritatem. Nec enim caritas nostra aliquis habitus sive potencia percipitur a nostro intellectu nisi per hoc quod actus percipiuntur. Actus autem caritatis vel alicuius habitus elicitur ab ipsa caritate vel alio habitu, sive per propriam certitudinem caritatis vel alicuius habitus. Et per hunc modum dicitur aliquis se cognoscere habere caritatem vel alium habitum, per propriam certitudinem habere caritatem vel alium habitum secundum esse naturale quod habet in rerum natura, et hunc secundum non solum in intellectu sed etiam in illo, ut concesse caritatis in caritate habitus. Quia actus caritatis et caritatis aliarumque virtutum principue consistunt in motibus interioribus, qui non possunt esse cogniti nisi operanti, et nisi aliquibus manifestantur ex actibus exterioribus. Et per quandam coniecturam aliquis non habens caritatem potest percipere aliud caritatem habere. Sed dato supposito quod aliquis possit scire habere se caritatem, quod tamen non puto esse verum, quia in actibus ipsius caritatis non possumus sufficienter percipere quod sint a caritate eliciti, propter similitudinem dilectionis naturalis ad dilectionem gratuitam, et actuum naturalium ad actus meritorios. Ad primum ergo dicendum quod ibi sumitur caritatem non secundum esse naturale, sed secundum esse intelligibile est certe caritatis. Ad secundum dicendum quod postquam aliquis desinit habere caritatem secundum esse naturale caritatis, adhuc caritas in ipso manet secundum esse intelligibile, et potest scire quid est caritas. Manet etiam in memoria eius actus caritatis quos fecit etiam in memoria sensibili, propter actus sensibiles caritatis, quibus utique manet secundum suam similitudinem, sicut et cetera sensibilia. Et ex eis meminit habuisse se illam caritatem. Ad tertium dicendum quod id quod est in memoria reducitur ad intelligentiam, non ita quod eadem species numero que est in memoria per eundem modum fiat in intellectu, sed per illum modum loquendi quo fantasmata dicuntur fieri in intellectu, ut dictum est prius.

C. v

Q Unde queritur de hiis que ptinet
ad corpus humanum utrum alimentum
convertatur in veritate humane nature
Et videtur quod non quia in corpe humano illud
quod est de veritate humane nature est caro vel os
secundum speciem sed alimentum non convertitur in illud
secundum speciem sed in id quod est secundum materiam
quod est secundum speciem ut videtur dicere philosophus in primo de generatione ergo
alimentum non convertitur in veritate humane nature
Praeterea illud quod est de veritate humane nature oportet
quod semper in homine maneat talis non manet homo
quod semper in homine idem numero sed illud quod generatur ex alimento
non semper manet immo fluit et refluit ut patet
ex primo de generatione ergo quod generatur ex alimento
non est de veritate humane nature Praeterea dicit Augustinus
quod nos fuimus in Adam dupliciter scilicet secundum seminalem
rationem et secundum corpulentam corruptam substantiam
Sed ea que fuit in eo secundum corpulentam substantiam
et non secundum seminalem rationem illud autem quod
generatur ex alimento in nobis non fuit in
Adam ergo id quod est de veritate corpulente
substantie nostre non est ex alimento generatum sed
dicebatur quod corpulenta nostra substantia fuit in Adam
originaliter et non essentialiter Sed contra
semine originale nemini imputatur si ergo dicimur
in Adam fuisse secundum corpulentam substantiam
originaliter tantum erit idem esse secundum corpulentam
substantiam et secundum seminalem rationem quod est falsum ergo et cetera
Sed contra sic dicitur in quinto de anima alimentum
est potentia tale quale est id quod nutrit in
actu sed quod est potentia aliquale in illud
converti potest ergo alimentum converti potest in id quod
nutrit sed id quod nutrit est illud quod est de
veritate humane nature ergo alimentum convertitur
in illud quod est de veritate humane nature
Praeterea semen ex quo fit generatio maxime videtur
ad veritatem humane nature pertinere sed semen secundum
philosophum in xv de animalibus est de superfluo alimenti
ergo alimentum convertitur in veritate humane nature
Responsio dicendum quod ad huius questionis evidentiam
oportet primo videre quid sit veritas humane nature
Veritas autem uniuscuiusque rei ut dicit Avicenna
in sua methaphysica nichil aliud est quam proprietas
sui esse quod stabilitum est ei sicut illud quod
attingens est ad terminos stabilitus auri
dicitur esse verum aurum Unde quodcumque aurum proprie
habet esse in aliqua natura per hoc quod substat complete
forme proprie illius nature a qua est esse et ratio
speciei in natura illa Unde illud pertinet ad veritatem
uniuscuiusque quod est complementum rei illius per formam
et pertinet directe et per se ad completionem illius
rei Tamen enim in naturalibus quam in artificialibus
inveniuntur quedam in quibus consistit principaliter
ratio et natura rei Alia autem que sunt ordinata

ad horum conservationem et meliorationem sicut stipes
et fructus per se pertinet ad complementum arboris
Unde sunt de veritate nature ipsius folia autem
sunt quodammodo ordinata ad fructuum conservationem
et quantum ad hoc non videtur esse de veritate
nature arboris principaliter Similiter ratio gladii
consistit in ferro et acumine eius vagina autem
est ad gladii conservationem Unde si gladius
esset res naturalis ferrum esset de veritate nature
eius non autem vagina sic autem de veritate humane
nature esse dicitur id quod per se pertinet ad perfectionem
humane nature complete principalis forme
speciei illud autem non est de veritate humane
nature in homine quod est ordinatum quodammodo
ad hominis conservationem vel meliorationem
quamcumque Sciendum est autem quod natura humana
potest dupliciter considerari vel secundum totam speciem humanam
vel secundum esse quod habet in hoc individuo et
secundum hoc inveniuntur in proposito questione tres opiniones
Quidam enim dicunt quod alimentum non convertitur
in veritate humane nature neque secundum speciem neque
secundum individuum Dicunt enim quod tota materia
que unquam nata est vere esse sub specie humane
nature fuit in corpore Ade Nec aliqua
alia materia potest fieri vere substantia humane
speciei et ex illa materia ex qua corpus primi
hominis constabat fuit aliqua pars decisa
que etiam per multiplicationem quandam sine additione
extrinsece materie augmentata est in tantum
quod pervenit usque ad perfectam et completam
quantitatem in corpore Ade ex quo tamen aliquid
decisum est in formationem corporis filii sui
et predicto modo multiplicatum et sic totum
humanum genus multiplicatum est ex illa materia
que fuit in corpore primi hominis sine aliqua
extrinseca additione Illud autem quod ex alimento
generatur est necessarium nobis ad conservationem illius
humiditatis que est de veritate humane nature
sicut calor naturalis hominis vel aliquid aliud
quod conservat scilicet humiditatem ex alimento generata
quia accidentale non conservat humiditatem que
est de veritate humane nature Sicut artifices
apponunt plumbum argento ut videtur in
conflatoriis consumitur plumbum et argentum
non consumitur ab igne Unde in resurrectione
cum veritas humane nature erit incorruptibilis
alimento non indigebimus nec resurget
in nobis aliquid quod ex alimento sit generatum
sed solum illud quod fuit in Adam Sed in
contrarium videtur huius dicti positio propter duo
quantum ad primum pertinet quia cuiuslibet rationis
est forma aliqua nichil amittere de
materia subiecta et nichil de novo accipere
eius substantie et nichil accidit neque deperit

Constat autem quod aliqua materia que erat
substantia humane nature desinit esse humane
nature substantia, sicut patet in morte vnius
cuiusque hominis. Vnde si aliqua materia de
nouo addetur humane nature superueniens
quod minus erat modo illud quod est de veritate
humane nature in actu quam tunc. Vnde et sic
natura speciei non posset saluari per generationem.
Secundo quia ista mutatio quam multiplicem
dicit nullo modo est secundum essentiam ipsius materie
sed solum modo secundum quantitatem vel dimensiones
eius accidentales. Non enim dicit quod aliquid
materie de nouo per essentiam auferatur vel aliunde
addatur, sed quod illa eadem materia que prius erat
minor postea fiat maior. Nichil autem est
aliud rarefieri et condensari quam mutari
eandem materiam de magis dimensionibus in paruas
et econuerso. Vnde sequitur secundum predictam positionem
quod id quod est de veritate humane nature semper
rarefieret per continuam generationem et augmentum,
et tantum quod natura sustinere non posset.
Esset enim iam illud quod est de veritate hu-
mane nature innumerabiliter magis rarum quam
ignis quod patet esse falsum. Et ideo alia opinio
dicit quod alimentum conuertitur in veritatem humane
nature primo et principaliter secundum speciem, non autem
secundum indiuiduum nisi secundario. Dicit enim
quod in vnoquoque indiuiduo humane speciei
illud prius et principaliter est de veritate hu-
mane nature quod a parentibus traxit, et hoc
vocatur a philosopho caro et os secundum speciem, que
semper manet. Sed quia illud non sit modicum,
non sufficeret ad perfectam quantitatem debitam
humane nature sine additione, ideo adiungitur
id quod ex alimento generatur non solum ad hoc
quod conseruetur id quod fuit a primis parentibus
acceptum, vt dicebat prima opinio, sed etiam ad hoc
quod compleatur ex quadam additione perfecta quantitas.
Et illud quod ex alimento generatur non est de
veritate humane nature in hoc indiuiduo prin-
cipaliter, sed tamen secundario, inquantum est necessarium
ad quantitatem debitam. Et hoc vocat philosophus
carnem et os secundum materiam que fluit et refluit.
Sed tamen ex hoc aliquid seminaliter transit in plures
per generationem et efficitur principaliter de veritate
humane nature in ipso, non admixtione alicuius
quod fuit principaliter de veritate nature in primo
vt quidam volunt, vel sine admixtione
eius vt alii dicunt, quod est magis conforme
dictis philosophi in xv de animalibus, qui vult
sperma totaliter esse de superfluo alimenti.
Et sic illud quod generatur ex alimento non
potest esse quod sit principaliter de veritate humane
nature in ipso quod nutritur, sed potest esse

de veritate humane nature principaliter in alio eiusdem
speciei, scilicet in filio suo. Et secundum hanc opinionem
dicitur quod id quod est principaliter de veritate humane
nature in vnoquoque totum in ipso resurget,
non autem totum quod ex alimento generatur, sed solum
quod sufficit ad complecionem quantitatis, cum propter complecionem
quantitatis, tamen modo ad veritatem humane nature
aliqualiter pertineat. Et hec opinio consonat sententie
Allexandri qui exposuit carnem secundum
speciem quam philosophus dicit semper manere esse illud
quod a parentibus trahitur. Carnem vero secundum materiam
id quod ex alimento generatur que fluit et refluit.
Sed hanc expositionem quamuis Auerroys reprobat in
quodam tractatu quem fecit super librum de generatione,
tamen ut illud quod generatur ex alimento intuatur
quantum est potentia caro, et augeat in quantum
est potentia quanta caro, vt dicitur in ii° de
anima. Illud quod generatur ex alimento postquam
recipit speciem carnis efficitur vnum ad illud cui
aduenit, quod prius inerat caro secundum speciem, que in fine
prius iam est simile. Vnde non videtur re-
ceptio aliqua ratio quare calor naturalis aliquid possit
consumere de illa humiditate carnis que ex alimento
generata, et non de humiditate que a parentibus
trahitur, vt possit aliquo necessario modo
illud probari. Et ideo tertia illud quod est a
parentibus acceptum et illud quod est ex alimento
generatum equaliter se habent ad hoc quod maneat
vel consumatur per calorem naturalem, et ad hoc
quod restauretur per nutrimentum, quod est fluere
et refluere, et sic equaliter pertinet ad veritatem
humane nature id quod generatur ex alimento et quod
a parentibus trahitur. Et secundum hec est tertia
opinio quod alimentum conuertitur in id quod est prin-
cipaliter de veritate humane nature, quantum ad speciem
et quantum ad indiuiduum. Ponit enim hec
opinio quod secundum vtrumque, scilicet et quod ex alimento
generatur et quod a parentibus trahitur, indiuiduum
et equaliter forma humana perficitur, et vtrumque
indiuiduum manet idem secundum speciem, consumitur autem
et restauratur secundum materiam. Sicut in aliqua repu-
blica diuersi homines nuo ad ciuitatem
pertinet, quibusdam morientibus et aliis in locum
eorum succedentibus, et non manet vna respu-
blica secundum materiam, quia sunt alii et alii homines,
manet tamen vna numero tamen ad speciem siue
formam, propter ordinem ciuitatis in officiis
distinctis. Ita etiam in corpore humano caro manet
et os et vnaqueque pars eius est vna numero
quantum ad speciem et formam, que consideratur
in determinato situ et virtute et figura. Non
autem manet quantum ad materiam, quia illa materia carnis
in qua talis forma prius concepta erat alia

in locum eius succedit, sicut patet de igne qui conservatur secundum eandem formam et modum persistit quod consumptis quibusdam lignis alia supponuntur quae ignem sustinent. Et secundum hanc opinionem de utroque praedictorum modorum intelligitur, scilicet generato ex alimento et a parentibus tracto totum resurget quantum est necessarium ad speciem et quantitatem debitam humani generis et corporis. Haec opinio mihi videtur ceteris probabilior.

Secundum ergo hanc opinionem ad primum dicendum quod distinctio philosophi, qua distinguit carnem secundum speciem et secundum materiam, non est sic accipienda quod alia sit caro quae dicitur species a parentibus tracta et alia quae est secundum materiam ex alimento generata, sed una et eadem caro ita potest considerari et secundum speciem, quod habet, et secundum materiam. Et hoc sic intelligit philosophus, patet ex Commentatore ibidem, quod hic non distinguitur caro secundum speciem et secundum materiam, sicut unumquodque habens speciem in materia. In aliis autem habentibus speciem in materia sic est lapis et ferrum et huiusmodi, non habet locum. Prima distinctio secunda, ut per se patet. Et ideo dicendum est quod alimentum convertitur in carnem quae est secundum speciem, id est quae habet speciem, non tamen ita quod ex alimento fiat species carnis, sed fiat carnis materia, ratione cuius potest dici quod convertitur primum ad materiam et non quantum ad speciem.

Ad secundum dicendum quod virtus humanae naturae et cuiuslibet alicuius rei est a specie, et ideo non illud quod est secundum speciem manet, quamvis non maneat secundum materiam, nihilominus virtus humanae naturae manere dicitur. Unde non oportet ut desinat esse idem homo numero propter mutationem quae est secundum materiam, nisi tota materia simul a forma abstrahatur ut aliam totaliter simul formam accipiat. Hoc enim generatio dicitur et corruptio, sicut totus ignis unquam extingueretur et alius totus accenderetur, sed in corpore humano aliquae partes non consumuntur et aliae in loco earum substituuntur, quae conservantur una materia non praeexistente, propter hoc quod ei adiungitur ad suscipiendam eandem formam humani corporis, sicut si unum lignum ignis consumat et aliud loco eius apponatur, erit idem ignis numero.

Ad tertium dicendum quod ad conceptionem humani corporis duo concurrunt, scilicet materia ex qua formatur conceptus et etiam virtus formativa, quae conceptum format, quorum secundum Augustinum vocat corpulentam substantiam, secundum vero seminalem rationem. Dicimus ergo secundum utrumque istorum fuisse in Adam originaliter, inquantum scilicet materia conceptus separata est per virtutem generativam hominis, quae tamen fuit in Adam, quae ex costa viri aut formatum est in semine patris, et utrumque istorum reducitur in Adam sicut in primam originem, a qua humanam naturam traxerunt omnes consequentes. Corpus autem Christi formatum fuit per virtutem spiritus sancti activam, sed materiam ministravit mater, quae ex purissimis sanguinibus virginis conceptus est, ut dicit Damascenus. Et ideo non fuit in Adam secundum seminalem rationem, sed secundum corpulentam substantiam. Non tamen ita quod eadem modo quae est in nobis et fuit in Christo, fuit in Adam. Et ex hoc patet responsio ad sequentia.

Deinde quaerebatur de his quae pertinent ad culpam et gratiam. Et primo quaerebatur de his quae pertinent ad gratiam, secundo de his quae pertinent ad culpam. Circa ea quae pertinent ad gratiam requirebatur primo de his quae pertinent ad praelatos, tamen secundo de his quae pertinent ad omnes communiter. Circa ea autem quae ad praelatos quaerebantur duo. Primo de electione praelatorum, utrum scilicet sit necesse semper eligere meliorem vel sufficiat eligere bonum. Secundo de honore exhibendo praelatis, utrum scilicet mali praelati sint honorandi.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod necesse sit eligere meliorem. Dicitur enim IIII Reg. X: eligite meliorem et eum ponite super solium patris sui. Ergo multo fortius in spiritualibus affirmandum meliores eligendi sunt. Praeterea I ad Timotheum III: sic oportet episcopum irreprehensibilem esse; dicit glossa: talis eligatur pontifex, cuius comparatione ceteri grex dicatur. Ergo oportet in episcopum semper eligere meliorem. Praeterea Leo papa dicit: ille qui melior est in presbyteris et diaconibus in episcopum eligatur. Praeterea ille qui est propinquior ad haereditatem Christi possidendam debet praeferri. Sed Christus cuius patrimonium possidet ecclesia et praelati, qui est melior est propinquior. Ergo ad praelatos et officia ecclesiastica semper sunt meliores eligendi. Praeterea si alicui esset commissum a domino suo, scilicet ut ei fidelem et idoneum ministrum quaereret, non ageret fideliter erga dominum suum, si praetermisso magis idoneo minus idoneum acciperet. Ergo multo magis peccat ille cui commissum est eligere aliquem in ministrum dei, si non eligat meliorem.

Sed contra est quod decretum dicit, quod sufficiat eligere bonum, ergo non requiritur quod melior eligatur. Responsio dicendum quod aliquis homo potest dici bonus vel melior alio dupliciter. Uno modo simpliciter, et sic melior est qui in caritate est perfectior. Alio modo secundum quid, et sic

aliquis dicitur melior altero, uel ad
militiam uel ad ministerium uel ad prelaturam
uel aliquid huiusmodi, qui non est melior
simpliciter eo quod in singulis officiis tam
spiritualibus quam temporalibus requiritur aliquis
preter meliorem bonitatem, ad hoc quod aliquis
sit idoneus ad illud officium exequendum.
Dicendum est igitur quod oportet eligere ad prelaturam
uel ad ecclesiasticum officium aliquem qui
sit bonus simpliciter, quia per quodlibet peccatum mor-
tale aliquis redditur indignus ad quodlibet
spirituale officium exequendum. Unde Dyonisius
dicit in epistola ad Demofilum monachum
loquens de sacerdote qui non est gratia
illustratus: Non est iste sacerdos, sed
inimicus dolosus, delusor suiipsius
et lupus supra diuinum populum pelle ar-
matus ouina. Non tamen oportet quod semper eligatur
ille qui est melior simpliciter. Possibile est enim
quod illi qui est in bonitate perfectior deficiant
multa que requiruntur ad hoc quod aliquis sit
prelatus idoneus, que in aliquo qui est minoris
caritatis inueniuntur, ut scientia, industria,
potentia et alia huiusmodi. Unde non
oportet semper eligere meliorem simpliciter, sed
eum qui sit melior ad officium. Si autem
quis eligat eum quem reputat minus idoneum
ad tale officium, peccat. Non enim potest esse
quod de duobus unus alteri preeligatur, nisi
propter aliquid in ipso consideratum. Illud autem
quod consideratur in eo qui est minus idoneus, ad
hoc quod magis idoneo preferatur, est aliqua
conditio indebite mouens, ut familiari-
tas uel consanguinitas uel aliquid huiusmodi.
Non enim potest esse aliqua conditio pertinens
ad prelaturam idonee, ex qua alter simpliciter
magis idoneus reputatur, et indebite
mouetur. Et sic erit ibi acceptio personarum
in tali electione, que sine peccato non fit.
Ad primum ergo dicendum quod cum dicitur eligite
meliorem, intelligitur de meliori ad talem
dignitatem. Ad secundum dicendum quod in comparatione
prelati debet esse ratio quam dixi, non con-
siderata sola sanctitate morum, sed discretione
et strenuitate et aliis huiusmodi que in pastore
exiguntur ad regendum populum. Ad tertium
dicendum sicut ad primum. Ad quartum dicendum quod ille
qui eligitur in prelatum non eligitur ad here-
ditatem possidendam, quia hereditas christianorum
non est in terra, sed ipse est deus secundum illud
psalmi Dominus pars hereditatis mee. Eligitur
autem uelut dispensator in familia domini
aliquo[d] Corinthios iiii° Sic nos
existimet homo ut ministros Christi et dispensatores

Dispensator autem non semper eligitur qui est
prelatior, sed qui est magis idoneus. Ad quintum
dicendum quod similiter etiam contingit in peruacatione spiri-
tualium dominorum temporalium, quod non oportet accipere meliorem
simpliciter, sed meliorem hominem ad seruiendum.
Ad illud quod obicitur in contrarium, dicendum quod
decretalis intelligenda est quantum ad hoc quod
non oportet eligere semper meliorem simpliciter, sed
sufficit eligere bonum. Vel dicendum quod non loquitur
propter solum ad forum consciencie, sed quantum ad forum
contenciosum, in quo non reprobatur electio
ex hoc si possit aliquis alius magis idoneus
inueniri, dummodo ille qui eligitur idoneus
sit, alias omnibus electio calumpnie patet.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod malis
prelatis non sit honor exhibendus.
Dicit enim Gregorius Rex. in li. de consolatione: viii
Non possunt ad honores reuerendos iudicare,
quos ipsis honoribus reputamus indignos. Sed
mali prelati non sunt honoribus digni. Ergo non
possunt iudicari reuerendi a suis subditis.
Preterea honor non debetur malis prelatis nisi
ratione prelationis. Indigni igitur sunt prelatione
indigni. Sunt etiam per consequens indigni ad honores
et ad omnia alia que sunt prelationi propria.
Sed contra est quod dicitur Exodi xx: Honora
patrem tuum, id est prelatos tuos. Igitur indistincte
loquitur. Videtur quod omnes prelati tam boni quam
mali sunt honorandi. Respondeo dicendum quod in prelato
duo possunt considerari, scilicet propriam personam
et dignitatem, secundum quam est quedam persona pu-
blica. Si igitur prelatus sit malus, ipse ratione
persone sue non est honorandus. Quia cum honor
sit reuerentia alicui exhibita ob testimonium
uirtutis, falsum testimonium de eo proferret
si quis eum obtentu proprie persone honoraret.
Sed inquantum est persona publica, sic gerit
typum et locum non suiipsius, sed alicuius, scilicet Christi
in ecclesia, uel reipublice tamquam in dignitatibus
secularibus. Et sic honores non computantur
secundum personam suam, sed secundum eum cuius locum
possidet, sicut est de lapillo qui est in compu-
tationibus loco certo quantitatis, tum in se modicum
ualeat, ut dicitur Prouerbiorum xxvi: Sicut qui mittit
lapidem in aceruum mercurii, ita qui tribuit
insipienti honorem. Mercurius enim uocabatur
deus rationum et mutationum. Et ita est ei ex-
hibendus honor ut propter se, sed propter eum cuius
locum obtinet. Sicut adorato imaginis refertur
ad prothotipum, ut dicit Damascenus. Unde etiam
malus prelatus ydolo comparatur Zacharie
xi dicitur: O pastor et ydolum derelinquens gregem.
Ad primum ergo dicendum quod intencio Boecii est dicere
quod mali honores non indicant ut reuerendi
sint propriis personis, cum eius exhibeatur eis honor

propter officia in quibus sunt. Ad secundum dicendum quod
malus prelatus est indignus prelatione et honoribus
que prelato debentur, sed ille cuius vice gerit
est dignus, ut cuius vicario talis honor
exhibeatur. Sicut beata virgo digna est ut cuius
imaginem in pariete depictam veneremur quamuis
imago tali reuerentia digna non sit.

Quinde querebatur de pertinentibus ad gratiam
quietem omnium statuum. Et circa hoc que-
runtur tria. Primo de orationibus, vtrum
oratio tantum valeat facta pro alio sicut facta pro
seipso. Secundo de suffragiis, vtrum magis prosit
pauperi magis digno quam diuiti pro quo
specialiter fiunt. Tertio de votis, vtrum voti
simplex dirimat matrimonium.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod oratio
amplius valeat pro se facta quam pro alio.
Ita enim dicitur in quadam glosa: Inter ceteras
viii orationes plus valet, quia illa est maxime specialis
qua quis pro se orat. Ergo plus valet oratio
pro se facta quam pro alio. Preterea ut dicitur
in libro de spiritu et anima: Deuotio nichil
aliud est quam deuotio mentis in deum. Sed
magis aliquis deuote orat pro se quam pro alio.
Ergo plus valet oratio pro se facta quam pro alio.
Sed contra tanto valet amplius quanto
magis est deuota. Sed quandoque quis deuocius orat
pro alio quam pro seipso. Ergo plus valet oratio
facta pro alio quam pro seipso. Respondeo dicendum
quod duplex est valor orationis. Vnus qui est orationis
[illegible] secundum quem dicitur valere oratio ad impetrandum
illud quod petitur, sicut oratio Petri va-
luit ad suscitationem Thabite. Alius valor
est quem habet oratio et alia opera virtutum,
secundum quem oratio valere dicitur ad merendum aliquid
ipsi oranti, prout caritate formatur. Sicut
oratio Petri qua suscitauit Thabitam impe-
trauit sicut meritoria Petro vite eterne in-
quantum erat actus caritate informatus.
Loquendo igitur de primo valore ceteris paribus
valet plus oratio facta pro se quam pro alio,
quia efficacia orationis in impetrando potest amittere
efficaciam suam quam pro alio fit ex aliquo
impedimento quod inuenitur in eo pro quo
oratur. Vnde vna de conditionibus orationis
que faciunt eam efficacem ad impetrandum est
ut aliquis pro se oret. Quantum vero ad secundum
valorem oratio magis valet que ex maiori
caritate procedit, siue pro se siue pro alio
fiat. Et de maiori caritate per exteriora
opera debeat iudicari, tunc ista oratio potest
dupliciter intelligi. Vno modo ut aliquis ita oret
pro alio quod etiam pro seipso, et tunc maioris
meriti est pro alio orare et pro seipso
quam pro se tantum. Maioris enim est meriti
amicum beniuolum et beneficum esse sibi et
aliis quam sibi tantum. Alio modo potest intelligi ut aliquis
oret pro alio et non pro se, et sic ostenderet
esse aliis beniuolus magis quam sibi, et ita
peccaret in ordine caritatis, magis alium
quam se diligendo. Et hoc modo intelligendo melius
est orare pro se quam pro alio. Ad
primum ergo dicendum quod illa ratio non est ad propositum
quia specialis oratio dicitur in glosa que per quamcumque
specialiter fiat, siue pro se siue pro alio. Ad
secundum dicendum quod licet ut pluries homo
pro seipso deuocius oret, tamen orat quandoque pro
alio deuocius, et ita secundum hoc non potest sumi
vniuersale indiuiduum que oratio plus valeat.
Et similiter ad tertium dicendum in contrarium.
Ad secundum sic proceditur. Videtur quod suffragia
ix ecclesie specialiter facta pro amico di-
uite equaliter valeant pauperi pro
quo non fiunt, si sint equaliter iusti. Vt
enim dicit Augustinus, huiusmodi suffragia tantum va-
lent vnicuique post mortem quantum meruit
viuens ut sibi prodesset. Sed ergo ponendi duo
equaliter meruerunt. Ergo equaliter prosunt eis
predicta suffragia. Preterea passio Christi super plus
prodest ei qui maioris est meriti. Sed missa
que est principium suffragiorum est memoria
passionis diuine. Ergo equaliter prosunt eis qui
sunt equaliter iusti. Sed contra deus accipit
huiusmodi suffragia secundum intentionem facientis,
sed faciens intendit quod plus prosit diuiti
pro quo fiunt. Ergo ei plus prosunt. Preterea non
est dicendum quod pia intentio eorum frustraretur qui
pro suis specialia suffragia faciunt. Frus-
trarentur autem si eis specialiter non prodessent
[illegible] magis prosunt eis pro quibus fiunt.
Respondeo dicendum quod circa hoc duplex est opinio.
Quidam enim dicunt quod suffragia ecclesie
specialiter pro amico facta valent omnibus qui
sunt in purgatorio equaliter quibus [illegible]
qui sunt equaliter iusti, plus vero illis qui
sunt maioris meriti, minus vero illis qui
sunt minoris meriti. Sicut candela incensa
pro diuite solo in domo equaliter
prodest aliis qui sunt equaliter [illegible], plus vero
illis qui sunt maioris, minus qui minoris, quamuis
sit diuiti magis ad quendam honorem
quam aliis. Et sic etiam lectio que legitur specialiter
pro aliquo dicto, similiter simul audientibus
equaliter tamen valet illis qui sunt equalis ca-
pacitatis, plus illis qui sunt maioris, minus illis
qui sunt minoris. Alii vero dicunt quod suffragia
plus valent illis pro quibus specialiter fiunt.
Vtraque autem opinio secundum aliquid vera est.
Ad cuius euidentiam sciendum est quod opera
vnius non valent alteri non viuo quantum

ad premium essentiale / quia sic unusquisque ex
propriis actibus meretur / sed solum ad aliquod
accidentale gaudium / vel quantum ad remi-
ssionem alicuius pene temporalis / et sic suffragia
viuorum prodesse possunt defunctis / Primo ratione di-
cit quantum opera extinguunt dupliciter / vno modo
ex vnione caritatis / quia omnes fideles
efficiuntur vnum corpus / et sic actus vnius
quodammodo redundat in iuvamen alterius
sicut et in membris corporalibus videmus /
et sic iuvatur aliquis ex actu alterius / in quantum
existens in caritate / gaudet de quolibet bono
opere / et quanto est maioris caritatis tanto
amplius gaudet / siue sit in purgatorio
siue in paradiso / siue etiam in mundo. Et quantum
ad hoc vera est prima opinio. Alio modo actus
vnius fit cuiusdam alterius / per intentionem facientis
qui facit pro illo / et tunc illius / quod valet
precise in debitis soluendis. Et suffragia
ecclesie valent defunctis / in quantum viuus sol-
uit satisfactionem / quam mortuus soluere tene-
batur / Et sic valor suffragiorum sequitur in-
tentionem facientis. Et quantum ad hoc secunda opinio
est vera. Ad primum ergo dicendum quod meritum illud
de quo loquitur Augustinus est meritum donatum /
meretur enim aliquis viuens vt sibi suffragia
post mortem valeant / si pro eo fiant / quamquam
quidem magis extat in vno et minus extat
in alio / et ideo non equaliter prosunt vtrisque.
Ad secundum dicendum quod passio Christi fuit exhibita pro
omnibus / sacrificium autem misse specialiter pro
aliquibus offertur / et ideo non est simile. Alia duo.
Ad tertium sic proceditur / contrahendum x
Videtur quod votum simplex continentie
dirimat matrimonium contractum. Si enim
det aliquis alicui quod prius alteri dederat
secunda datio nulla est / sed ille qui emisit simplex
votum continentie dat corpus suum deo / ergo in
postea contrahendo matrimonium dat corpus suum
vxori / contractus iste matrimonii nihil valere
videtur / ergo etc. Contra tertium est quod dicitur
dicitur quod votum simplex matrimonium impedit con-
trahendum / sed non dirimit contractum. Responsio
dicendum quod votum simplex non dirimit matrimonium
contractum / sed solum solemne / cuius ratio patet
si causa vtriusque voti inspiciatur. In voto
enim simplici est sola promissio / qua quis
promittit deo se continentiam seruaturum /
Ex sola autem promissione non transfertur
dominium. Vnde si aliquis promittat rem aliquam
alicui / et postea dat eam alteri / tradendo datio
non potest rescindi propter priorem promissionem quamuis
male faciat tradendo / et sic ille qui emisit
votum simplex continentie / postea per modum corporis

suum tradit vxori / Et similiter peccat sed sacra-
mentum matrimonii non dirimit propter votum precedens /
In voto solemni est et promissio et colla-
tio / Tunc enim votum est solemne quando scilicet aliquis cum
voto consecratur deo / Et ponitur in aliquo statu
spiritualis / vel per ordinis susceptionem / vel pro-
fessionem certe regule / Et tunc non potest vltra corpus
suum tradere vxori / et si tradiderit contractus nullus
est / Et sic matrimonium dirimitur per votum solemne
non autem per simplex. Ad primum autem in contrarium addu-
cta falso supponit / scilicet quod per simplex votum aliquis
dat corpus suum deo / non enim dat sed promittit /
Deinde queritur de hiis que pertinent
ad culpam / et circa hoc queruntur. Primo
vtrum peccet qui ad ecclesiam vadit propter
distributiones / qui alias non iret / Similiter qui primo
prebendam accepit vt deo seruiret. Secundo vtrum
aliquis habens de superfluo peccet / si non det
pauperibus petentibus. Tertio vtrum cum sunt diuerse
due opiniones de aliquo facto vtrum ille qui
sequitur minus tutam peccet / sicut de pluralitate pre-
bendarum. Quarto vtrum mendacium semper sit peccatum.
Quinto vtrum quando aliquis intendit pre-
cantum peccet /
Ad primum sic proceditur. Videtur quod ille qui xi
vadit ad ecclesiam propter distributiones
qui alias non iret peccet. Ipse enim videtur
assequi diuinum / quod est inpreciabile ponere
sub precio rei temporalis / ergo committit symoniam.
Item videtur quod mortaliter peccet. Secundum quod ille
qui facit votum bona intendendo / si postmodum
in prosecutione voti mutetur voluntas eius / vt
multa faciat quod volens promisit / non euacuatur
meritum voti / vt videtur Anselmus dicere in
libro de similitudinibus. Ergo eadem ratione qui accepit
prebendam vt deo seruiat / non peccabit quamuis
postea mutetur eius intentio. Responsio dicendum quod ad
evidentiam huius questionis notandum est quod aliquis
actus dicitur esse spiritualis dupliciter. Vno modo ex
parte principii / vt scilicet actus competit alicui per se
propter aliquid spirituale / quod in ipso est / sicut episcopo
consecrare basilicas / et dyacono legere euangelium.
Et in talibus actibus committitur symonia / si aliquis
intendat suum actum vendere. Alio modo est aliquis
actus spiritualis non ex parte principii / sed ex parte
finis tantum / sicut docere liberales artes / quarum
virtus spiritualis est / scilicet quod doctrina non com-
petit alicui propter aliquid spirituale officium / sed
etiam gentilibus huiusmodi artes licebat docere. Et in
huius actibus committitur symonia / si vendat finis
qui est spiritualis scilicet opera virtutis / non si aliquis
sua opera doceret / celebrare agitur diuinum officium
in ecclesia quod est actus spiritualis primo modo

pcut alitui ex hr qd e eligi et ideo si
moniam gmittit / q hodi actus vende intedit
In qualibet at vendicõe / pciu accipit quasi
finis / Et ideo in pdicto casu distingvendu
est / si ei hodi distribuces recipit quasi
finē sui opis pricipalr intento / simonia
gmittit / et ita mortaliē pecat / si at hr
pricipalē finē dim in tali actu / hodi aut
distribuces respiat sedario / nō gi finē / sed
sic illud / qd est neccīm ad sua sustentacoz /
gstat qz nō vendit actu spualē / et ita simo
niam nō gmittit / nec pecat / sicat accepns
distribucionē / nō est causa quare ad eccliaz
vadit / sz p hug detriatoris causa est
quare ime vadit / non alia vice / Et sic
patet Responsio ad pm / qz nō pōt impre
ciabilē sub precio / Ad illud vo qd in co
trarium obicit Dd / qz tūc in voncete / nō
evacuatr intencio voti / qn intencio vovent
fert supr ucatū / vt cum aliqs vellet illud
nō facē / quod vovit / si non vovisset / Si
at fert dircte supr illcatū / tūc evacuat
intencio voti / vt nō aliqs vot absolute d
si nō facē qd vovit / Ille at q volt ire
ad ecclias pro pecunia / sic pro fine pricipali
hr voluntate delatā supr illucatū / et ideo pecat

xii Ad sedm sic procedr / Videt qz ille q
nō dat paupi petēti si habeat
d supfluo pecat / Facē ei ele
mosinā de supfluo est sub precepto luc
xij / Veruntn quod supest date elemosinā
gō pecat si petenti non ibuit / Preterea
aliqs tenet inquire / de hīs que sūt neccīa
ad salutē / sz neccīm ē ad salutē / vt ali
qs subveniat existēti in extrema neccīte
gō tenet quilibt inqrere vtz paup sit in
extrema neccitate / vel statim ei dare / In
contrariū est / qz sic videtur qz omnes
essent dampnati / Rco Dd / qz ita hic
distinguedū est / Supposito eni qz aliquis
habeat de supfluo / et respectu individui
et respectu psone / qz tenetr paupib erogaē
Aut videt in paupe petēte evidencia sigr
extreme neccītatis / aut non / Si videt
certū est / qz tenetr dare et pecat nō dado
In hac eni casu loquitr Ambros / Pasce
fame morientē / si nō paveris occidisti / Si
vo nō apparicat / tūc nō tenetr paupi daē
petēti / qz quis teneatr dae supfluū
paupib / nō tn oib dare / nt ex hinc
dare / s tenetr distribue / sm q sibi visū
fuit optimū / Nec tn tenetr inqre / qz
hr esset nis grave / qz de oib pauprib
inquireret / et pcipue qn ad eū q neccītatez
patr plicat ut neccitate sua expoat / Et p qr
pz Rco ad obiecta

xiii Ad terciū sic procedr / Videtr qz ille
q hr plures pbendas pecat ex
hoc ipso / qz opiones magrorum sunt
in contrariū / Quilibz eni gmittit se di
scrimini / in hīs que st ad salutē / pecat
s ille gmittit se discrimi vt videt / tum
faciat contra maiorum pitorum sniaz / gō
videtr qz pecat / Sed contra pt ee / qz
in tali casu / aliqs adhibet diligēciaz
inqrens / an hre plures pbendas sit
licitū / nec invenit aliquid / qd eū mo
veat ad hoc qz sit licitū / gō videtr qd
sine pctō plures pbendas possit hre
Rco Dd / qz duob modis aliqs
ad pctm obligatr / Uno faciēdo cont
legē / vt nō gmis fornicatr / Alio mo
faciēdo cont gsciaz / etsi nō sit cont
legē / vt si gscia dictat alicui / qz le
vare festucā de tra / sit pctm mortale
Ex gscia aut obligatr aliqs ad pctm
si hreat etiā fidē de contrario eius / quod
agit / sive qz hreat opiom cū aliqua
dubitacōe / Illud at quod agitr contra
legē / sz est malū / nec excusatr p hoc
quod est sm gsciaz / Et sic qd est contr
gsciaz est malū / quāvis nō sit cont
legē / quod aut nec cont gsciaz nec
contra legē est / nō pt ee pctm / Dd est
igitr / qz vbiqz st due opiones gtrie
de eodē / optet altam ee veram / et altaz
falsam / Aut igr ille q facit gt opioz
magrorum / vtpote hēndo plures pbendas
facit cont veram opiom / et sic tum
faciat cont legē dei / nō excusatr a
pctō / qz quis nō faciat gt gsciaz / Aut
illa non est vera / s magis contraria
quā ille sequitr / Ita qz vē licet habē
plēs pbendas / Et tūc distingvendū
est / Qm a talis hr gsciaz de gtrario
et tūc pecat / cont gsciaz faciens
quāvis nō faciat cont legē / Aut non
hr gsciaz de contrario / s ceitudinē / sed
hr gsciaz in quada dubitacōe / adducatr ex
hoc in quada contrarietate opionm / et si maiore tali
dubietate plēs pbendas hr / pīclō se
gmittit / et sic procul dubio pecat
vtpote magis animas bñfciū equale
qz ppriam salutē / Aut ex contrarietate
opinionū / in nullaz dubietatē ad
ducitur / et sic non gmittit se discri
mi nec pecat / Unde patet Rco ad obiecta

XIII

Ad quartum sic procedit^r. Videtur
quod omne mendacium non sit peccatum.
Omnis enim peccatum est homicidium
sed mendacium, homicidium potest licite fieri
ut cum iudex occidit latronem, ergo et menda-
cium. ¶ Praeterea in sacra scriptura quaedam laudantur
quae tamen mentita esse intelligitur, ut obstetrices
Iacob et Iudith, ergo mendacium non est semper
peccatum. ¶ Sed contra est, quod Augustinus dicit in
libro de mendacio. ¶ Respondeo dicendum quod quaecumque aliqui
actus habet aliquam inordinationem inseparabiliter
annexam, numquam bene potest fieri, quia ipsa in-
ordinatio est aliquid superfluum vel diminutum,
et ideo non potest in tali actu medium accipi
in quo virtus consistit ut patet per philosophum in
Ethicorum. Huiusmodi autem actus est mendacium,
quod habet enim inveritatem significatam vel vocem ut sit
signum intellectus, ut dicitur primo peri ermenias.
Et ideo quando aliquis voce enuntiat illud
non habet in mente, illud importat in nomine
mendacii, et ibi est inordinatio per abusum
vocis, et ideo concedimus quod mendacium semper peccatum.
¶ Ad primum ergo dicendum quod homicidium semper est peccatum
quod inordinationem habet inseparabiliter annexam.
Homicidium enim plus implicat quam occisio hominis.
Corporalis enim nomina frequenter plus implicant
quam connectata. Implicat enim homicidium
occisionem hominis indebitam, et ideo homicidium
numquam est licitum, quamvis hominem occidere aliquando
liceat. ¶ Ad secundum dicendum quod sicut Augustinus dicit
in libro de mendacio. Et habetur in glossa super
id psalmi perdes omnes qui loquuntur mendacium,
dupliciter aliquis laudatur in scriptura, quaedam
propter perfectum statum virtutis, et horum facta
ponuntur nobis in exemplum. Et de talibus non
legitur quod mentiti sint, sed si aliquando dixerint
quae mendacia videntur, secundum intentionem
quam ex instinctu spiritus sancti acceperunt men-
dacia non sunt. Quidam vero laudantur propter
virtutis indolem, et sic de aliquibus men-
dacium legitur, maxime officiosum sicut patet
de obstetricibus. Non enim commendatur quia
mentite sunt, sed propter misericordiam ex qua in menda-
cium inciderunt, et sic apparet in eis indoles
et profectus virtutis, non autem perfectio.

XV

Ad quintum sic procedit^r. Videtur quod
numquam non oportet, si aliquis inten-
dat peccare mortaliter, quod peccet
propter hoc mortaliter. Deus enim promior est
ad miserendum quam ad puniendum, ut habetur
in glossa In principio Ieremie. Sed si aliquis inten-
dat peccare venialiter, non sequitur quod propter hoc
peccet venialiter, ergo non oportet quod qui intendit

peccare mortaliter, quod propter hoc peccet mortaliter.
¶ Sed contra quando aliquis intendit peccare mortaliter, facit
contra conscientiam, sed omnis talis peccat mortaliter, ergo etc.
¶ Respondeo dicendum quod simpliciter dicitur quod aliquis intendat
peccare mortaliter vel venialiter. Malum enim
est praeter intentionem ut dicit Dionysius in IIII capitulo
de divinis nominibus. Sed si aliquis intendit facere
aliquid quod credit esse mortale peccatum, et ex hoc
dicitur quod intendit peccare mortaliter. Predicta
igitur questio nihil aliud habet nisi si aliquis
credat quod hoc esset peccatum mortale, quod faciens
peccat mortaliter. Non autem necesse est quod sit
veniale, si credat veniale esse, ut si fornicationem
credat esse peccatum veniale, cuius conscientiae
de facili patet solutio. Circa enim conscientiam erroneam
sciendum est quod habeat vim ligandi, ex hoc ergo qui
contra conscientiam facit mortaliter peccat. Error
autem conscientiae numquam habet vim absolvendi sive
excusandi, quando scilicet procedit ex ignorantia eius
quod aliquis scire non potest vel scire non tenetur.
Et in tali casu quamvis factum de se sit mortale^le,
si intenderet peccare venialiter, peccaret
venialiter. Sicut si aliquis intenderet accedere
ad uxorem suam causa delectationis et ita
intenderet peccare venialiter, si ei alia suppo-
neretur, eo nesciente, venialiter peccaret, quamvis
error conscientiae non habet vim absolvendi vel ex-
cusandi, quando scilicet ipse error peccatum est, ut cum
procedit ex ignorantia eius quod quis tenetur scire
et potest scire, sicut si credit fornicationem simplicem
esse peccatum veniale, et hoc quamvis credit
peccare venialiter, non tamen peccavit venialiter
sed mortaliter. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

XVI

Deinde queritur de hiis quae pertinent
ad penam et gloriam. Et primo de hiis
quae pertinent ad penam. Secundo de hiis
quae pertinent ad gloriam. ¶ Circa penam autem
queruntur. Primo de pena spirituali. Secundo de pena
corporali dampnatorum. Circa primum duo queruntur.
Primo utrum dampnati videant gloriam sanctorum
et maxime post diem iudicii. ¶ Secundo utrum dampnati
vellent suos proximos esse dampnatos.

XVII

Ad primum sic procedit^r. Videtur quod dampnati
post diem iudicii videant gloriam sanctorum.
Sicut se habet gloria ad miseriam, ita
miseria ad gloriam. Sed de perfectione glorie sanctorum
est ut videant miseriam dampnatorum, ut habetur
Ysaie ultimo: Egredientur et videbunt cadavera
impiorum, ergo et de perfectione miserie dampnatorum
est ut videant gloriam sanctorum. Et sic post diem

iudicii quam in miseria perfecta erit dampnati
videbunt gloriam sanctorum ¶ Preterea post diem iudicii
nulla afflictio a dampnatis abstrahitur sed
magis augentur dampnati de hoc quod videbunt gloriam
sanctorum secundum illud Ysaie xlvi° Videat et confundantur
zelantes populi ergo et post diem iudicii gloriam
sanctorum videbunt ¶ Sed contra dampnatis delectatio
magna a dampnatis post diem iudicii subtrahetur
sed videre sanctorum gloriam est quedam magna delectatio ergo
¶ Respondeo dicendum quod videre gloriam sanctorum dupliciter
contingit uno modo ut capiat quid sit ipsa
gloria et qualis et quanta et sic nullus
potest videre gloriam nisi qui est in gloria quia superat
omnem et desiderium et intellectum eorum qui non
sunt in ea hoc enim est manna absconditum
et nomen novum scriptum in calculo quod
nemo novit nisi qui accipit ut habetur
Apocalipsis ii° Alio modo potest videri gloria beatorum
ut videant ipsi bene esse in quadam gloria
inenarrabili et excedente intellectum et
dampnati ante diem iudicii videbunt gloriam sanctorum
non autem post diem iudicii quia tunc erunt penitus
a sanctorum consortio alienati ut qui ad summum
iam miserie pervenerunt et ideo neque etiam sanctorum
consortio digni habebuntur Nam videns
aliquid consortium habet cum eo quod videt
¶ Ad primum ergo dicendum quod videre miseriam dampnatorum
omnino erit sanctis ad gloriam gaudebunt
enim de iustitia dei et de sua evasione
secundum illud psalmi letabitur iustus cum viderit vindictam
Sed videre sanctorum gloriam aliquid perfectionis
importat quam post diem iudicii dampnati
carebunt ¶ Ad secundum dicendum quod dampnati in
inferno existentes post diem iudicii mentis
oculo gloriam sanctorum quam ante et in iudicio
viderant et sic cognoscent eos esse in maxima
gloria quamvis non videant ipsos beatos nec
eorum gloriam et ita invidia torquebuntur
et sic afflictio que est in eis magis ex tali
visione manebit visione abstracta
de qua etiam magis dolebunt videntes se
etiam sanctorum visione indignos reputatos
¶ Ad illud quod in contrarium obicitur dicendum quod
videre sanctorum gloriam non est magne delectationis
nisi secundum primum modum visionis videant
qualiter a dampnatis nunquam videtur Secundo autem
modo videre et non habere est magis afflictionis
causa propter invidiam

xviii Ad secundum sic proceditur Videtur quod
dampnati non vellent suos propinquos
esse dampnatos Dicitur enim Luce xvi
quod dives in inferno dampnatus petebat

Lazarum mitti ad fratres suos ut testaretur
illis ne venirent ad locum tormentorum
Petivit autem est voluntate designatio ergo
dampnati non volunt suos propinquos dampnari
¶ Sed contra est quod dicitur supra illud Ysaie xiiii
Sunt recepti de soliis suis dicit glossa Solatium
est dampnatis socios habere sue miserie
ergo ipsi vellent omnes esse dampnatos ¶ Respondeo
dicendum quod vicia spiritualia in dampnatis non
consummentur quod significatur Ezechielis xxxii
ubi dicitur de impiis quod cum armis suis ad
infernum descenderunt et ideo in eis perfecta
invidia est ad quam pertinet dolere de bono
alicuius quod ipse non habet et sic etiam vellet
omnes pati malum quod ipse patitur liberari
enim a malo quod bonum est quare quamdiu
invidia in aliquibus etiam in hac vita tantum
invalescit ut suis propinquissimis etiam invi-
deant de bonis que non habent ipsi Unde
multo amplius dampnati invidia stimulante
vellent suos propinquos cum omnibus aliis esse
dampnatos et dolebunt si sciant aliquos
salvatos sed tamen si non omnes debent dampnari
sed aliqui salvari magis vellent suos propinquos
quam alios a dampnatione liberari quia in hoc
tamen etiam invidia torquebuntur si viderint alios
salvari et suos dampnari Et per consequens
modum dives dampnatus volebat suorum
fratrum dampnationem et sic patet ad obiecta

xix O Consequenter queritur de pena corporali
xviii dampnatorum Utrum scilicet sit ibi tamen
pena ignis vel etiam pena aque
Et videtur quod sic per illud Iob xxiiii° de
impiis transibunt de aquis nivium ad
ad calorem nimium ¶ Sed contra omnis
delectatio et refrigerium a dampnatis au-
feretur sed non potest esse sine quodam refrigerio
quod aliquis afflictus calore ad frigus aque
transeat vel econverso ergo talis penarum al-
ternatio non est in dampnatis ¶ Respondeo dicendum
quod sicut dicit Basilius exponens illud psalmi
Vox domini intercidentis flammam ignis In fine
mundi ignis dividetur et alia elementa et
quicquid est in eis pulchrum et clarum remanebit
superius ad gloriam beatorum quod vero est in
eis feculentum et penosum descendet
in infernum ad penam dampnatorum et ita
tota fex totius creature in infernum colligetur
et erit dampnatis in penam et ideo ne
solum patiantur penam ignis Iustum est enim
ut qui creatorem offenderunt ab omni creatura
puniantur Unde dicitur Sapientie v Et pugnabit orbis
terrarum pro illo contra insensatos

Ad illud autem quod in contrarium obicitur dicendum quod ex huiusmodi mixtione penarum nullum erit in damnatis refrigerium. Ignis enim et aqua et huiusmodi non agunt in corpora damnatorum actione nature ita quod relinquerent suas qualitates in corporibus damnatorum secundum esse naturale sicut ignis relinquit calorem in lignis que facit calida. Alioquin enim contraria non possunt esse simul in eodem, oporteret corpora damnatorum suas qualitates perdere. Et sic transmutata natura organorum oporteret ut fieret pena minus sensibilis. Sed agunt in corpora damnatorum actione spirituali imprimendo suas qualitates corporibus damnatorum secundum esse spirituale per modum quo species colorum est in aere vel oculi in pupilla, non ita quod fiant colorata. Unde corpora damnatorum sentiunt afflictionem a quibus sine hoc quod transmutantur in naturam ignis. Et ideo varietates penarum non faciunt eis ad refrigerium. Refrigerium enim numquam ex alternatione penarum provenire potest, causatur ex transmutatione nature inequalitatis per refrigerium aque superfluitas caleficationis remittitur et ad medium venitur quod est delectabile.

Deinde queritur de gloria beatorum. Et circa hoc queruntur duo. Primo utrum beatitudo sanctorum principalius consistat in intellectu quam in affectu vel voluntate. Secundo utrum per hoc beati fruantur ad videndum quantitatem etc. quam eius deitatem.

viii

Ad primum sic proceditur. Videtur quod beatitudo sanctorum principaliter consistat in intellectu. Dicit enim Augustinus X Confessionum: Beatitudo est gaudium de veritate. Sed veritas pertinet principaliter ad intellectum, ergo et beatitudo. Preterea Iohannis XVII dicitur: Hec est vita eterna ut cognoscant te solum deum et quem misisti Ihesum Christum. Sed cognitio ad intellectum pertinet, ergo et vita eterna sive beatitudo. Preterea Augustinus dicit in primo libro de Trinitate quod visio est tota merces que est beatitudo, ergo pertinet principaliter ad visionem intellectus. Sed contra premium respondet merito. Sed meritum principaliter consistit in voluntate, ergo et beatitudo que est premium. Respondeo dicendum quod felicitas sive beatitudo in operatione consistit et non in habitu ut philosophus probat in primo Ethicorum. Unde beatitudo hominis potest comparari ad aliquam potentiam anime dupliciter. Uno modo sicut obiectum potentie. Et sic beatitudo proprie comparatur ad voluntatem.

xix

Nominat enim beatitudo ultimum finem hominis et summum eius bonum. Finis enim et bonum sunt obiectum voluntatis. Alio modo sicut actus ad potentiam. Et sic beatitudo originaliter et substantialiter consistit in actu intellectus, formaliter autem et completive in actu voluntatis. Quia impossibile est ipsum actum voluntatis esse ultimum finem hominis. Ultimus enim finis hominis est illud quod est primo desideratum. Non autem potest esse quod primo volitum sit actus voluntatis. Prius enim est potentiam ferri in aliquod obiectum quam quod feratur super actum suum. Prius enim intelligitur actus alicuius potentie quam reflexio eius super actum illum. Actus autem terminatur ad obiectum. Et ita quelibet potentia prius fertur in obiectum quam in suum actum. Sic visus prius videt colorem quam videat se videre colorem. Et ita etiam voluntas prius vult aliquod bonum quam velit se velle. Et sic actus voluntatis non potest esse primum volitum et per consequens nec ultimus finis. Sed quodcumque aliud bonum extrinsecum est desideratum quam finis, ille actus noster est nobilior quam finis inferior quo primo perfecte attingimus ad ipsum. Sicut dicimus quod comestio finis est et beatitudo eius qui ponit cibum finem suum, et avaritia eius qui ponit finem suum pecuniam. Finis autem nostri desiderii deus est. Unde actus quo ei primo coniungimur est originaliter et substantialiter nostra beatitudo. Primo autem deo coniungimur per actum intellectus. Et ideo ipsa dei visio que est actus intellectus est substantialiter et originaliter nostra beatitudo. Sed quia hec operatio perfectissima est et convenientissimum obiectum, ideo consequitur maxima delectatio que quidem decorat operationem et perficit eam sicut pulchritudo iuventutem, ut dicitur in X Ethicorum. Unde ipsa delectatio que est voluntatis est formaliter complens beatitudinem. Et ita beatitudinis ultime origo est in visione, complementum autem in fruitione. Ad tertium ergo prime rationes que de fine sunt quia ostendunt quod beatitudo substantialiter consistat in actu intellectus. Ad illud quod obicitur in contrarium dicendum quod meritum consistit in agendo, premium autem in recipiendo. Actio autem primo pertinet ad voluntatem quia ipsa movet omnes alias vires. Sed receptio prius pertinet ad intellectum quam ad voluntatem. Unde premium per prius attribuitur intellectui, meritum vero voluntati.

XX Ad secundum sic proceditur. Videtur quod beati
in gloria prius ferantur ad contemplandam
Christi deitatem quam eius humanitatem.
Altissimo enim statui altissimus actus primo
et principaliter competit, sed beati sunt in statu alti-
ssimo. Cum ergo actus intelligentie que est
potentia altissima, cum eius fertur in deum
sit actus altissimus et nobilissimus, videtur quod
hic actus primo beatis competit ut deum contemplentur.
Praeterea hoc ad perfectionem vie pertinet nos ab
inferioribus ad superiora contemplanda consurgere,
sed beatis erit perfectio contraria perfectioni vie,
ergo ipsi econverso prius superiora contemplabuntur
et sic prius deitatem quam eius humanitatem. Praeterea
tamen ad extremum non pervenitur nisi per
medium, sed medium inter deum et hominem est
Christi humanitas, secundum illud ad Timotheum: Unus mediator
dei et hominum homo Christus Ihesus. Ergo sancti non perve-
nient ad contemplationem deitatis Christi nisi prius
contemplando eius humanitatem. Respondeo dicendum quod
universaliter prius considerat rationem operis quam secundum
rationem operetur. Beati autem adeo sunt deo coniuncti
ut ipse sit eis recta ratio uniuscuiusque cognitionis
et operis. Aliter enim actus beatitudinis per aliquas
conditiones et operationes impediretur. Et ideo
illud ad quod primo sancti intendunt est ipse
deus, et cum Christus medium cuiuslibet cognitionis
et regulam cuiuslibet operationis. Et sic per
prius contemplantur divinitatem Christi quam eius humanitatem.
In utraque tamen contemplatione delectationem inveniunt
ut dicitur Iohannis x: Ingredietur scilicet beatus ad con-
templandam deitatem Christi, et egredietur ad
contemplandam eius humanitatem et utrobique
pascua inveniet, id est delectationem. Et exponitur
in libro de spiritu et anima. Duas igitur primas
rationes concedimus. Ad illud autem quod in tertium
est obiectum dicendum quod ratio illa procedit quantum
ad statum vie in qua nondum sumus deo perfecte
coniuncti et oportet nos ad deum per Christum
accedere, sed cum iam deo in beatitudine con-
iuncti erimus per prius intendemus Christi
deitati quam eius humanitati

ix Deinde quesitum est primo
de capite, id est Christo, deinde
de membris eius. De Christo
quesitum est tripliciter. Primo
quantum ad naturam divinam,
secundo quantum ad unionem humane nature
ad divinam, tertio quantum ad species sub quibus
in sacramento altaris continetur.
Circa primum querebatur utrum deus
possit facere infinita esse actu.
Et videtur quod non. Deus enim potest
facere maius aliquid omni eo quod facit,
alias eius potentia non adequaret opus
ut dicit Hugo de sacramentis. Sed infinito
in actu non potest esse aliquid maius. Ergo non
potest esse quod deus faciat infinitum in actu.
Sed contra deus potest plus facere quam homo possit
dicere vel cogitare secundum illud Luce primo: Non
erit impossibile apud deum omne verbum.
Sed homo potest dicere esse infinitum in actu
et etiam cogitare, nam quidam philosophi hoc
posuerunt, ut patet in iii° physicorum. Ergo deus
potest facere infinitum in actu. Respondeo dicendum
quod cum dicitur deum non posse aliquid facere,
hoc non est propter defectum divine potentie
sed propter impossibilitatem que importatur
in facto. Quod quidem contingit dupliciter. Uno modo
quia repugnat facto in quantum est factum,
sicut dicimus deum non posse facere aliquam
creaturam que se in esse conservet, et
ex hoc ipso quod res aliqua ponitur habere
causam superiorem ponitur etiam indigere
conservatione, cum idem sit causa essendi
rem et conservandi rem in esse. Alio modo
quia repugnat huic facto in quantum
est hoc factum, sicut si dicamus deum non
posse facere equum rationalem. Esse enim
rationale quamvis non repugnet facto
in quantum est factum, sed esse rationale repugnat
huic facto scilicet equo, repugnat enim
equo in quantum est equus in cuius diffinitione
cadit irrationale. Quando ergo dicitur quod
deus non potest facere esse infinitum in actu
quia esse infinitum repugnat facto in quantum
est factum. Est enim contra rationem creature
ut creatorem adequet, quod oportet ponere
si esset aliqua creatura infinita. Infinito
enim maius infinito non est. Sed illud non
videtur rationabiliter dici. Nichil enim
prohibet illud quod est infinitum per unum
modum limitari ab eo quod est infinitum
pluribus modis, sicut si esset aliquod corpus
infinitum secundum longitudinem, finitum vero
latitudine, esset minus corpore longitudine
et latitudine. Dato autem quod deus faceret

aliquod corpus infinitum actu, corporis quidem
hoc esset infinitum quantitate dimensiva, que de ne-
cessitate habet naturam speciei determinatam, et esset
limitatum ex hoc ipso quod esset res materialis. Unde non
esset equale deo, cuius esse et essentia omnibus modis
omnibus infinita. Alii vero dixerunt quod esse infinitum
in actu, secundum aliquem modum non repugnat facto
infinitum quantum ad scitum, nec habuit facto, inquantum est
quantum ad scitum, quia est in actu. Aliquis vero modus non re-
pugnat enti in actu esse infinitum. Et hec est opinio
Algazelis. Distinguit enim duplex infinitum,
scilicet infinitum per se et infinitum per accidens. Cuius
distinctionis sic intellectus hic modo accipi potest, quod cum
infinitum principaliter in quantitate inveniatur, ut dicitur
in physica, tunc quantitas in qua infinitum consistit
habeat talem multitudinem, cuius una queque pars ab
altera dependeat, et certum ordinem habeat, ita quod
una queque pars illius multitudinis requiratur per se,
tunc infinitum in tali quantitate consistens dicetur
infinitum per se. Sicut patet in hoc, quod baculus move-
tur a manu, et manus a lacertis et nervis, que
moventur ab anima. Unde si hic in infinitum procederet
ut scilicet anima ab alio moveatur, et sic deinceps
in infinitum, vel baculus aliquid aliud moveat,
esset in infinitum esset multitudo illorum motuum et
motorum per se primo infinita. Si vero quantitas
in qua consistit infinitum resultat ex aliquibus
pluribus, que eundem ordinem servent et quorum
unus non requiritur nisi per accidens, sicut si aliquis
faber cultellum faciat, ad cuius constitutionem multis
marcellis indigeat, ex hoc quod unus post alium
frangitur, et unus succedit in loco alterius, eundem
ordinem tenens, si multitudo talis in infinitum ex-
crescat, dicetur infinitum per accidens et non per se.
Accidit enim fabrili operi marcellorum infinita
multitudo, cum per unum marcellum, si duraret perpetu-
aliter, posset expleri sicut per infinitos. Dicit igitur
quod infinitum, quod infinitum per se repugnat ei quod
est esse in actu, eo quod oportet in hiis que per se or-
dinem habent compleri posterius per comparatorum quam secundo
ordinem, et sic ad unum constituendum requireretur in-
finitorum ordinata influentia, si esset aliquid
infinitum per se, et ita numquam posset compleri, cum
infinitum non sit transire. Sed infinitum per accidens
secundum eos non repugnat ei quod est esse in actu,
cum una pars multitudinis ab altera non dependeat.
Unde secundum hoc nichil prohibet esse infinitum
in actu, sicut Algazel dicit in sua methaphysica,
animas rationales hominum defunctorum esse infinitas,
eo quod ponit generationem hominum ab eterno fuisse, et
animas post mortem corporum remanere. Et secundum hanc
opinionem deus posset facere infinita esse actu in-
finita in actu. Sed contra commentator in XI
methaphysice dicit, quod infinitum in actu esse non potest,
nec infinitum per se, nec infinitum per accidens.
In potentia vero invenitur infinitum per accidens,

sed non infinitum per se. Et sic secundum eum
esse infinitum omnino repugnat ei quod est esse
in actu, et hoc verius esse videtur. Non enim
potest esse in actu in rerum natura aliquid non
specificatum ad diversas species, in quantum se habens
genus enim intellectus concipiat. Animal non
specificatum rationali vel irrationali differentia
non tamen potest esse actu animal, quod non sit rationale
vel irrationale. Unde secundum Porphirium non
est in genere, quod non est in aliqua eius specie.
Una vero queque quantitas specificatur per certos
terminatos quantitatis, sicut multitudinis species sunt
duo tria cetera, et magnitudinis species sunt
bicubitum tricubitum, et huiusmodi secundum aliquam
determinatam mensuram. Unde impossibile est
sic invenire aliquam quantitatem in actu que
non sit propriis terminis limitata. Nota quan-
titas que non habet certas et terminatas dimen-
siones non est quantitas, et similiter multitudo
que non comprehenditur sub certa specie numeri non
est multitudo. Cum autem infinitum congruat quanti-
tati ut dicatur infinitum per privationem terminorum, impossibile
est infinitum esse in actu, propter quod dicit
philosophus in III physicorum, quod est infinitum sicut ma-
teria nondum specificata, scilicet sub privatione existens,
et quod sic habet magis in ratione partis, et continen-
ti quam totius et continentis. Et ideo sicut deus non potest
facere quod rationale ita non potest facere quod sit
actu infinitum esse. Unde per in gradibus ipsi
concludunt, eorum non recte concludunt. Eo quod
si ponatur deus facere aliquid infinitum secundum
unum modum, adhuc potest aliquid infinitum facere
in alio ordine, sicut si posset facere infinitos
lapides. Infinito enim non est aliquid maius
in illo ordine quo est infinitum, sed secundum
alium ordinem nichil prohibet aliquid maius
infinito, sicut omnes partes sunt infinite, et in
omnes pares et impares sunt accepti simul
plures omnibus paribus. Ad illud vero quod
in contrarium obicitur, dicendum quod verbum intellectum
non solum dicitur illud quod verbis profertur
sed quod mente concipitur. Quod autem sibi ipsi est
repugnans mente concipi non potest, licet aliqua
possint intelligere contradictoria esse simul vera
ut probatum in IIII methaphysice. Unde cum
esse infinitum repugnat ei quod est esse
actu, hoc non est verum. Unde non est
infinitum in actu. Unde sequitur quod sit
deo impossibile. Philosophi autem qui posuer-
unt infinitum esse in actu propriam
vocem ignoraverunt. Igitur etc.

Deinde querebatur de Christo quantum
ad unionem humane nature cum divina.
Et circa hoc querebantur tria. Primo
utrum sit in Christo una ypostasis tantum. Secundo
utrum sit in eo unum tantum esse. Tertio utrum
sit in eo una tantum filiatio.

Ad primum sic procedebatur. Videtur quod in
Christo sint plures ypostases.
Unio enim anime ad corpus pre-
supponitur ad assumptionem, quia Christus humanitatem
suam humanam naturam assumpsit, que cum sit
forma corporis, dicat aliquid compositum ex anima
et corpore. Sed anima ad corpus unita facit
ypostasim hominis. Ergo ypostasis in humana
natura preintelligitur assumptioni. Sed de quo
preintelligitur assumptioni, potest dici esse assump-
tum. Ergo ypostasis verbi assumpsit ypostasim
hominis, et sic sunt due ypostases in Christo.
Preterea corpus preintelligitur assumptioni esse
assumptibile. Sed corpus non est assumptibile
nisi ut unitum anime rationali. Non enim dicitur
corpus inanimatum esse assumptibile. Ergo unio
anime et corporis preintelligitur ad assumptionem
humane nature, et sic idem quod prius. Preterea
medium unionis presupponitur ad unionem.
Sed gratia est medium unionis humane nature
ad divinam personam. Unde dicitur gratia unionis.
Ergo presupponitur ad unionem. Gratia autem non potest
intelligi nisi in anima. Anima autem non intelligitur
esse antequam corpori uniatur. Creando enim in-
funditur et infundendo creatur. Ergo oportet in-
telligi unionem anime, et sic idem quod prius.
Preterea humanitas est quedam forma substantialis
que requirit aliquid quod per ipsam informatur
per aliquam formam creatam. Ergo oportet in Christo
ponere suppositum vel ypostasim creatam que
humanitate informetur, et sic in Christo erunt
due ypostases, ypostasis scilicet verbi et ypostasis
hominis. Sed contra ea que sunt ad invicem
disparata non predicantur de se invicem nisi propter
hoc quod conveniunt in uno supposito, sicut dicimus
quod album est dulce propter unitatem subiecti. Sed
divina natura et humana sunt nature penitus
disparate. Predicantur autem de se invicem in
concreto. Dicimus enim deus est homo et homo est deus.
Ergo est ibi unum suppositum tantum, et una
ypostasis. Si dicatur quod pariter predicantur
de se invicem propter hoc quod conveniunt in una
persona, non propter hoc quod conveniunt in uno
supposito vel ypostasi una, sicut dicimus album
esse dulce. Contra persona non addit super
ypostasim vel suppositum nisi aliquid accidens,
scilicet proprietatem ad dignitatem pertinentem. Si ergo
in Christo esset una persona et non unum suppositum
vel ypostasis, divina natura et humana convenirent
in Christo unite solum in accidente, quod falsum est.

Respondeo dicendum quod secundum opinionem secundam, quam magister in
vi di. iii li. Sen. ponit, que est communis opinio
modernorum, et aliis multo verior et securior. In
Christo est unum suppositum tantum, et tantum una ypostasis,
sicut et persona una. Oportet namque nos secundum
doctrinam fidei ponere unam rem subsistentem
in duabus naturis, scilicet divinam et humanam. Alias
non posset dici quod unus esset dominus Ihesus Christus secundum
sententiam apostoli i ad Cor. viii. Unde et Nestorius
dampnatus est propter hoc quod Christum presumpsit dicere duas
personas habere. Illud autem quod est subsistens in
natura est aliquid individuum et singulare. Unde
unitas Christi in qua due nature uniuntur ultimo
est alicui horum per quod singularitas designatur.
Nomen autem quod singularitatem designat, quoddam
significat singulare in quolibet genere entis, sicut
hoc nomen singulare, et particulare et individuum.
Nam universale et particulare circuit omne genus.
Quedam vero significant singulare solum in genere
substantie, sicut hoc nomen ypostasis, quod significat
individuam substantiam, et hoc nomen persona quod
significat individuam substantiam rationalis nature,
et similiter hoc nomen suppositum et res nature. Quorum
nullum de hac albedine potest predicari, quamvis hec
albedo sit singularis, eo quod unumquodque eorum
significat aliquid ut subsistens. Accidentia
vero non subsistunt. Partes vero substantiarum quamvis
sint de natura subsistentium, non tamen per se sub-
sistunt, sed in alio sunt. Unde etiam predicta nomina
de partibus substantiarum non dicuntur. Non enim dicimus
quod hec manus sit ypostasis vel persona vel suppositum
vel res nature, quamvis possit dici quod sit
quoddam individuum vel particulare vel singulare,
que nomina de accidentibus dicebantur. Non autem potest
dici quod humana in Christo vel aliqua pars eius
sit per se subsistens. Hoc enim unioni repugnaret,
nisi poneretur unio secundum quid, et non simpliciter,
sicut uniuntur lapides in acervo, vel duo
homines per affectum amoris, vel per aliquam
imitationem similitudinis, que omnia dicuntur esse unum
secundum quid et non simpliciter. Quod enim est unum
simpliciter, et per se subsistens, nichil continet
actu per se subsistens, sed forte in potentia.
Unde servata veritate unionis naturarum in Christo,
oportet ponere sicut unam personam, ita et unam
ypostasim, et unum suppositum, et unam rem
nature. Sed propter humanam naturam in Christo nichil
prohibet dicere esse quoddam individuum vel singulare
vel particulare, et similiter quasdam partes huius nature,
ut manus et pedes et ossa, quorum quodlibet est
quoddam individuum, non per se subsistens, vel singulare
vel particulare. Quod predicatur de Christo est unum tantum.
Unde possumus dicere in Christo esse plura individua
vel singularia vel particularia, sed plures ypostases

ix

uel supposita non possumus dicere in Christo esse. Ad primum ergo dicendum quod ex unione anime et corporis constituitur et homo et humanitas que quidem duo hoc modo differunt quod humanitas significat per modum partis eo quod humanitas dicitur qua homo est homo. Et sic precise significat essentialia principia speciei per que hoc individuum in tali specie collocatur. Unde se habet per modum partis cum preter huiusmodi principia multa alia in rebus nature inveniantur. Sed homo significat per modum totius. Homo enim dicitur habens humanitatem uel subsistens in humanitate sine precisione quorumlibet aliorum supervenientium essentialibus principiis. Immo per hoc quod dico homo non precluditur quin ipse habeat colorem et quantitatem et alia huiusmodi. Secundum ergo tertiam opinionem predictam unioni humane nature ad divinam presupponitur unio anime et corporis secundum quod constituit humanitatem, non secundum quod constituit hominem. Illud enim quod in Christo est constitutum ex anima et corpore tamen quod unioni presupponitur non est totum per se quod subsistit sed aliquid eius. Et ideo non potest significari ut homo sed ut humanitas. Unde oportet dicere quod in ipsa unione humane nature ad divinam que in termino assumptionis intelligatur primo in Christo ratio hominis prout nunc primo intelligitur ut res per se subsistens completa. Et in hoc differt ab aliis duabus opinionibus. Nam prima opinio ponit quod unio anime ad carnem presupponitur quantum ad intellectum assumptioni humane nature non solum secundum quod constituit humanitatem sed etiam secundum quod constituit hominem. Dicit enim hominem assumptum. Secunda vero opinio ponit quod nec in termino assumptionis intelligitur anima corpori unita nec ad constituendum hominem nec ad constituendum humanam naturam in Christo. Et ideo est tamquam heretica condempnata. Ad secundum dicendum quod corpus unitum anime preintelligitur assumptioni humane nature, unitum autem deo unione constituente hominem. Ad tertium dicendum quod gratia habitualis non intelligitur ut medium unionis quod secundum intellectum precedit unionem. Non enim est medium tale quod causet unionem uel unibilitatem sed medium quod facit ad congruitatem unionis sicut decora vestis facit ad coniunctionis matrimonialis congruitatem. Et similiter scientia et omnes alie perfectiones Christi possunt dici medium unionis. Et pro tanto gratia habitualis Christi potest dici gratia unionis. Verumtamen puto quod gratia unionis dicatur uel ipsa gratuita dei voluntas que gratis nullis meritis precedentibus unionem fecit uel per ipsum donum gratis datum humane nature quod est esse in divina persona. Et tamen anima unita corpori preintelligitur ad assumptionem solum non medium est ut prius. Ad quartum dicendum quod humanitas non est forma partis que dicatur forma quia informet aliquam materiam uel subiectum sed dicitur forma totius in supposito nature subsistentis. Unde oportet ponere quod ypostasis increata informat humanitatem et quod subsistat in ea.

iii

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod in Christo non sit tantum unum esse. Vivere enim secundum philosophum in ii de anima viventibus est esse. Sed in Christo non est tantum unum vivere cum sit in eo vita increata scilicet vita qua vivit corpus per animam que morte privatur et vita increata qua vivit verbum per se ipsum. Ergo in Christo non est tantum unum esse. Praeterea sicut esse est suppositi ita et operatio. Sed unitas suppositi non facit quod in Christo sit plures operationes. Ergo non facit quod in Christo sit tantum unum esse. Praeterea creatio est mutatio ad esse. Sed in Christo est quedam generatio temporalis de qua Matthei i. Christi autem generatio sic erat que non potest terminari ad esse eternum. Ergo terminatur ad esse temporale et eternum. Ergo in Christo est duplex esse. Cum in Christo maxime sit esse increatum. Praeterea unicuique est attribuendum esse de quo competenter quesitum potest an est. Sed de humana natura potest queri an est. Ergo humana natura habet esse proprium in Christo et sic est in eo duplex esse. Cum et divina natura suum esse habeat. Sed contra quecumque sunt distincta secundum esse sunt in supposito distincta. Sed in Christo est unum tantum suppositum. Ergo et unum tantum esse. Responsio. Dicendum quod esse dupliciter dicitur ut patet per philosophum in v metaphysice. Et idem innuit glosa Augustini super principium Johannis. Uno modo secundum quod est copula verbalis significans compositionem cuiuslibet enuntiationis quam anima facit. Unde hoc esse non est aliquid in rerum natura sed tantum in actu anime componentis et dividentis. Et sic esse attribuitur omni ei de quo potest propositio formari sive sit ens sive privatio entis. Dicimus enim cecitatem esse. Alio modo esse dicitur actus entis in quantum ens id est quo denominatur aliquid ens actu in rerum natura. Et sic esse non attribuitur nisi rebus ipsis que in decem generibus continentur. Unde ens a tali esse dictum per decem genera dividitur. Sed hoc esse vere attribuitur soli substantie per se subsistenti. Unde quod vere est dicitur substantia ut patet in primo physicorum. Alia vero que non per se subsistunt sed in alio et cum alio sive sint accidentia sive forme substantiales aut quelibet partes non habent esse ita quod ipsa vere sint sed attribuitur eis esse alio modo id est quo aliquid est sicut albedo dicitur esse non quia ipsa in se subsistat sed quia ea aliquid habet esse album. Esse ergo proprie et vere non attribuitur nisi rei per se subsistenti. Huic autem attribuitur esse duplex. Unum scilicet esse quod resultat ex hiis ex quibus eius unitas integratur quod est proprium esse substantiale suppositi. Aliud esse est quod supposito

attribuit, preter ea que integrant ipsam naturam
quod est esse superadditum scilicet accidentale, ut
esse album attribuitur sorti cum dicitur sor. est albus
Dicendum ergo quod ponimus in xpo unam rem subsistentem
tantum ad cuius integritatem concurrit ipsa humanitas
et est unum suppositum utriusque nature. Ideo
oportet dicere quod esse substantiale quod per se attribuitur
supposito in xpo est unum tantum. habet autem
unitatem ex ipso supposito et non ex naturis
Si tamen ponatur humanitas a deitate separari tunc
humanitas suum esse haberet aliud ab esse divino.
Non enim impediebat quin proprium esse haberet
si quelibet natura per se esset subsistens, sicut si
arca esset quoddam individuum naturale ipsa
tota haberet nisi unum esse quelibet tamen partium
eius ab arca separata proprium esse haberet.
Et sic patet quod secundum opinionem sancti thome oportet dicere
quod in xpo est tantum unum esse substantiale secundum
quod est esse suppositi licet eius sit medio multi-
plex esse accidentale. Ad primum ergo dicendum quod
unumquodque dicitur esse quoddam specificum per speciale
essendi principium et ideo diversitas unitatis consequitur
diversitatem principiorum unitatis sed esse magis
respicit ad suppositum subsistens. Ad secundum
dicendum quod operatio suppositi non est de integritate
unitatis eius, sed consequitur ad unitatem. Unde
unius suppositi invenitur multitas operationum
secundum diversa operationum principia que supposito
insunt, sicut homo aliquid operatur ligno et manu
sed esse est illud in quo fundatur unitas suppositi.
Unde non omne multiplex prejudicat huic
unitati. Ad tertium dicendum quod generatio temporalis
terminatur non ad esse suppositi eternum ut supponitur
per eam esse incipiat sed quod incipiat esse sup-
positum huius id esse scilicet humane nature. Ad
quartum dicendum quod obiectio illa procedit de esse quod
in actu anime consistit quod est de accidentalibus que sunt

iij Ad tertium sic proceditur. Videtur quod in
xpo non sit tantum una filiatio.
Multiplicata enim causa multiplicatur
effectus sed nativitas est causa filiationis
ergo cum in xpo sint due nativitates erunt
et due filiationes. Preterea impossibile est idem
filium matris et corrumpi, sed supposito quod beata
virgo ante xpi mortem mortua fuisset corrupta
fuisset filiatio qua filius matris
dicebatur manet autem filiatio eterna qua
dicitur filius patris ergo alia filiatione dicitur
xpus filius patris et alia filius matris. Preterea
est alius respectus sed non alia filiatio
Contra filius est relativum secundum esse et non
tantum secundum dici quod relativa secundum philosophum
in predicamento sunt quorum esse est ad aliud
se habere. Ergo esse filium est esse respectus
quo refertur ad aliquid et ita si sunt plures

respectus sunt plures filiationes. Preterea in relatione
nichil invenitur nisi respectus et causa sive fundamentum
respectus, sicut unitas quantitatis est fundamentum
relationis que est equalitas, sed respectus sunt diversi
quo xpus refertur ad patrem et matrem fundamenta ex horum
respectuum diverse sunt cause scilicet ipse nativitates. Nam
filius est relatio originis ergo in xpo sunt plures filiationes.
Sed contra filiatio est relatio personalis, sed in xpo
est tantum una persona ergo est una filiatio. Ideo dicendum
quod in xpo una est tantum filiatio secundum rem licet
sint plures respectus relativi secundum rationem. Ad
cuius evidentiam sciendum quod in hoc differt ad aliquid al' relam
ab aliis generibus quod alia genera ex ipsa sui ratione
habent quod aliquid sint. quantitas enim talis ex ipso
quod est quantitas aliquid ponit, et similiter est de aliis.
sed ad aliquid ex ipsa sui ratione generis non habet quod
ponat aliquid, sed ad aliquid. Unde inveniuntur ad
aliquid que nichil sunt in rerum natura sed in relatione
tantum quod aliis generibus non convenit. Et similiter ad
aliquid ex ratione sui generis non habeat quod ponat
aliquid, non tamen contrarium habet ex ipsa generis ratione
quod nichil ponat, alioquin nulla relatio esset
aliquid in rerum natura. Unde ad aliquid non
habet unum ex decem generibus, habet autem relatio quod sit
aliquid reale ex eo quod relationem causat. Cum
enim in alio invenitur aliquid per quod ad alterum
dependeat ut compescit tunc dicitur respectum comparari
vel dependere aut referri. Sic equalitas relatio
realis, ponitur ex virtute quantitatis que causat
equalitatem. Et una vero ex eadem re habet esse
et unitatem. Ideo realitas unitatis relationis
pensanda est ex ipso relationis fundamento vel
causa, ut si est una qualitas per quam pluribus
sum equalis in me non est nisi una relatio
realis equalitatis. licet respectum ad plures. Similiter
quod una natura causante ex patre et matre genitus
sum una filiatione reali dicor filius utriusque
licet multiplicetur respectus. Sed in xpo non possunt
dici una causa esse filiationis secundum quam re-
fertur ad patrem et matrem, cum sint due na-
tivitates penitus disparate. Unde si esset aliquid
quod filiationem realem posset recipere ut subiectum
oporteret in xpo ponere plures filiationes. Nam autem
filius est talis relatio quod non potest habere pro subiecto
nisi quam suppositum. In xpo autem non est nisi
suppositum eternum quod quidem non potest esse subiectum
alicuius temporalis relationis, quecunque enim rela-
tiones temporales de aliquo eterno dicuntur sunt relationes
rationis et non rei. Unde filiatio qua xpus
refertur ad matrem non est relatio realis. sed
rationis tantum sicut et relationes que dicuntur de deo
ad creaturas. Non enim potest dici quod subiectum filiationis
sit suppositum eternum ratione humane nature vel
alicuius partis eius sicut dicitur suppositum mortuum

lx

vel passionis contra sic ipsa humana natura vel propter eius esset secundum subiectum filiationis et denominaretur per ipsam sicut contingit etiam de aliis accidentibus, quod attribuitur Christo ratione humane nature. Filiatio vero numquam denominat nisi ipsum suppositum. Non potest igitur aliud pro subiecto habere. Nichil tamen prohibet aliquas reales relationes in esse Christo ad virginem sicut cum dicitur corpus Christi est originaliter ex virgine. Sed ista relatio non habet rationem filiationis nisi poneretur secundum primam opinionem suppositum aliud esse aliud in Christo a creato. Ad primum ergo dicendum quod ex nativitate temporali non innascitur filiatio realis, sed rationis tantum, quamvis Christus sit filius virginis, sicut deus realiter est dominus creature, quamvis in eo dominium non sit relatio realis dei. Dicitur enim realiter dominus propter realem potestatem, et sic dicitur Christus realiter filius virginis propter realem nativitatem. Ad secundum dicendum quod respectus relationis dependet ex termino ad quem aliquid refertur et ideo destructo termino respectus aufertur. Sed tamen filiatio realis ad patrem remanet in Christo etiam supposita morte matris. Ad tertium dicendum quod in illa philosophi descriptione esse ponitur pro ratione essendi, secundum quod differentia dicitur ordo secundum quem. Unde non oportet quod habeat esse relatio ex respectu, sed ex causa respectus. Ex respectu vero habet propriam rationem generis vel speciei. Ad quartum dicendum quod quamvis sit respectus filiationis diversa et causa filiationis diversa, tamen filiationes non possunt esse due ratione iam dicta.

Deinde queritur de Christo quantum ad species sub quibus in sacramento altaris continetur. Utrum scilicet sint ibi accidentia sine subiecto. Et videtur quod non. Deus enim non potest facere contradictoria esse simul vera. Hoc autem esset si ab aliquo removeretur illud quod est de sua diffinitione. Ergo cum in diffinitione accidentis cadat esse in subiecto, quia accidentis esse est inesse, videtur quod deus non possit facere accidens esse sine subiecto. Praeterea de eodem predicatur diffinitio et diffinitum; sed esse per se est diffinitio vel descriptio substantie. Si ergo in sacramento altaris accidentia sunt per se et non in subiecto, sequitur quod sint substantie, quod est absurdum dicere. Praeterea ex accidentibus non potest generari substantia; sed videmus ex illis speciebus generari vermes et cineres, que constat non generari ex corpore Christi. Ergo accidentia non sunt ibi sine subiecto. Dicendum ergo generatur miraculose. Sed contra, miracula ordinantur ad edificationem fidei, sed hic non ordinatur ad edificationem fidei sed magis ad scandalum, quod vermes ex inde generentur; ergo non fit miraculose. Praeterea in sacramento veritatis nichil debet esse inordinatum, sed contra ordinem quem deus imposuit est accidens sine subiecto esse. Ergo non sunt ibi accidentia sine subiecto. Sed contra sensus decipitur in proprio sensibili secundum philosophum in 2° de anima, sed sensus iudicat ibi esse colorem et saporem et alia huiusmodi, ergo hec accidentia sunt vere ibi. Non autem sunt in corpore Christi sicut in subiecto, nec etiam in aere, quia neutrum sit naturaliter affectum talibus accidentibus. Ergo accidentia sunt ibi sine subiecto. Respondeo dicendum quod accidentia sunt ibi sine subiecto, quod qualiter esse potest hinc considerandum est. Dicendum in omnibus causis ordinatis secundum propositionem illam libri de causis, prima causa vehementius imprimit in causatum cause secunde quam est causa secunda. Unde fit ut causa prima non retrahat operationem suam ab effectu etiam postquam causa secunda retraxerit, ut dicitur ibidem in commento. Universalis autem causa et prima omnium entium deus est, non solum substantiarum sed accidentium. Ipse enim est creator substantie et accidentis. Sed accidentia prodeunt ex eo quodam ordine. Nam mediantibus substantie principiis accidentia producuntur. Unde secundum nature ordinem accidentia a principiis substantie dependent ut sine subiecto esse non possunt, tamen per hoc non excluditur quin deus tamquam prima causa possit accidentia in esse servare secunda remota. Et secundum hunc modum accidentia miraculose sunt in sacramento altaris sine subiecto, virtute scilicet divina ea tenente in esse. Ad primum ergo dicendum quod cum dicitur accidentis esse est inesse vel qualitercumque ponatur subiectum in diffinitione accidentis, intelligitur esse diffinitio per additionem, quia in diffinitione ponitur aliquid quod est extra essentiam diffiniti, sicut nasus ponitur in diffinitione simi. Hoc autem est propter naturalem dependentiam accidentis a subiecto. Sed hec non impedit deus potest accidentia sine subiecto conservare. Nec tamen sequitur contradictoria simul esse vera, quia subiectum non est de substantia accidentis. Ad secundum dicendum quod secundum Avicennam in sua methaphysica esse non potest poni in diffinitione alicuius generis vel speciei, nec tamen genera vel species non sunt secundum unum esse in omnibus. Et ideo hec non est vera diffinitio substantie: substantia est quod per se est, vel accidens est quod est in alio; sed est circumlocutio vel descriptionis que taliter intelligitur. Substantia est res cuius nature debetur esse non in alio. Accidens vero est res cuius nature debetur esse in alio. Unde patet quod quamvis accidens miraculose sit non esse in subiecto, non tamen pertinet ad diffinitionem substantie. Non enim per hoc eius nature debetur esse non in alio, nec egreditur diffinitionem accidentis quia adhuc natura eius remanet talis ut ei debeatur esse in alio. Ad tertium dicendum quod de hiis que generantur ex speciebus ut vermibus vel cineribus aut aliquibus huiusmodi due sunt opiniones magis probabiles, quarum una est que dicit quod substantia panis redit ex qua possunt talia generari.

Sed hec opinio videtur impietatem continere
propter duo, nisi debite intelligatur. Primo quia
non potest esse quod iterum sit ibi substantia panis. Aut
enim oportet ponere ibi esse substantiam panis
creatam speciebus manentibus, et sic tunc corpus
christi tamdiu sit sub sacramento, quamdiu species ma-
net. Sequeretur quod aliquando erit ibi corpus christi
et substantia panis, quod non sustinet ratio.
Aut hoc erit destructis speciebus, et hoc iterum
est inconveniens, ut substantia panis sit sine
propriis accidentibus panis. Secundo apparet
impietas propter nomen reditus; si enim ali-
quid est in aliud conversum, non potest dici redire
nisi id convertatur in ipsum. Substantia autem panis
non est annichilata, sed transsubstantiata
in corpus christi. Unde non potest intelligi quod
substantia panis redeat, nisi corpus christi convertatur
in panem, quod est absurdum. Unde si debet
ista opinio sustineri, intelligenda est per
substantiam panis materia panis, non quod redeat
que prius erat ibi, sed quod destructis speciebus
alia materia a deo ibi producatur, vel per
creationem, vel quocumque alio modo, de qua possit
huiusmodi corpora generari. Alia vero opinio
est planior, ut dicatur quod illis accidentibus
sicut dictum est, per se subsistere divina virtute
sicut datum est eis ut agant, et ex eis fiat
quicquid fieret ex substantia panis, vel quicquid
ageretur si maneret, et sic virtute miraculi
et vermes et cineres, et ex inde generantur
et carnes generantur. Si quis multas hostias
comederet, et omnia alia fierent, que ipsa
substantia panis ante fecisset, et hoc totum
fit quantitas, que ibi substat aliis accidentibus
loco subiecti. Ad quintum dicendum quod hoc miraculum
ordinatur ad fidem, ne fides suum meritum
perdat, sed non sacramenti misterium deprehendatur.
Ad quartum dicendum quod nichil prohibet aliquid
esse ordinatum considerando communem ordinem, quod
contrarium est ordinatum pro aliqua causa
speciali, et hoc modo contingit. Secundum ordinem rerum
communiter ordinatum sit ut accidens sit in
subiecto, nichil tamen prohibet ex certa causa ordi-
natum esse ut in sacramento altaris accidens
sit sine subiecto, ut scilicet fides meritum habeat
per cetera sacramenta.

Deinde queritur de membris christi.
Et primo de angelis, secundo de hominibus.
De angelis queruntur duo. Primo
quantum ad naturam ipsorum, utrum sint compositi
ex materia et forma. Secundo quantum ad cognitionem
ipsorum, utrum simul in actu possint esse in
cognitione matutina et vespertina, id est
utrum simul cognoscant res in propria natura et in verbo.

Tertio quantum ad meritum voluntatis, utrum scilicet
potuit eodem actu caritatis mereri fruitionem et frui.
Quarto quantum ad motum, utrum moveantur in instanti.
Quinto quantum ad effectum, utrum possint imprimere
vel aliquid facere in istis corporibus inferioribus.

vi. Ad primum sic proceditur. Videtur quod angelus
sit compositus ex materia et forma. Augustinus
enim dicit de mirabilibus sacre scripture:
Omnipotens deus ex materia informi, quam prius
condidit, corporalium et incorporalium, sensibilium et
insensibilium, intelligibilium et intellectu carentium
multiformes species divisit. Angeli autem sunt
intelligibiles et incorporales, ergo habent materiam in
sui compositione. Praeterea Boetius dicit in libro de unitate
et uno: Quodcumque est unum quiddam simplicium,
ut angelus et anima, quorum unumquodque est unum
coniunctione materie et forme, et sic idem quod prius.
Praeterea omne quod est in genere, habet genus et differentiam.
Genus autem secundum Avicennam in sua methaphisica
sumitur ex natura materie, differentia ex natura forme; ergo
omne quod est in genere compositum est ex materia
et forma. Angelus autem est in genere, sub certa cum
substantia sit habens speciem limitatam, ergo angelus
est compositus ex materia et forma. Sed dicendum quod differentia
angeli non sumitur ex forma, sed ex formali quod
est ipsum esse angelo. Contra differentia cuiuslibet
rei est de essentia eius, et intrat diffinitionem
ipsius; sed in omni creatura esse est aliud ab
substantia seu essentia eius, nec intrat diffinitionem eius,
ut Avicenna dicit; ergo differentia angeli non potest sumi
ex esse ipsius. Praeterea deo ostendit impossibile
plura summa bona esse, quia oportet ea in aliquo
convenire, tunc utrumque sit summum bonum, et in aliquo
differre, alias non essent plura, et sic erunt composita.
Sed constat esse plures essentias angelicas, ergo
oportet eas in aliquo convenire et in aliquo differre,
et sic oportet eas esse compositas; sed compositionis partes
sunt materia et forma, ergo angeli componuntur ex materia
et forma. Sed contra est quod dicit Boetius
de duabus naturis in una persona christi: Omnis
natura incorporee substantie nullo nititur
materie fundamento; sed angeli sunt incorporei, ergo non est
in eis materia. Respondeo dicendum quod quidam ponunt angelos
compositos ex materia et forma, sed hoc videtur repugnare
nature eorum propter duo, que in eis inveniuntur.
Primum quod sunt intelligibiles. Si enim angeli haberent
materiam de sui compositione, oporteret omne quod in eis
est esse in eis per modum materie. Tunc omne quod
est in aliquo sit in eo per modum recipientis,
ut habetur in libro de causis. Forma autem aliqua
hoc modo est in materia, quod in ea habet esse particulare
et materiale. Unde si angeli essent ex materia compositi,
oporteret quod forme quibus intelligunt essent particulares.

ix

sunt essent in eis secundum esse materiale et particulare
Et sic sequeretur hoc impossibile quod angelus numquam
cognosceret aliquid nisi particulare quia forma
particularis in aliquo recepta non potest esse universalis
cognoscendi principium sicut patet in sensu. Nec potest
obviari per hoc quod ponatur angelus compositus ex materia
alterius nature quam materia corporali quia quamvis esset
illa materia constat quod recipit formam substantialem angeli
particularis cuius angelus non esset res particularis
et sic illa materia conveniret cum hac materia in hoc
quod forme in ea recipiuntur per modum particularitatis
Unde impossibile est angelum vel aliquam
substantiam intellectualem ex materia componi. Cum alterius
modi sit receptio qua recipit intellectus formas
et qua recipit materia prima ut dictum est. Unde dicit
Algazel in libro de anima Omnium philosophorum sententia est
quod intellectus immunitatem habet a materia quod compositio repugnat
eis per hoc quod incorporales sunt. Continuitas enim
ex materia componitur quia oportet in materia convenire
Eo quod materia secundum se accepta cum quantitate formam
careat non habet in se aliquam distinctionis
rationem Composita autem unitate non impossibile
est quod una materia contrarias et disparatas
formas recipiat nisi secundum diversas partes
Non enim potest eadem materia et secundum idem accipere
formam angeli et formam lapidis Diversitas
autem partium non potest intelligi in materia nisi in-
tellecta divisione. Nec divisio nisi intellecta
dimensione quia sine quantitate substantia remanet
indivisibilis ut dicitur in primo physicorum Oporteret
enim omnia que sunt composita ex materia dimensibilia
esse et sic nullum incorporeum posset esse ex materia
compositum Sed quia substantia angeli non est suum esse
hoc enim soli deo competit cui esse debetur ex
seipso et non aliquo Invenimus in angelo et formam
sive quiditatem eius qua subsistit et eius
esse quo subsistit quo scilicet actu essendi dicitur
esse sicut actu currendi dicimur currere Et sic
dicimus angelum esse compositum ex quo est et quod est
vel secundum verba Boetii ex esse quod est Et quia
ipsa substantia angeli in se considerata est in potentia
ad esse cum habeat esse ab alio et ipsum esse sit
actus eius Ideo est in eo compositio actus et potentie
Et sic posset in eo concedi materia et forma si omnis
actus dicatur forma et omnis potentia materia
Sed hoc non competit in proposito quia esse non est actus
qui sit pars essentie sed forma est ipsa quiditas
angeli secundum substantiam per se subsistens quod materie
non competit Ad primum ergo dicendum quod Augustinus super
Genesim ad litteram materiam informem quam deus primo
condidit dicit significari per celum et terram non quia
In principio creavit deus celum et terram ut per
terram significaretur materia informis visibilium
rerum per celum autem ipsa natura angelica nondum
formata per conversionem ad deum ut ipsa naturalia
angelorum attribuatur eis ipsi materia et dona

gratie attribuatur eis ipsi forma Unde non
est ad propositum auctoritas inducta Ad secundum
dicendum quod liber ille non est Boetii Unde non oportet
quod in auctore illa recipiatur sustinendo tamen
quod posset dici quod forma et materia large ac-
cipiatur pro actu et potentia ut dictum est
Ad tertium dicendum quod ipsa substantia angeli quodammodo
se habet ad esse eius ut materia ad formam
ut dictum est quamvis aliquis eam nominat
diffiniret habet pro differentia ipsum suum
ordinem ad formam et pro genere ipsam
suam substantiam Et similiter in angelis ex ipsa
natura substantie accipitur ratio generis ex proportione
vero eiusdem substantie ad esse accipitur specifica
differentia Unde secundum hoc angeli differunt specie
secundum quod in substantia unius est plus vel minus
de potentia quam in substantia alterius Dictum autem
Avicenne intelligitur de compositis substantiis
Ad quartum dicendum Non enim ab ipso esse sumitur
differentia sed magis ex habitudine ipsius substantie ad esse
Ad quintum dicendum quod in summo uno nulla
diversitas esse potest cum in eo sit idem esse et
quod est Unde hoc sufficit ad eius pluralitatem
removendam sed composito quod est in angelis
invenitur sufficit ad eius pluralitatem remo-
vendam ut ex dictis patet

vii

Ad secundum sic proceditur Videtur quod angelus
non possit cognoscere simul res in
verbo et in propria natura Eadem enim
potentia non potest simul geminum actum
habere ut quod intellectus simul plura intelligat
Sed alius actus est quo intellectus angeli videt
res in verbo et alius quo videt res in propria
natura ergo impossibile est ut simul videat
res in verbo et in propria natura Sed dicendum quod hoc
modo videtur ab intellectu angeli simul res in
verbo et in propria natura sicut intellectus noster videt
eclipsim et causam eius accipit causam
ut rationem intelligendi eclipsim ergo accipit
eclipsim et causam eius ut unum intelligibile
et sic erit unus actus tantum Sed contra Unius non potest
esse nisi unus terminus ultimus Sicut una linea
non terminatur ex una parte nisi ad unum
punctum Sed ultimus terminus potentie est operatio
ergo non potest una operatio simul habere plures actus
et sic idem quod prius Preterea Sicut se habet potentia
ad actum ita actus ad obiectum sed unus
actus non potest terminari ad duo obiecta ergo nec
una potentia potest simul habere plures actus
et sic idem quod prius Sed contra visio qua
angeli videt res in verbo est visio beata
que quidem non est interscisa sed continua Si ergo
non potest videre simul res in propria natura et
in verbo numquam videt res in propria natura.

et proprie hic videtur in aliqua re, et sic ab
initio sue creationis vidit verbum et res in
verbo. Ad tertio dicendum, quod angelus vel anima sicut
potest videre res in verbis et in propria natura. Et quod
expresse potest haberi ab Augustino super Genesim ad
litteram, ubi vult quod dicto illi, et vespere
et mane in eis non sunt ordinati, secundum
successionem, sed solum ordine nature. Unde similiter
est primus dies et secundus, et mane cum vespere.
Et ita simul visio rerum in verbo et in propria
natura. Quod qualiter sit possibile videndum.
Operari siquidem non proprie attribuitur potentie,
sed rei subsistenti, quod per potentiam operatur.
Ut ipsa potentia intellectiva non sit operans
intelligendo, sed magis operationis principium.
Sicut autem potentia intellectiva est principium
intelligendi ipsi substantie, sic species intelligibilis
est principium intelligendi ipsi potentie. Unde
sicut una substantia potest simul diversos actus habere
secundum diversitatem potentiarum, ut anima simul vult
et intelligit. Ita ex una potentia intellectiva
potest simul prodire diversi actus si simul
diversis speciebus intelligibilibus uniatur. Hanc
enim causam Algazel assignat, quare non
est possibile simul multa intelligere, quia
sic non est possibile intellectum simul informari
multis speciebus in actu perfecte, sicut nec idem
corpus figurari simul diversis figuris. Visio
autem qua angelus videt res in propria natura
fit per speciem intelligibilem concreatam vel
influxam inherentem. Visio autem rerum in
verbo fit per ipsam speciem verbi, sive essentiam,
que non est inherens, sed ei intellectus unitur
sicut intelligibile. Species autem concreata inherens
non repugnat unioni intellectus angeli ad
verbum, cum non sit unius rationis, et ideo ipsam
speciem, et quoddam est perfectionis in intellectu,
augetur et fit quasi melior dispositio ad illam
beatam visionem. Unde simul ex intellectu angeli
procedit operatio duplex ex una ratione visionis
ad verbum, quia scilicet videt res in verbo. Alia
ratione speciei intelligibilis, qua informatur
quod videt res in propria natura. Nec est una
harum operationum debilitatur per attentionem
ad alteram, sed magis conformatur, cum una
sit ratio alterius, sicut imago rei vise
confortatur, cum videtur in actu oculi exteriori.
Actio enim beatitudinis in beatis est ratio angeli
alicuius actionis in eis invenire. Et per hoc patet
Ad quartum ad primum. Secundum gradus est extrinsecum.
non est inconveniens. Ad secundum dicendum, quod potentia
intellectiva angeli non terminatur ad duos
actus secundum idem, sed secundum diversitatem specierum, quibus

ad actum ordinatur. Ad tertium dicendum, quod inter actum
et obiectum nullum cadit medium, sicut species cadit
media inter intellectum et eius actum. Unde non est simile.

viii Ad octavum sic proceditur. Videtur quod angelus
non meruerit suam beatitudinem. Quod enim
est beatum perfectum est. Quod autem meretur
est adhuc imperfectum, sed non potest idem simul
esse perfectum et imperfectum. Ergo non potest angelus
mereri beatitudinem suam habitam. Praeterea angelus
beatus est comprehensor, nullus autem meretur nisi viator.
Si igitur in primo instanti quo beatus fuit angelus
beatitudinem meruit, sic fuit viator et comprehensor,
quod falsum est, cum hoc sit solius Christi.
Praeterea beatitudo secundum philosophum in actu consistit, sed
in actu perfecto, et similiter meritum in actu, sed
in imperfecto. Non autem potuit esse quod actus angeli
esset perfectus et imperfectus. Ergo non potuit esse
quod simul esset beatus, et beatitudinem meruerit.
Sed contra, beatitudo a nulla pura creatura
habetur sine merito. Cum habeat premii rationem,
sed angelus non potuit eam mereri, nisi in primo
instanti quo beatus fuit, quia alias non habuit
gratiam, ut quidam ponunt, et sic mereri non potuit
aut habuit. Ergo in primo instanti sue beatitudinis
eam meruit. Respondeo dicendum: Circa hoc de conditione
angeli diversa est positio. Quidam enim posuerunt
quod angelus in primo instanti sue creationis
fuit beatus, sed hoc non videtur conveniens, quia
pari ratione alii in eodem instanti fuissent
miseri, quod et quidam dicunt, sed absurdum
et contemptibile est. Alii vero dicunt, quod fuerunt
conditi in gratia omnes, et in ea quidam perseverantes
beatitudinem meruerunt, alii vero contra eam agentes
facti sunt miseri. Et hec opinio nichil difficultatis
est. Unde preceteris michi magis placet.
Alii vero dicunt, quod fuerunt creati angeli in puris
naturalibus, et ita consequenter quidam conversi ad verbum, simul
collata est gratia et beatitudo. Et hi dividuntur
in tres vias. Quidam enim dicunt, quod nunquam beatitudinem meruerunt, sed hoc non videtur competere
nisi soli Christo, qui est filius naturalis, ut hereditatem
sine merito habeat. Alii vero dicunt
quod meruerunt eam ex operibus que iam nunc agunt,
et hoc etiam non videtur conveniens, ut meritum
sequatur premium, cum magis meritum sit dispositio
ad premium. Alii tertio vero dicunt quod in
primo instanti beatitudinem meruerunt, ex hoc ipso
quod ad verbum conversi sunt. Et hec opinio inter alias
probabilior est. Unde ad cuius evidentiam sciendum
est, quod meritum se habet ad premium, sicut motus
ad terminum, et sic fieri ad factum esse. In his
vero que fiunt subito, simul est fieri et factum
esse. Sicut simul aer illuminatur et illuminatus est.

ix

simul rebus creatis et creatura est. Cuius ratio est quia instans id in quo primo aliquid factum est, est terminus precedentis temporis in quo non erat, et sic aliquid de aliquo aliqua proprietate illius temporis retinet, inquantum potest dici quod adhuc illud instans rebus istis non fuit. Et communiter in hiis que per modum successivum fiunt, sicut alterabatur tempore precedenti. In momentaneis tamen factionibus, sicut non potest alterari nisi circa instans ipso quod dividit inter esse et non esse rei. Unde licet quibus in omnibus aliis instantibus sequentibus posset dici quod hoc factum non est, non tamen potest dici quod fiat nisi in primo. Similiter dico quod in primo instanti quo mens angelica creata est ad ubi fruendum et beatitudinem quandam erat ratione perfecte fruitionis in perfecto esse existens, et beatitudinem inchoabatur in hoc quod disponebatur ad ipsam, non preexistente beatitudine perfecte. Sed quia terminus in ipso fieri beatitudinis per hunc modum mens angelica est iam beata, et non beatitudine inchoatur. Similiter est de contritione quia in eodem instanti est terminus preparationis ad gratiam et gratie infusio. Ad primum ergo dicendum quod non oportet ponere idem simul esse perfectum et imperfectum, sed idem simul esse perfectum et terminum imperfectionis vel motus ipso esse perfectum. Ad secundum dicendum quod angelus inchoatur ut viator non quasi distans a termino sed ut in termino vie existens. Ad tertium dicendum sicut ad primum.

x

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod angelus moveatur in instanti. Sicut enim dicitur in libro de intelligentiis, in motu angeli magnitudo spatii, distantiam non operatur sed virtus distantiam, quia facit magnitudo spatii convenit quod aliquid non eque cito perveniat ad propinquum et distans. Sed angelus eque cito pervenit ad distans et ad propinquum. Sed omne tale movetur in instanti. Ergo angelus in instanti movetur. Preterea sicut se habet mobile divisibile ad motum divisibilem, ita se habet mobile indivisibile ad motum indivisibilem et instantaneum. Sed corpus quod est mobile divisibile movetur successive in tempore divisibili. Ergo angelus qui est mobile indivisibile, ex hoc quod caret quantitate, movetur subito vel in instanti. Preterea hoc quod medium mobili non resistit, sed si sit vacuum non resistit corpori in motu, vel si aliquod plenum propter angelum. Ergo angelus movetur in instanti. Sed contra est quod angelus dicitur creatura super genesim ad litteram: Deus movet creaturam spiritualem per tempus. Angelus autem est creatura spiritualis. Ergo movetur per tempus et non in instanti. Responsio dicendum quod in omni motu oportet intelligere successionem et tempus per aliquem modum, quia termini cuiuslibet motus sunt sibi oppositi invicem et incompossibiles, ut patet in v physicorum. Unde oportet quod omne mobile intelligatur esse prius in uno termino motus et postea in alio, et sic sequitur successio. Ut transire de uno termino in mobilibus corporibus contingit dupliciter. Uno modo sic de instanti in instans. Hoc autem esse non potest nisi quando ipsi termini motus inter quos est accipere aliquomodo medium, ut sunt inter duo instantia est tempus medium, ut fit in loco mutatione et alteratione augmentatione et diminutione. Et hii duo motus dicuntur continui, et aliquo modo propter continuitatem eius super quod transit mobile, cum est plus et minus accipere. Alio modo transit de uno termino motus in aliud sic de tempore in instans. Et hoc accidit in motibus quorum termini sunt privatio et forma inter que constat medium non esse. Unde non potest sic transire de uno extremo in alterum ut quandoque in neutro extremorum sit, sed transit de instanti in instans, ita quod in neutro est instanti, sed in medio temporis, et huiusmodi motus sunt generatio et corruptio et illuminatio et huiusmodi. In quibus oportet dicere quod unus terminus erat in tempore precedenti, et aliquis in instanti ad quod tempus terminatur. Huiusmodi enim mutationes sunt termini motus cuiusdam. Sicut illuminatio diei est terminus solis motus vel lati super terram. Unde in toto tempore precedenti quo sol movetur ad punctum directe oppositum erant tenebre. In ipso vero instanti quo pervenit sol ad punctum predictum, est lumen predictum. Et similiter est de generatione et corruptione que sunt termini alterationis. Et quia inter tempus et instans non cadit aliquod medium, ut est aliquod instans accipere immediate precedens ultimum, inde non est quod in huiusmodi mutationibus absque omni medio transitur de uno extremo in aliud, ut est accipere tempus in quo fuerint in termino a quo, sed ultimum temporis quod terminatur ad instans in quo est in termino ad quem. Et ideo huiusmodi mutationes instantanee dicuntur. Hoc autem dici non potest in motu angeli, eo quod nullum ordinem habet ad aliquem motum continuum ut possit dici terminus eius. Unde oportet ponere quod intelligatur transire de termino motus in terminum motus, sic transitur de instanti in instans, et non sic transitur de tempore in instans, eo quod tempus non potest intelligi sine motu. Unde cum esse angeli in termino a quo in nullo motu dependeat, non potest dici quod sit ibi in tempore, sed in quodam nunc, et similiter in termino ad quem in alio nunc. Et huiusmodi nunc non sunt temporis quod est numerus motus celi. Unde non oportet quod eius nunc mensuret, nec oportet ea continuari per medium tempus. Continuitas enim temporis sequitur continuitatem motus, et continuitas motus sequitur continuitatem magnitudinis super quam transit motus, ut habetur in vi physicorum. Sed in ipsis operationibus angeli ratione quorum dicitur moveri per diversa loca non est invenire aliquam

ginnitate / sed qsequitur se hnt vnum et nunc
que mesurat motum angeli sit qsequitur se ha-
bentia / et nd est inter ea aliqd ginnas
vt sit ipa plicalitas / unt se qsequunt
sit quoddam tps in quo quiq angelum
mouet / et hc qsonat dcto phi v° phi
vbi dr / q eius tempus est indiuisibile
moui / et tpus qponi ex nunc / Ad pm
go dd' q no requirit' tpus in motu ange-
li ppt distantiam / s; ppt qtingentia extremoz
s; q no qtingit anglm in duobus locis
ee simul / Ad scdm dd' q successio motus
no solum sequit' diuisionem mobilis / sed et eius
sup quod transit motus / q sm prius et
posterius in magnitudine est prius et posterius
in motu vt dr in iiii° phi / licet go an-
gelus sit indiuisibilis / tn loca sm que
mouet' dr sunt diuisa ab inuicem / et ido
oportet in motu eius intelligi aliqua diuisione
Ad tercium dd' q tempus no impediat aliqd
plenum anglm in suo motu / tn propter
racionem iam dctam / oportet in motu eius
intelligi diuisa inter Vano at phi e magis
ducens ad impossibile · qm ostensiua vt
commentator ibidem dicit

x Ad quintum sic procedit(ur) Videt(ur) q angeli
non possint in hec corpa inferiora
age / Actio enim agentis non pt
nisi inter ea que hnt aliquam qvenientiam
ad inuicem / s; anglus no ht qvenientiam
cum istis corporibus / cum corporalia 7 incorpo-
ralia eciam genere non sit vnum vt dr in xo
methaph(isice) / ergo angli in h corpa no pnt
age / Pterea si agunt angli in h corpa aut
agunt p imperium / aut p influentiam Si p
imperium equaliter age pnt in ppinqua
et indistantia / quod est contra Damascenum
qui dt / q vbi angeli operant' ibi sunt Si vero
p influxum oportet q illud influxum per
medium transeat / medium at corporale no
est receptiuum spualis impressionis / ergo
nullo mo pnt age angli in h inferiora
corpa / ut in animas nras / Pterea no pnt
dici agere vel influere / sic fons influit
riuo vt idem mno · qd prius est in angelo
p q modum in hiis inferioribus fiat / q sit i
agendo aliqd amittet / nec tm illud · qd
in hiis inferioribus recipi dicit' p eorum influxum
recedendo / q angli creatores no sunt / nec
tm educendo de potencia in actum / Sed qt
est · qd dicit Aug in iii° de trinitate dt eadem ca-
que diuinitus in corporibus fiunt · ministerio angelorum
fiunt · Gregorius eciam dt in quarto dyalogorum q
hec corpa p spuales substancias administrat(ur)
Responsio dicendum q de accione anglorum in h inferiora

corpa diuersorum diuersa est opinio / Quidam enim
dicunt q angeli non agunt in h inferiora corpa
nisi mediantibus corporibus celestibus / que a substanciis
incorruptis mouent' sm phos / Auicenna enim
wlt / in sua methaph(isica) et in vio de naturalibus / q duo
dupliciter influunt in hec inferiora / vno modo p motum
orbium / et alio mo p imperium imediate / quia
forme intellectiue corp sunt factiue sm eum / et materia
factibilis sensibilibus, obedit corp qceptionibus
plus quam quibuslibet actiuis 7 passiuis / et ex-
inde est sm eum q in istis inferioribus fiunt
aliquae transmutationes / quas ex qceptionibus superiorum
substanciarum / preter totum ordinem causarum naturalium /
S; h opinio scda repugnat dictis Augi i iiio
de trinitate vbi dr / q angli no sunt ad nutum
ne corporalis / q no est ibi pporcionata
potencia respectu illius actus / quo substancie spuales
in actu sunt / Oportet aut agens / qd educit
potenciam in actum esse materie pporcionatum / vnde
no pt ee q virtus · substancie spualis creata se ex-
tendat ad materie transmutacionem immediate / sed
mediante aliquo agente naturali / quamuis non obediat
corporalis materia eius ad formalem transmutacionem /
tn no obedit eis totaliter ad motum localem /
Et p hanc virtute pnt coniungere et componere ÷ aggregare
aliqua agencia naturalia / ad aliquem effectum /
producendum / Et hoc vero ad quem nulla virtus naturalis se
extendit · sunt diuina virtute · que sola pt naturalem
ordinem immutare / S; q intellectus nr est pporcionatus
et propinque ad recipiendum accionem anglorum / Ideo
in intellectus nras agere pnt dupliciter / Vno mo
qfortando intellectum nrm / sicut in corporibus minus
calidis · qfortat' p magis calidum / Alio mo p
agens naturale · ipsius intellectus / sic eciam agit
in corpa / Et hoc est inquantum sine aliquo
anglico illustrant' fantasmata / ad aliquas
nobiliores qceptiones exprimendas / quas intellectus
agens exprimere posset / Ad pm go dd' q
angli hnt qvenientiam cum istis inferioribus
corporibus / que sunt qtinua mouens ad motum /
Sunt enim mouere motu locali corpa / no solum
illa celestia immediate / s; h eciam inferiora vt sit
summa nra de accione anglorum in corpa sit media
inter duas opiniones phorum predictas / Ad scdm
dd' q angelus agit in h corpa mouendo ea
localiter p imperium / et hc dicit' virtute actiua /
qua oportet aliquo mo qtingere corpus motum /
quia oportet mouens et motum oportet ee simul / vt pbat(ur)
in vii phi / Actio vero qua influere dicit' /
i clam qfortando eam ad intelligendum no oportet
q transeat p medium corporale / q hc fiat in
spualibus ordo · qd in corporalibus situs sm Augm /
Et in ordine vero nre ordine nature / qui qtiguantur
ipsis anglis / sic et anglus inferior superiori / Vnde
no oportet / q interueniat medium corporale / Ad
tercium dd' q angeli / nec in aiam nram nec in ma-

corporali aliquid creant, sed solum educunt de potentia ad actum. Et quamvis naturale agens de potentia in actum educere possit, non tamen ita perfecte sicut angeli.

ix

Consequenter queritur de tribus que pertinent ad hominem. Et primo quantum ad naturam, secundo quantum ad gratiam, tertio quantum ad culpam, quarto quantum ad gloriam. Quantum ad naturam queruntur duo. Primo utrum vegetabilis et sensibilis anima sit a creatione. Secundo utrum intellectiva sit actus voluntatis. //creationis

xi

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima vegetabilis et sensibilis educatur in esse per creationem. Ut enim dicit Augustinus in libro de vera religione, quelibet vivens natura ordine preferetur substantie non viventi. Sed anima sensibilis et vegetabilis sunt substantie viventes, ergo sunt nobiliores omnibus substantiis non viventibus. Alique autem substantie non viventes sunt immediate a deo create ut elementa primi mundi. Ergo et anima sensibilis et vegetabilis immediate a deo creantur, cum nobilitas facientis determinat nobilitatem facti. Preterea omne cui competit fieri, vel fit ex nichilo vel fit ex aliquo. Quod autem non habet materiam partem sui fit ex nichilo. Sed anima vegetabilis et sensibilis non sunt ex aliquo quod habeat materiam partem sui. Ergo relinquitur quod fiant ex nichilo, et sic exit in esse per creationem. Probatio medie: Omne quod per se habet esse, si non per se fuit, per se debet fieri. Sed anima sensibilis per se autem vere habet esse, cum sit substantia operans. Movet enim corpus. Nichil autem habet propriam operationem nisi quod habet proprium esse. Ergo cum anima sensibilis cuiuslibet animalis non per se fuit, per se competit ei fieri, et sic restat ut creetur. Sed contra est quod dicit Philosophus in secundo de anima, quod sensitivi mutatio prima fit a generante. Prima autem mutatio sensitivi est secundum quam acquirit actum primum qui est esse anime sensitive. Ergo fit per generationem et non per creationem. Preterea omne illud quod precedit in semine hominis animam intellectivam est per generationem. Vegetativum et sensitivum est huiusmodi, quia prius est vivum quam animal, et animal quam homo, secundum Philosophum in xvi de animalibus. Ergo et anima sensibilis et vegetabilis est per generationem. Preterea cum deus in instanti operetur, natura vero successive, omne illud quod per actionem successivam exit in esse est ab aliquo agente naturali. Sed anima sensibilis et vegetabilis producuntur actione successiva, quia determinato spatio temporis vivificatur conceptus et sensificatur. Ergo anima sensibilis et vegetabilis sunt a naturali agente et non per creationem. Respondeo dicendum quod circa hanc questionem est duplex opinio. Quidam enim dicunt animam sensibilem et vegetabilem esse ex creatione. Alii vero ex traduce. Et hec diversitas apud philosophos invenitur non solum de istis, sed etiam de omnibus formis substantialibus. Quidam enim ut Plato et sui sequaces et Avicenna posuerunt omnes formas ab extrinseco esse, quod precipue ex duobus inducti sunt. Primo quidem quia cum forme non habeant materiam partem sui, non potest fieri nisi ex nichilo. Unde oportet quod a creante fiant. Secundo quia in rebus inferioribus non videbant principia activa nisi qualitates activas et passivas, quas videbant insufficientes ad productionem formarum substantialium, cum nichil agat ultra suam speciem. Sed in hoc videntur esse decepti quod attribuebant fieri per se istis formis, cum tamen fieri non sit nisi compositi cuius scilicet per se est esse. Forme enim dicuntur non ut subsistentes sed ut quibus composita sunt. Unde et fieri dicuntur non per se factione sed per factionem suppositorum que transmutantur transmutatione materie de potentia in actum. Unde sicut composita fiunt per agentia naturalia, ita etiam forme que non sunt subsistentes. Qualitates autem active et passive agunt ad formas substantiales in virtute substantialium formarum, cum sint instrumenta. Sicut calor ignis agit ut instrumentum anime nutritive, ut dicitur in secundo de anima. Anima autem vegetabilis et sensibilis non sunt forme subsistentes, atque remanent post corpus. Unde oportet quod fiant a generante per actionem compositorum, sicut et cetere forme naturales. Sola autem anima intellectiva que habet esse subsistens cum maneat post corpus est ab extrinseco per creationem. Si autem sensibile et vegetabile et intellectivum in homine diverse in substantia anime indicant, tunc certum vegetabilis et sensibilis hominis a generante erit. Sed quia hec opinio repugnat dictis philosophorum qui in uno animato unam animam tantum posuerunt, ad quam omnes operationes anime pertinent, et etiam est contra dicta sanctorum improbantium dualitatem animarum, ut patet in libro de ecclesiasticis dogmatibus, ideo approbatur quod in homine sit tantum una substantia anime, cuius potentie sunt vegetativum sensitivum et intellectivum, dicitur quod anima hominis que omnes has potentias anime sustinet a deo creatur, et quod per operationem naturalis agentis fiat ut corpus organisatum actu perficiatur per potentias que sunt corporalium partium actus. Ad primum ergo dicendum quod anima vegetabilis et sensibilis non sunt substantie viventes nec subsistentes, sed sunt principia vivendi et essendi. Et etiam non oportet si quod est minus nobile sit a deo immediate, quod etiam quod est magis nobile. Preterea deus cum non habeat limitatam virtutem, ut agat necessitate nature, potest agere et nobiliora et minus nobilia secundum suam voluntatem. Sic immediate produxit prima individua brutorum animalium, que tamen hominibus qui nunc generantur ex semine nobiliores sunt. Ad secundum dicendum quod anime sensitive non competit per se esse, nec fieri nec operari. Nulla est enim actio anime in qua corpus non communicet. Est enim duplex potentia motiva anime sensitive

Vna que imperat scilicet appetitiva cuius actus
constat quod non exercetur sine corpore Altera
que imperium exequitur que affixa
musculis et nervis est principium motus
in eis sed quia ipsa distinctio potencia
corporalis facit quod una pars animalis est
movens et alia mota et ita potest mo-
veri ex se Alia que est in contrarium
concedimus nisi quantum pertinet ad hominem
in cuius semine potencius vegetativa precedit
et sensitiva anima tamen imperfecte Nota secundum
Avicennam in generacione animalis ex semine
interveniunt multe generaciones

xii Ad secundum sic proceditur Videtur quod
imperare sit actus racionis Quia
philosophus dicit in primo Ethicorum Racio
recta ad optima deprecatur et obedit ei
quod est continuitatis ergo imperare et deprecari
et huiusmodi videntur ad racionem pertinere Sed
contra imperare ad dominum pertinet sed nos
sumus domini nostrorum actuum per voluntatem ergo
imperare est actus voluntatis Respondeo dicendum
quod in imperio duo sunt quorum unum est racio-
nis aliud voluntatis quod enim imperat inclinat
ad faciendum quod voluntatis est prius enim
est movere per modum agentis et iterum ordinat
cum actu imperat ad exequendum id quod imperat
Et hoc ad racionem pertinet cuius est ordinare
Et secundum duorum horum ordo consideratur Videtur
primum esse inclinacio voluntatis in aliud
per electionem et precipue in principio execucionis
ordinatur motus per quos fieri debeat quod
electum est Et sic imperium est immediate
actus racionis sed voluntatis primo movens
Et per hoc patet solucio ad obiecta

xiii Deinde queritur quantum ad gratiam
pertinet Utrum caritas secundum essen-
ciam augeatur Et videtur quod non
quia enim augmentum sit quedam mutacio
vel variacio quod mutatur vel variatur secundum
essenciam aut generatur vel corrumpitur Non
enim generatur nec prius fuit Preterea caritas
non habet quantitatem nisi virtualem sed virtus
caritatis est ipsa essencia eius ergo quantitas
caritatis est essencia eius ergo non potest esse
quod varietur quantitas caritatis sine variacione
essencie et sic secundum suam essenciam oportet quod
essencia eius vel generatur vel corrumpitur
Sed contra premium essenciale respondet
ipsi essencie caritatis sed quidam perveniunt ad
maius premium essenciale ergo in eis caritas
secundum essenciam augetur Respondeo dicendum quod caritas
secundum suam essenciam augetur Sed notandum
est quod quandoque contrario variatur habitudines
imperat quando enim denominat subiectum ut
cum dicitur Ille est albus secundum predicamentum quod predicatur
est subiectum albedinis quando vero formam ut cum dicitur
ille est coloratus secundum albedinem Tunc ergo dicitur
aliquid secundum hoc moveri potest intelligi vel subiectum
vel forma tunc enim dicitur Ille movetur secundum manum
notatur subiectum motus cum vero dicitur ille movetur
secundum locum notatur quod forma specificat motum
Hic ergo cum dicimus caritatem secundum essenciam augeri
denotatur subiectum augmenti ut sit sensus ipsa
essencia caritatis augetur Sic cum dicimus album
augetur secundum essenciam suam non autem designatur
forma specificans motum ut sit sensus augetur
secundum essenciam id est augmentum eius est motus in esse
vel in essencia et sic dicitur augmentum esse
secundum quantitatem et quantitatis caritatis
hec est virtus sic idem quod essencia caritatis
Non tamen oportet quod essencia caritatis tollatur
Sicut eciam in augmento corporali ipsa essencia
quantitatis non tollitur Tunc quod remaneat dimensio
indeterminata Sed secundum diversas terminaciones quas
recipit fit mutacio de parvo in magnum quod
est augmentum Ita eciam ipsa virtus caritatis non
tollitur per essenciam sed variatur terminacio eius Omnis
autem forma recepta in aliquo subiecto terminatur
recipit secundum capacitatem recipientis Unde quanto
subiectum caritatis magis disponitur ad caritatem
scilicet ad aggregacionem sui ad deum tanto maiorem
participat caritatem Et sic caritas secundum suam essenciam
augeri dicitur Et sic patet solucio ad obiecta

xiiii Deinde queritur de hiis que pertinent
ad culpam Et queruntur duo primo
Utrum petrus negando christum peccavit
mortaliter Videtur quod non Dicit enim quedam glosa
quod peccavit per surrepcionem sed peccatum per surrepcionem
est veniale et non mortale Unde primi motus
qui per surrepcionem fiunt sunt peccata venialia ergo
peccavit tantum venialiter Preterea Bernhardus dicit in libro de
dilectione dei quod in petro caritas fuit sopita
et non extincta sed peccatum petri mortale caritatem
extinguit ergo petrus non peccavit mortaliter Sed
contra est quod Gregorius dicit in moralibus quod
petrus ab ipsis faucibus dyaboli eripuit sed in
faucibus dyaboli non est aliquis nisi propter peccatum
mortale ergo petrus peccavit mortaliter Respondeo
dicendum quod absque dubio petrus peccavit mortaliter
negando christum quod quidem patet ex duobus
Primo quia negavit fidem in loco ubi precipue
ei confessio requirebatur Corde enim sit cre-
ditur ad iusticiam ore autem confessio
fit ad salutem ut dicitur ad Romanos x In quo
videtur quod sit de necessitate salutis confessio fidei
in casu predicto et precipue mendacium in hiis
que fidei sunt perniciosissimum est secundum Augustinum
in libro de mendacio Secundo quod destruxit confessionem

et mendacio addidit periurium et blasphemiam
unde ut dicitur Matth. xxvi. cepit detestari et iurare
quia non novisset hominem. Quia perseverare in peccato
est incrementum sceleris. Et quia omnia supradicta sunt.
Ad primum ergo dicendum quod surreptio dupliciter accipitur.
Uno modo secundum quod opponitur deliberationi. et secundum quod
primi motus dicuntur esse ex surreptione. Sic petrus
ex surreptione non peccavit. Alio modo secundum quod opponitur
electioni. Et sic petrus ex surreptione peccavit
quia peccavit ex electione. non quidem ex certa malicia
sed ex passione timoris. Talis autem surreptio
non excusat a mortali. Sicut patet in committente
qui fornicatur non motu concupiscentie sed metu corporis
committendi. Ad secundum dicendum quod Bernhardus semper
loquitur et cuius verba ut verificentur vel est
intelligendum de quadam dilectione familiaritatis
qua petrus ad christum habebat. que in eo mansit
etiam post negationem. Vel si intelligatur de caritate
gratuita. intelligendum est quod non fuit extincta
secundum predestinationem divinam. que eius primam gra-
ciam reservat. cuius esset ex se extincta secundum actum.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod habere xv
plures prebendas sine cura animarum absque
super dispensatione sit peccatum mortale.
Et quod hoc est contra statutum concilii generalis.
probatur di. lxx° dicitur. In quodam decreto re-
scripto capitulo. quod incipit. Sanctorum canonum
Nemo aliquem in duabus ecclesiis intitulari
non liceat. Sed unusquisque in qua intitu-
latus est. in ea tantum canonicus habeatur. licet enim
episcopi dispensatione unum dumtaxat preesse possit.
ecclesie. canonicus tamen prebendarius nisi unius
ecclesie in qua scriptus est esse non debet. Item
xvi. q. i. dicitur quodam decreto septime synodi
Clericus ab instanti tempore duabus non connumeretur
ecclesiis. Negotiationis enim est hoc et turpis
lucri commodum. et ab ecclesiastica consuetudine penitus
alienum. et sic idem quod prius. Item Ieronimus dicit
quod tenebras erubuit lucem erubescat. quod
figura non fuit concessum. tempore veritatis esse illicitum
figura autem non fuit concessum. quod inter levitas
quem capiebant in Bethleem. caperent in
Ierusalem. quo nos perfectiores esse debemus. qui
capit in Iericho. capiat in damasco. Item
Bernhardus dicit. Tamen non unus sed plures est
in beneficiis. non unus sed plures est in superfluis
et sic consuevisse peccat. Item Cancellarius convincit
sic discrimine et periculo peccati mortalis.
peccat mortaliter. Iste est huiusmodi qui recipiendo
plures prebendas. iuvat statuta servare utriusque
ecclesie. in quibus prebendatur. que per illud fieri
non servari possunt. utputa si eodem tempore vocetur
ad electionem in utraque ecclesia. vel ad aliqua

ecclesie negotia peragenda. Et propterea si sit
causa inter duas ecclesias cum utrique teneatur
quod videtur quod peccet mortaliter. Sed contra est.
Contra illud quod vigit in quem periculum. non autem sus-
tinendum ab ecclesia. Sed ecclesia sustinet ut aliqui
sint qui habeant duas prebendas ergo in hoc
non est periculum peccati mortalis. Preterea
licitum est alicui patrimonium habenti prebendam
accipere. Sed maior est convenientia inter ecclesiam
beneficia quam inter patrimonium et prebendam.
ergo et licet habenti unam prebendam accipere aliam.
Responsio dicendum quod omnis questio in qua de peccato
mortali queritur non expresse veritas habeatur
periculose determinatur. Quia error quo non creditur
esse peccatum mortale. quod est peccatum mortale conscientiam
constituit non excusat a toto. licet in aliquanto.
Error vero quo creditur esse peccatum mortale
quod non est mortale ex conscientia ligat ad
peccatum mortale. Precipue autem periculosum est ubi
veritas ambigua est. quod in hac questione accidit.
Cum enim hec questio ad theologos pertineat.
Cum enim hoc quod ad theologos pertineat
iniquitas dependet ex iure divino vel ex
iure naturali. Et ad iuristas iniquitas de-
pendet ex iure positivo. Inveniuntur autem
theologi theologis. et iuriste iuristis contraria
sentire. In iure namque divino non invenitur
determinata expresse. Item in sacra scriptura
non expressius. nemo de ea non fiat. quamvis
ad eam argumenta ex aliquibus auctoritatibus
sacre scripture adduci possint. que tamen lucide ve-
ritatem non ostendunt. Determinando vero eam
secundum ius naturale. sic videtur ad primus de ea di-
cendum. Quedam actionum humanarum multiplex
est differentia. Quedam enim sunt que habent deformitatem
inseparabiliter annexam. ut fornicatio adulterium
et alia huiusmodi. que nullo modo bene fieri possunt. De
numero talium non est habere plures prebendas. Alias
in nullo casu dispensationem recipere posset.
quod nullus dicit. Quedam vero sunt actiones que de se
indifferentes sunt. ad bonum vel ad malum.
ut levare festucam de terra. vel aliquid huiusmodi.
Inter quas non quidam computant habere plures
prebendas. Cum tamen secundum rei veritatem plurimas
in se inordinationes contineat. Propter quod non
est possibile aliquem pluribus ecclesiis deservire
in quibus prebendatus est. Cum prebende videantur
esse ordinate. quasi quedam stipendia divino
cultui ministrantium. Sequitur etiam diminutio
cultus divini. dum unus loco plurium instituitur.
Sequitur etiam in aliquibus defraudatio voluntatis
testamentariorum. qui ad hoc aliqua bona ecclesiis
contulerunt. ut certus numerus deo servientium esset
ibi. Sequitur etiam inequalitas. dum unus pluribus
beneficiis abundat. et alius nec unum habere potest.
Et multa alia huiusmodi. que de facili possent
scribi. Unde non potest conveniri inter indifferentes.

actionib(us), et multo mi(nus) in act(ib)us q(ui) sim(pliciter) s(un)t bona, vt dare elemosina(m) et h(uius)mo(d)i. Sunt v(er)o queda(m) actio(n)es que absolute (con)siderate deformitate(m) v(e)l inordinatio(n)e(m) q(ua)ndam i(m)portant, que t(ame)n aliq(ui)b(us) circu(m)sta(n)tiis advenie(n)tib(us) bone efficiu(n)t; sic occide(re) ho(m)i(n)e(m) v(e)l p(er)cute(re) in se deformitate(m) quanda(m) i(m)portat, s(ed) si addat(ur) occide(re) malefactore(m) p(ro)pt(er) iusticia(m), v(e)l p(er)cute(re) delinq(ue)nte(m) causa disciplie, no(n) e(ri)t p(e)cc(atu)m s(ed) v(ir)tuosu(m). Ita in p(ro)p(osit)o hanc actio(n)e(m) videt(ur) esse h(abe)re plures p(re)bendas, q(uam)vis e(ni)m aliquas inordinatio(n)es (con)tineat, t(ame)n ille circu(m)stantie p(os)s(u)nt sup(er)venire ita honesta(n)tes actu(m), q(uod) p(re)dicte inordinatio(n)es totalit(er) evacuant(ur), vtputa si sit necessitas ei(us) obsequio in pluribus eccl(es)iis, vel posset ple(n)ius servire eccl(es)ie, vel tantu(m) abse(n)s quantu(m) aliq(ui)s p(re)se(n)s, et si qua alia s(un)t h(uius)mo(d)i. Et t(un)c istis (con)dicio(n)ib(us) sup(er)venie(n)tib(us) cu(m) recta inte(n)tione no(n) est p(e)cc(atu)m, et(iam) nulla dispe(n)satio(n)e interveniente, si (con)sideretur t(antu)m s(e)c(un)d(u)m ius nat(ura)le. Q(ui)a dispe(n)satio ad ius nat(ura)le no(n) p(er)tinet, s(ed) solu(m) ad positivu(m). Si v(er)o aliquis hac intentio(n)e plura b(e)n(e)ficia h(ab)eat, ut sit dicior, vt lautius vivat, et ut facili(us) ad episcopatu(m) p(er)veniat, in aliq(ua) eccl(es)ia vbi est p(re)bendat(us) non tollu(n)t(ur) p(re)dicte deformitates, s(ed) augent(ur). Q(ui)a e(tia)m cu(m) tali intentio(n)e et(iam) vnu(m) b(e)n(e)ficiu(m) h(abe)re, quod nulla(m) inordinatio(n)e(m) i(m)portat, esset illicitu(m). Et sic quid esset dicendu(m) s(e)c(un)d(u)m ius nat(ura)le, et(iam) nullo iure positivo sup(er)veniente. Nu(n)c a(utem) certu(m) est, per antiq(ua) iura hoc esse prohibitu(m), patet et(iam) huic p(ro)hibitio(n)i (con)suetudine(m) esse (con)traria(m), p(ro)pt(er) qua(m) q(ui)dam dic(unt) iura illa esse abrogata. Na(m) p(er) (con)traria(m) (con)suetudine(m) iura h(uma)na abrogant(ur). Q(ui)da(m) aut(em) dic(unt) p(er) hanc (con)suetudine(m) antiqua iura no(n) abrogari, eo q(uod) q(ue)da(m) decretales d(icun)t a multis p(er) patientia(m) tolerant(ur), q(ue) si ad iudiciu(m) adducta fuerint, statuto cogente cassarent(ur). Et hec (contro)versia iurist(is) e(st) relinquenda, q(uam)vis h(oc) videat(ur) esse probabile, q(uod) q(uan)tu(m) ad iura antiq(ua) (con)tinent ius nat(ura)le abrogari non posse per contraria(m) (con)suetudine(m), vtpote irrevocabile; q(uan)tu(m) aut(em) ad hoc q(uod) solu(m) de iure positivo (con)tinet, p(ossun)t esse abrogata, p(re)cipue si dissimulaveri(n)t hanc (con)traria(m) consuetudine(m) in quor(um) p(otes)tate e(st) ius positivu(m) mutare, intende(n)tes per t(a)lem dissimulatio(n)em antiqua iura mutare. Si (er)go antiqua iura que h(oc) prohibebant in suo robore maneant, (con)traria (con)suetudine non obstante, certu(m) est no(n) posse aliq(ue)m plures p(re)bendas h(abe)re absq(ue) dispe(n)sat(ione), et(iam) illis circu(m)sta(n)tiis sup(er)venie(n)tib(us), que s(e)c(un)d(u)m (con)sideratione(m) iuris nat(ura)lis poterat honestare. Si a(utem) antiq(ua) iura s(un)t p(er) (con)suetudine(m) abrogata, tu(n)c p(re)dictis circu(m)sta(n)tiis sup(er)venie(n)tib(us), etia(m) sine dispe(n)satio(n)e licitu(m) est plures p(re)bendas h(abe)re, sine q(ui)b(us) circu(m)sta(n)tiis licitu(m) non est, q(ua)ntu(m)cu(m)q(ue) dispensatio interveniat. Et(iam) q(uia) dispensatio h(uma)na non aufert ligame(n) iuris nat(ura)lis, s(ed) solu(m) ligame(n) iur(is) positivi, quod p(er) ho(m)i(n)e(m) statuit(ur), et p(er) ho(m)i(n)e(m) dispe(n)sari p(otes)t. Et ex his de facili p(otes)t p(ro)bari responsio ad obiecta.

XVI

Deinde q(ue)rebat(ur) q(ua)ntu(m) ad gl(ori)a(m) que p(er)tinet. V(tru)m o(mn)es sancti q(ui) s(un)t in eccl(es)ia canonisati sint in gl(ori)a, vel aliq(ui) eor(um) sint in inferno. Et videt(ur) q(uod) aliq(ui) possi(n)t esse in inferno d(e) h(is) q(ui) s(un)t in eccl(es)ia canonisati. Nullu(s) p(otes)t ita certus esse de statu alt(er)ius, sic(ut) ip(s)e met d(e) se certus. Et(iam) q(ue) s(un)t ho(m)i(n)is nemo novit n(isi) sp(iritu)s ho(m)i(n)is qui in ip(s)o est, vt d(icitu)r j ad Cor(inthios) ij. Sed h(om)o no(n) p(otes)t esse certus de seip(s)o vt(rum) in statu salut(is) sit, Eccl(esiast)es ix: Nemo scit vt(rum) odio v(e)l amore dei dign(us) sit; (er)go multo mi(nus) p(a)pa scit; (er)go p(otes)t in canonisa(n)do errare. P(re)t(er)ea q(ui)cu(m)q(ue) in iudicando innitit(ur) medio fallibili p(otes)t errare; s(ed) eccl(es)ia in canonisando sanctos innitit(ur) testi(moni)o h(uma)no, cu(m) inquirit p(er) testes de vita v(e)l miraculis; (er)go cu(m) testi(moniu)m ho(m)i(n)is sit fallibile, videt(ur) q(uod) eccl(es)ia in canonisando sanctos possit errare. Sed (contr)a. In eccl(es)ia no(n) p(otes)t esse error da(m)pnabilis, s(ed) h(ic) e(ss)et error da(m)pnabilis, si venerare(tur) ta(n)q(uam) sanctus q(ui) fuit peccator, q(uia) aliq(ui) non scie(n)tes p(e)cc(at)a eius fallent(ur), si ita (con)veniet posset ad errore(m) p(er)duci; (er)go eccl(es)ia in t(a)lib(us) errare no(n) p(otes)t. P(re)t(er)ea Aug(ustinus) d(icit) in ep(istu)la ad Hiero(ny)m(um): Si in scriptura canonica aliq(uo)d mendaciu(m) admittat(ur), nutabit fides n(ost)ra, q(ue) ex hac scriptura dependet; s(ed) sic(ut) tenem(ur) crede(re) illud q(uo)d est in sacra scriptura, ita et illud q(uo)d est p(er) eccl(es)ia(m) co(mmun)it(er) det(er)minatu(m). Unde heretic(us) est q(ui) sentit (contr)a det(er)minatione(m) (con)cilior(um); (er)go co(mmun)e iudiciu(m) eccl(es)ie erroneu(m) non p(otes)t esse. R(espon)deo dicendu(m), q(uod) aliq(uo)d p(otes)t iudicari possibile s(e)c(un)d(u)m se (con)sideratu(m), q(uo)d relatu(m) ad aliq(uo)d extrinsecu(m) impossibile invenit(ur). Dico (er)go q(uod) iudiciu(m) eor(um) q(ui) p(re)sunt eccl(es)ie p(otes)t errare in q(ui)buslibet

si p[er]sone eo[rum] t[ame]n respiciant. Si v[er]o [con]sidet[ur]
diuina prouidentia que sua[m] eccl[esi]a[m] sp[irit]u s[an]c[t]o
dirigit ut no[n] erret sic ip[s]e promisit Joh' xiiii
q[uod] sp[iritu]s adueniens docet o[mn]ez v[er]itate[m] d[e] neca[ssa]ri[is]
s[cilicet] ad salute[m] certu[m] est q[uod] iudiciu[m] eccl[esi]e vniu[er]sal[is]
errare in hiis que ad fide[m] p[er]tine[n]t i[m]possibile e[st].
Vnde magis est standu[m] s[ente]n[ti]e p[a]p[e] ad que[m] p[er]tin[et]
determinare q[uam] ...dado profert q[ui]ppe [con]t[ra]...
sap[ie]ntu[m] ho[min]u[m] in sc[r]iptur[is] opi[ni]o[n]i cu[m] Caiphas
q[ua]mu[is] peior tu[m] q[ui]a pontifex legat[ur] ee[=esse] [pro]phe[tas]
p[ro]phasse Joh' xi. In alijs v[er]o s[ente]n[ti]ijs que
ad p[ar]ticularia facta p[er]tinet ut cu[m] agit[ur] d[e] posse:
ssio[n]ib[us] u[e]l de c[ri]minib[us] u[e]l hui[us]mo[d]i possibile
e[st] iudiciu[m] eccl[es]ie errare p[ro]pt[er] falsos testes. Ca-
nonisatio v[er]o s[an]c[t]o[rum] mediu[m] est int[er] h[ec] duo
q[ui]a t[ame]n honor quem s[an]c[t]is exhibem[us] quedam
p[ro]fessio fidei est qua s[an]c[t]o[rum] gl[ori]am credim[us]
pie credendu[m] est q[uod] non ee[=esse] in hijs iudiciu[m]
eccl[es]ie errare possit. Ad p[ri]m[um] ergo d[icen]d[um]
pontifex cui[us] est canonisare s[an]c[t]os p[o]t[est] c[er]tificari
de statu alicui[us] p[er] inq[ui]sic[i]o[n]em vite et attestatio[nem]
et p[re]cipue p[er] instinctu[m] sp[iritu]s s[an]c[t]i qui om[n]ia
scrutat[ur] ee[=etiam] p[ro]funda dei. Ad sc[dm] d[icen]d[um] q[uod]
diui[n]a prouidentia p[re]seruat eccl[es]iam ne in
talib[us] p[er] fallibile testi[moni]u[m] ho[min]u[m] fallatur

Questitum est de deo angelo et o[mn]ia. De deo quesita sunt tria. Primo de ei[us] vnitate. Secundo de ei[us] iudicio. Tercio de ei[us] sacramento.

Ad p[ri]mu[m] sic p[ro]cedit[ur]. Videt[ur] q[uod] vnitas
aliq[ui]d positiue dicat in diuin[is] et no[n]
remoco[n]e[m] t[antu]m s[ecundu]m opi[ni]o[n]em aug[ustini] ex
p[ri]uac[i]o[n]ib[us] e[n]i[m] no[n] [con]stituit[ur] res aliq[ua] ex vni-
tatib[us] a[utem] [con]stituit[ur] n[umer]us qui est res cu[m] sit
sp[eci]es q[uan]titatis ergo vnitas non dicit[ur] s[ecundu]m
p[ri]uatio[n]em t[antu]m. P[reterea] Numerus seq[ui]t[ur] ad distinctio[nem]
si igit[ur] vnitas et n[umer]us in diuin[is] no[n] dicerent
aliqua[m] non e[ss]et in diui[ni]s realis distinctio
quod e[st] h[er]e[sis] Sabellina. P[reterea] Si vnitas et
n[umer]us in diuin[is] dicit[ur] solu[m] mo[do] remotiue per
n[umer]us in diuin[is] nichil aliud videt[ur] remouere q[ua]m
vnitate[m] aut nichil aliud videt[ur] remouere q[ua]m
p[er] n[umer]us nec per vnu[m] aliquid q[ua]m vnitate[m]
seq[ui]t[ur] q[uod] vtru[m]q[ue] illo[rum] in diui[ni]s dicat[ur] s[ecundu]m
negatio[n]e[m] negatio[n]is s[ed] negatio negatio[n]is
no[n] est nisi s[ecundu]m ratio[n]em t[antu]m ergo vnitas et
n[umer]us non e[ss]ent realit[er] in diui[ni]s. q[uo]d est in-
conueniens. Et sic vnu[m] et n[umer]us aliq[ui]d positiue
dicit[ur] in diui[ni]s. Sed contra o[mn]e quod
p[re]dicat[ur] d[e] aliquo p[re]dicat[ur] de eo s[ecundu]m p[ro]p[r]ia[m]
ratio[n]em s[ed] ratio p[ri]mi in negatio[n]e [con]stitu-
ta est e[n]i[m] vnu[m] q[uo]d diuidit[ur] s[ecundu]m p[h]i[losophu]m ergo d[e] deo
p[re]dicat[ur] s[ecundu]m remotio[n]em t[antu]m. P[reterea] s[ecundu]m p[h]i[losophu]m
in x[o] metha[physice] vnu[m] et multa opponu[n]t[ur]

sic p[ri]uatio et habit[us] p[ri]uatio a[utem] dicit[ur] p[er] remotio[n]em
t[antu]m ergo vnu[m] quod int[er] p[re]dicta duo tenet loc[um]
p[ri]uationis dicit[ur] p[er] remotio[n]em t[antu]m. P[reterea] vnu[m]
s[upra] p[re]di[ctu]m ens no[n] addit aliq[ui]d s[ecundu]m re[m] q[ui]a sic
res non esset vna p[er] sua[m] essentia[m] addit[ur]
igit[ur] aliq[ui]d s[ecundu]m ro[ne]m t[antu]m s[ed] quod e[st] s[ecundu]m
ratio[n]em t[antu]m u[e]l est negatio u[e]l relatio
cu[m] igit[ur] vnu[m] sup[er] ens no[n] addat aliqua[m]
relatio[n]em q[ui]a ad aliq[ui]d non dicit[ur] videt[ur] q[uod]
addat negatio[n]em. Resp[ondeo] d[icen]d[um] q[uod] vnu[m] q[uo]d est
p[ri]ncipiu[m] n[umer]i de necessitate aliq[ui]d positiue
dicat in eo cui attribuit[ur] q[ui]a cu[m] ex vnitat[ibus]
n[umer]us [con]stituat[ur] nisi vnitas res aliqua
e[ss]et n[umer]us res esse no[n] posset et sic no[n]
e[ss]et n[umer]us res esse no[n] posset ... tanq[uam] sp[eci]es
posset poni in aliq[u]o g[e]n[er]e. Si v[er]o ... cu[m] ente sit ide[m] q[uo]d
et ergo vnu[m] q[uo]d [con]u[er]tit[ur] cu[m] ente ... id[em] q[uo]d
vnu[m] q[uo]d est p[ri]ncipiu[m] n[umer]i op[or]tet q[uod] ee[=esse]
vnu[m] q[uo]d [con]u[er]tit[ur] cu[m] ente aliq[ui]d positiue
supaddat enti et h[oc] [con]cedit Auicena
Vnd[e] vult q[uod] vnu[m] q[uo]d [con]u[er]tit[ur] cu[m] ente addat
supra ens aliq[ui]d q[uo]d ad gen[us] [sub]stancie per-
tineat s[ed] h[oc] no[n] p[otes]t esse. Si a[utem] vnu[m] quod
[con]u[er]tit[ur] cu[m] ente cu[m] de q[ua]libet re dicat[ur]
op[or]tet ee[=esse] q[uod] illa res q[uia] addit supra
ens sit vna. Et sic u[e]l e[ss]et vna p[er] aliqua[m]
vnitate[m] additam et ita e[ss]et p[ro]cessu[m] in
infinitu[m] vel e[ss]et vna p[er] essentiam sua[m]
q[uo]d si v[er]u[m] est standu[m] est in p[ri]mo s[cilicet] q[uo]d
ens ip[su]m dicat[ur] vnu[m] p[er] essentia[m] no[n] per
aliqua[m] rem additam. Et sic ergo intelligend[um]
est s[ecundu]m opi[ni]o[n]em Aresto[tilis] et [com]me[ntatoris] q[uod] vnu[m]
q[uo]d [con]u[er]tit[ur] cu[m] ente no[n] sup[er]addit enti re[m]
aliqua[m] s[ed] solu[m] negatio[n]em diuisio[n]is. Et
sic hui[us]mo[d]i vnu[m] ponit aliq[ui]d in signatu[m] in
suo intellectu. includit ens et addit remotiue
q[ua]ntu[m] ad illud quod sup[er]addit enti vnu[m]
v[er]o quod e[st] p[ri]ncipiu[m] n[umer]i quod supaddit enti
aliq[ui]d de g[e]n[er]e [men]sure et sil[ite]r n[umer]us n[umer]i e[st]
p[ri]ncipiu[m] inueniu[n]t[ur] t[antu]m in reb[us] habentib[us]
diuisio[n]e[m] q[ui]a talis n[umer]us causat[ur] ex diuisio[n]e
[con]tinui et h[ic] n[umer]us s[cilicet] ex diuisio[n]e [con]tinui
causatus est subiectu[m] arismetice s[ecundu]m
Auicenna[m]. Nulla a[utem] [con]diciones p[er]ti[nentes] ad cor-
p[or]alis p[otes]t dici de deo aut d[e] aliqua subst[anci]a
sp[irit]uali. Vnde s[ecundu]m h[oc] vnu[m] et n[umer]us q[ui] [con]tinent[ur]
in g[e]n[er]e q[ua]ntitatis non dicu[n]t[ur] de deo et de
alijs substancijs incorporeis s[ed] solu[m] vnu[m] quod
[con]u[er]tit[ur] cu[m] ente et multitudo ei opposita. Et
ideo vnitas in diui[ni]s no[n] dicat[ur] nisi remo-
tiue q[ua]ntu[m] ad illud q[uo]d sup[er]addit enti
q[u]amuis ponat aliq[ui]d s[ecundu]m q[uo]d includit ens
est e[n]i[m] vnu[m] ens indiuisu[m]. Ad p[ri]m[um] d[icen]d[um]
q[uod] obiectio illa p[ro]cedit de vno q[uo]d est p[ri]nci-
piu[m] n[umer]i. Ad s[ecundu]m d[icen]d[um] q[uod] obiectio illa p[ro]cedit
d[e] p[ri]mo q[uo]d de[te]r[minat] si nullo mo[do] vnu[m] et n[umer]us
aliquid ponerent realit[er] in diui[ni]s. P[er]...

aut eius rem distinctam vel quantum ad hoc quod
eius includitur in ratione unius ut dictum est.
Ad tertium dicendum quod in ratione multitudinis inclu-
ditur negatio rei sed in ratione unius negatio
nominis et rei simul quod sic patet. Unum enim est
quod non dividitur divisio autem negatur per unum
quod quantum ad entem oportet quod sit talis quod
indivisum divisione salvetur. Hec autem est
distinctio per affirmationem et negationem et ratione
cuius divisionis negatio constituit rationem unius
est enim unum quod dividitur tali divisione
quod sit in re accipere hoc et non hoc. Et sic
unum in quantum negat affirmationem et nega-
tionem simul est negatio rei et negationis
simul. Predicta vero divisio includitur in
ratione multitudinis. Et sic includitur ibi negatio
rei quia multa sunt que sic dividuntur quod corpus
unum non est alium

n A D secundum sic proceditur. Videtur quod
Christus non sit descensurus in terram
ad iudicium. Prima super illud psalmi Dominus
in templo sancto suo dicit Glosa quod deus in
celo sedens de bonis et malis iudicat ergo
iudicium futurum non est in terra sed in celo.
Preterea ad dignitatem iudicis pertinet ut hii iudicandi
ad eum accedant et non econverso sed Christus est iudex
dignissimus cuius locus est celum ergo homines ascen-
dent illuc ut iudicentur et non econverso. Preterea
si iudicium sit in terra futurum precipue videtur
quod sit futurum in valle Iosaphat ut habetur
Iohel iiii° sed locus ille non posset tantam
multitudinem hominum capere et sic non est ibi
futurum iudicium ergo in loco terre. Sed contra
est illud i ad Thessal. iiii° quod Christus in iussu
et in voce archangeli et in tuba dei descendet.
Preterea in iudicio apparebunt non solum electi sed etiam
reprobi qui habebunt corpora gravia et grossa
sic non competet eis locus celestis ergo iudicium
in terra et non in celo erit. Responsio dicendum quod
iudicium ordinatur ad retributionem premiorum
unde secundum duplex premium scilicet anime et corporis
est duplex iudicium dei. Unum scilicet quo iustificat
vel dampnat hominem quo ad animam et hoc
iudicium tacitum per hoc tempus agitur. Aliud est
iudicium quo premiabitur vel punietur homo
etiam quantum ad corpora et hoc iudicium fiet per
resurrectionem in fine temporis. Primum autem iudicium
competit Christo ratione divinitatis sed secundum ratione humanitatis.
Et sic dicit Augustinus super Iohannem verbum dei vi-
vificat animas et verbum factum caro factum vivificat
corpora. Unde et Iohannis v° dicitur potestatem dedit
ei iudicium facere quia filius hominis est. Sic ergo
ultimum iudicium est futurum in loco in quo Christo competit
ratione sue humanitatis scilicet circa terram illam ubi natus
est et passus et reliqua complevit humana officia

propter quod dicitur quod in valle Iosaphat iudicium est
futurum que vallis subiacet monti oliveti unde
Christus ascendit in celum ut sic ostendatur idem esse
qui ascendit regnaturus et qui descendit iudicaturus
secundum illud Actuum primo quemadmodum vidistis eum
ascendentem in celum ita veniet. Ad primum ergo dicendum
quod glosa illa loquitur de primo iudicio quod competit
Christo ratione divinitatis ratione cuius etiam pro loco celum
sibi assignatur. Sed quod in celo precipue manifestatur indicia
corporalis creature appareant indicia maiestatis
divine. Unde celum locus dei dicitur et sedes quia
deo fruuntur. Ad secundum dicendum quod accessus ad locum
iudicis est ascensus in celum et ascensus in celum
est premium quod ex iudicio reportatur unde debet
iudicium sequi non autem ita se habet ad iudicium
iudicandi sequi. Non unde non est simile
humanum accessus ad locum iudicis
Ad tertium dicendum quod in iudicio nec Christus neque angeli
erunt in terra sed solum reprobi. Christus enim et electi
erunt in aere secundum illud i ad Thessal. iiii° Ra-
piemur in nubibus obviam Christo in aera. Reprobi
autem erunt non solum in valle illa sed in regione
circumquaque. Unde Christum et electos videre non
poterunt tum ratione altitudinis tum ratione claritatis

m A D tertium sic proceditur. Videtur quod species
vini que remanet in sacramento altaris
alii liquori commisceri non possint.
Prima secundum philosophum in primo de generatione miscibilia
sunt in mixto potentia non in actu. Si ergo
illa species vini alteri liquori misceatur
post mixtionem non remanebit sanguis Christi sed est
inconveniens. Preterea secundum philosophum que sunt miscibilia
sunt separabilia et sic illa species alteri liquori
mixta poterit iterum separari qua separata facta
erit vinum ubi tamen non erat vel sanguis tamen
tam diu tamen vel sanguis Christi sit sub specie quam
diu species est. Et sic sanguis Christi de novo inci-
piet esse sub specie vini. Et alio modo quam per
consecrationem quod est inconveniens ergo illud ex
quo sequitur scilicet quod species vini post consecrationem
alii liquori admisceatur. Sed contra forma
mixti est forma accidentalis sed accidens
superveniens non corrumpit subiectum ergo post
mixtionem speciei cum aliquo liquore adhuc
remanet ipsa species et sic non sequitur incon-
veniens predictum. Responsio dicendum quod quidam dicunt
illas species nullo modo posse admisceri ali-
que liquorem quia statim sub illis speciebus
desinat esse sanguis Christi. Et hoc ideo quia
mutatis speciebus non remanet ibi veritas
sanguinis Christi. Per additionem enim cuiuscumque
liquoris fit alia quantitas que subsistit
in illo sacramento aliis accidentibus fit enim maior
quantitas et sic non remanet ibi sanguis
Christi. Sed hoc non videtur verum quia species que
in sacramento post consecrationem remanent

eodem modo corrumpuntur et non aliter quam acci-
disset de subiectis preexistentibus, quorum accidentia
vel species remanent, sicut ad sensum patet, que
in terminatione et aliis modis transmutantur,
sicud sic accidisset de substantia panis et vini
ante consecrationem. Constat autem quod per admix-
tionem vini gutte aque non fuit totum vinum
destructum. Unde non oportet quod tota vini species
corrumpitur per consecrationem, nec oportet si augetur
quantitas, quia oportet quod sit ibi alia species. Nam
per additionem non tollitur eadem dimensio numero
sed variatur terminatio eius, que terminatio non solum
fit per additionem sed per divisionem. Unde si
talis variatio sufficeret ad hoc quod desineret
esse sub speciebus corpus vel sanguis Christi, sequeretur
quod per divisionem specierum quandoque similiter esse desineret,
quod patet esse falsum. ¶ Ideo dicendum quod aliqua ad-
mixtio alterius liquoris facit ut totaliter de-
sinat esse sanguis Christi sub speciebus, et aliquando non sed
solum sub parte specierum. Si enim ibi esset substantia
vini, si alius liquor in magna quantitate admi-
sceretur, totaliter illud vinum corrumperet ut desineret
esse vinum, si liquor admixtus esset alterius speciei,
vel desineret esse hoc vinum, si esset eiusdem speciei.
Si autem alius liquor in parva quantitate admi-
sceretur, non posset illius liquoris permixtio
ad totum vinum pervenire, sed ad aliquam partem
eius, quam variaret vel secundum speciem si esset
alterius speciei, propter quam permixtionem saporem vini
non totaliter amitteret, sicut gutta aque in vino
multo. Sic ergo si speciei post consecrationem fiat tanta
permixtio extranei liquoris que sufficeret ad
totam substantiam vini corrumpendam si ibi esset,
desinet sanguis Christi esse sub totis speciebus. Si autem
non sit tanta permixtio, desinet esse sub parte,
dato quod ille liquor permixtus in speciem vini
convertatur, non tamen convertetur in sanguinem Christi.
¶ Ad primum dicendum quod facta permixtione speciei cum aliquo
liquore non remanet species eadem vel secundum
speciem vel secundum numerum vel secundum totum vel secundum partem,
et sic sub toto vel sub parte non remanebit
sanguis Christi sed substantia vini. Neque etiam facta
separatione denuo erit ibi sanguis Christi, quia mi-
scibilia non separantur a mixto et non redeunt
eadem numero sed eadem specie. ¶ Ad secundum quod in con-
trarium obicitur dicendum quod forma commixtionis
dupliciter potest intelligi. Uno modo forma per quam
corpus mixtum in specie collocatur, et sic est forma
substantialis. Per hunc enim modum forma lapidis
dicitur forma mixti. Alio modo dicitur forma mixti qua-
litas quedam media resultans ex simplicibus
qualitatibus commixtis. Cum ergo dicitur quod forma
accidentalis substantiam non destruit, posset

dici quod verum est, tamen destruit accidentia,
et sic species sacramentales que sunt accidentia
per commixtionem non manent. Sed hoc non est
secundum veritatem. Nam forma mixtionis, cum
sit quedam qualitas materie, non permanet
qualitatibus variatis. Sed si odor vini
vel color mutaretur, non oportet quod desineret
ibi esse sanguis Christi, nisi dimensiones que
ceteris accidentibus substituuntur vicem substantie
gerentes secundum terminationem destruerentur, quod
aliud accidens non potest quam accidens de substantia
si ibi esset. Et ideo aliter dicendum est quod accidens
non corrumpit subiectum effective sed dispositive.
Posita enim qualitate que est contraria dispositioni
ad formam ignis, scilicet calore in summo, removetur
forma aeris. Et similiter posita media qualitate
que est contraria ad formam mixti, aufertur
forma simplicis corporis.

Deinde queritur de angelis. Utrum
duratio angeli habeat prius
et posterius. Et videtur quod sic. In
eo enim cuius duratio non habet prius et posterius
idem erit angelum esse et fuisse, sed hoc est
impossibile, quia deus posset facere quod angelus
non esset, tamen non posset facere quod non fuisset;
ergo inconveniens est dicere quod in duratione
angeli non sit prius vel posterius. ¶ Preterea nullum
terminatum est infinitum in actu, sed duratio
angeli est infinita a parte post, ergo non
est tota simul in actu, et ita est ibi prius et
posterius. ¶ Preterea mensura debet esse proportionata
mensurato, sed esse angeli est finitum in actu,
ergo evum quod est eius mensura est finitum,
et sic idem quod prius. ¶ Preterea ratio eternitatis in
hoc perficitur quod est tota simul, ut patet secundum Boetium
V de consolatione: Eternitas est interminabilis
vite tota simul et perfecta possessio. Sed
evum, quod est angelorum duratio, non habet
prius et posterius, non differt ab eternitate, quod
falsum est. ¶ Sed contra: prius et posterius sunt
in tempore, quod mensurat motum, sed in esse
angeli non est aliquis motus, nec illud esse
aliquo modo motui subiacet, ergo in evo quod
est eius mensura non est prius et posterius.
¶ Preterea tempus nichil aliud est quam numerus prioris
et posterioris. Si ergo in evo sit numerare prius
et posterius, evum in nullo differt a tempore. ¶ Responsio.
Dicendum quod de re aliqua possumus loqui dupliciter:
uno modo secundum quod est in rerum natura; alio modo secundum quod
est in consideratione nostra. Primo modo accipitur substantia
rei non absque suis dispositionibus et operationibus,
quia sine hiis substantia non invenitur in rerum
natura. Sed secundo modo potest accipi substantia absque

sius dispositionibus. Et ita consideratio sub(stantie) non dependet a consideratione suarum dispo-
sitionum. Accipiendo igitur mensuram durationis
secundum primum modum sic deo competit duratio
que sit tota simul et non alicui creature,
eo quod solus deus est immutabilis, quantum ad
essentiam et quantum ad dispositiones. Que certa essentiam
considerari potest. Creature vero attribuitur variabilitas
vel secundum essentiam et substantiam vel secundum aliquam
dispositionem aut operationem. Et secundum hoc Augustinus
xxi q. ad Orosium ponit omnes creaturas
esse in tempore etiam angelos. Sed accipiendo men-
suram durationis angeli secundo modo prout scilicet
consideratur eius substantia absolute, eius mensura
est evum et non tempus. De quo quidem evo
est duplex opinio. Quidam enim dicunt quod in evo
est prius et posterius, sed non sicut in tempore. Nam
in tempore prius et posterius est cum innovatione.
In evo autem sine innovatione. Sed hoc non
est intelligibile. Impossibile est enim esse
aliquam durationis duas partes esse simul
quarum una alteram non includit, sicut mensis
includit diem. Unde simul est aliquid in mense
et in die, sed duo dies et duo menses
simul esse non possunt. Unde alicui in aliqua
duratione si ponuntur due partes quarum una
est prior et altera posterior, oportet quod una
transeunte altera adveniat. Et sic oportet
in omni duratione in qua est prius et posterius
quod sit innovatio. Mensura autem durationis
quod sit innovatio habere non potest nisi illud quod per
innovationem mensuratur. Innovatio recipere
durationem mensuratur. Innovationem recipere
possit. Esse autem angeli est absque innovatione
ex quo cepit esse, immutabiliter perseverat
tamen licet in eo sit motus ut alicui motui sit
subiectum sicut esse rerum corruptibilium est subiectum
motui celesti. Sic ergo si mensura attribuatur
angelo quantum ad substantiam, tamen illa non habet
prius et posterius. Si mensuratur eorum esse evo
Similiter si attribuatur eius duratio ratione illarum
operationum vel affectionum, sic eorum mensura
habet prius et posterius. Sic etiam mensuratur tempore
secundum quod dicit Augustinus super Genesim ad litteram quod
deus movet spiritualem creaturam per tempus.
Ad primum ergo dicendum quod rei eterne vel coeterne
aliquid potest attribui dupliciter. Uno modo ratione simplicis
et sic non attribuitur neque fuisse neque futurum
esse sed solum esse, quod in preterito et futuro explicatur
tale prius et posterius, non autem in presenti. Alio modo
ratione mensure adiacentis vel subiacentis
ratione temporis et sic attribuitur ei fuisse vel fore
per concomitantiam ad tempus preteritum vel futurum
esse per concomitantiam ad tempus presens. Primum enim

momentum toti tempori, ut dicit Augustinus de deo quod fuit
quia numquam defuit, erit quia non deerit. Sic ergo deus
non potest facere angelos non fuisse, et etiam non potest
facere quin tempus preteritum sit, sed esse angeli fuit,
potest autem facere angelum non esse, quia potest facere ut de
angelo non sit sicut cum tempore quod presens est nunc vel
erit in futuro. Et sic ista diversitas magis procedit
ex bono modo locutionis quam ex natura rei.
Ad secundum dicendum quod infinitum dicitur dupliciter. Uno modo privative
et sic non attribuitur nisi hiis que habent extensionem
vel quantitatem. Hec enim solum nata est habere finem.
Et ita evum nullo modo habet infinibilitatem
quia non habet aliquam extensionem, nisi quatenus
extensio in eo consideratur ex comparatione mensure
subiacentis scilicet temporis. Et ita nullum creatum est
infinitum in actu. Alio modo dicitur infinitum ne-
gative, id est quod non habet finem, et sic indivisibilia
dicuntur infinita, ut puncta et unitates, quia non
sunt finita. Et hoc modo evum est infinitum, quia
sunt finita. Et hoc modo evum est infinitum, quia
scilicet non finitur. Sic ergo aliquid creatum esse simul
aliquid infinitum actu nichil prohibet. Ad
tertium dicendum quod per eundem modum est infinitum esse.
Ad quartum dicendum quod licet eternitati
angeli et evum potest assignari triplex differentia, quarum una
potest sumi ex predictis. Nam eternitas mensurat
ipsam substantiam eterni, quod est in rerum natura idem
cum omnibus que ei attribuuntur, non autem evum, ut
dictum est. Alia sumitur ex hoc quod eternitas me-
surat esse per se stans. Unde eternitas est
idem cum substantia eterni. Evum autem mensurat
esse creatum, quod non est per se stans, quia est
aliud a substantia entis creati. Tertia potest sumi
ex hoc quod evum quamvis sit interminabile ex parte
finis, non tamen ex parte principii. Eternitas vero
ex parte utriusque.

Deinde queritur de anima. Et primo
ad quantum naturam. Secundo quantum ad gratiam.
Tertio quantum ad culpam. Quarto quantum
ad gloriam. Circa naturalia anime quesitum est de
eius substantia et de eius operatione. Circa substantiam
quesita sunt duo. Primo utrum anima sit sue
potentie. Secundo utrum secundum suam substantiam sit incorruptibilis.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima sit
sue potentie. Dicitur enim in libro de spiritu et
anima, quod anima est queda(m) sua
scilicet potentie quedam vero sua non est sed virtutes.
Et Augustinus dicit x libro de Trinitate quod memoria
intelligentia et voluntas sunt una mens, una
vita, una essentia. Sed hec tria secundum Augustinum
in x de Trinitate libro sunt tres vires anime, ergo anime
vires sunt ipsa eius essentia. Sed contra

x

est q dyonis xi ca° celestis ierarchie distinguit
supiores subas scz angelos in tria scz in subam
virtute et opacones scz angelis no est unius
simplicitatis · ergo aia · go et in aia sua suba
non est sua virtus sive potencia · ℗ Eorum que
sunt idem si unum multiplicat et reliquum · si go aia
sit idem et sue potencie videt q nec potencie
sit multe q essencia aie una esse non possit ·
Respondeo dicendum q de aia dupl loqui possum · Uno
singulariter quantum ad subam · et sic impossibile est q
aie sit sue potencie dupli racione · quarum
una sumit ex eo q est aie principium scz impossibile
est · ut idem sm idem sit naliter principium
plurimorum et diversorum · immo quorum oppositorum · Anima autem
sm diversas potencias invenit esse principium
actuum diversorum sm speciem et quorum oppositorum · Unde
impossibile est q ipsa essencia aie que est una
sit immediatum horum principium · Et ideo oportet
ponere in aia preter eius subam potencias
naturales que sunt horum actuum immediata principia
Alia racio sumit ex eo quod est quod aie et
cuiuslibet sube creatae · In illa enim suba creata
sit idem esse et opacio · Hoc enim solius dei est
essencia autem est essendi principium · potencia vero
operacionis · ergo cum ab uno naliter non sit nisi
unum · nulla suba nisi divina est sua potencia
Nec est instancia de potencia me · cum dato
q sit sua essencia · tamen talis potencia no est ad
opacionem sed ad esse · Alio modo possum loqui de
Anima sm q est quoddam totum potenciale
et sic divise potencie sunt partes eius · et ita aia
predicat de potenciis ut certo · Sed huius modi
sit abusio · in toto potenciali et integrali
Anima totum potenciale sm suam subam ad quelibet
aulz partem · no autem integrale · et per hoc patet

Ad secundum sic proceditur · videtur · Secundo ad obiecta m

q anima racionalis sit corporalis cor-
ruptibilis · Quia sm Damascenum nulla suba
est · sine opacione · propria autem opacio aie
racionalis est intelligere · ad quam indiget corpore
cum no sit intelligere sine fantasmate ut
patet per phm iii° de aia · go destructo corpore
suba aie racionalis no manet · ℗ Illud
quod hz virtutem ut sit semper · non invenit quandoque
esse et quandoque non esse · Omnis enim res est
quedam virtus rei exposita · go quod invenit quandoque
esse et quandoque non esse · no hz virtutem ut sit
semper · sed omne quod incepit esse · invenit quandoque
esse et quandoque non esse · go nichil quod incepit
esse hz virtutem ut sit semper · et ita nichil quod
incepit esse · potest esse incorruptibile · sed aia
racionalis incipit esse · go no potest esse incor-
ruptibilis · ℗ Omnis composicio ex corpore et
alio est quoddam esse · si autem potest aia sic hz
esse · hz aliud esse · go composicio advenit aie

post esse completum · go huiusmodi composicio est aie
accidentalis · et sic homo non erit ens per se · sed
ens per accidens · quod est inconveniens · Si autem
no hz aliud esse aia preter esse compositi · go
per quam deficit esse compositi · aia esse no
potest · sed in morte corporali deficit esse compositi
go aia post mortem corporis non remanet ·
℗ Anima est forma corporalis · Aut go per
essenciam suam · aut per aliquod accidens · Si per accidens
sequitur q composicio aie et corporis sit accidentalis
sicut corporis ad indumentum · si per essenciam
go cum forma ingenita est forma · no possit
esse sine materia · Videt q aia post mortem corporis
remanere no possit · Sed contra est · quod
phs dicit in ii° de aia · Hoc racionale separatur
ab aliis · sicut perpetuum a corruptibili · ℗ Phs
in x° ethicorum · ponit felicitatem contemplativam
permanere civili · eo q diuturnior est · Sed
civilis durat usque ad mortem · go contemplativa
est post mortem · go aia permanebit · Respondeo
dicendum q necesse est ponere subam aie racionalis
esse incorruptibilem · si enim corrumpitur aut cor-
rumpitur per se · aut per accidens · Per se quidem corrumpi
no potest nisi esset composita ex materia et forma
contrarietatem habente · quod esse no potest nisi
esset elementum · aut ex elementis ut antiqui
phi posuerunt · quorum posiciones in primo de aia
reprobantur · Per accidens corrumpi no potest nisi
pereunte · q no hz per se esse · sed solum esse cum
alio · sicut est de aliis formis materialibus · que
per se no habent esse subsistens · sed sunt per se
compositorum subsistencium · quorum sunt partes · et
sic per accidens corrumpuntur compositis corruptis
hoc autem de anima racionali dici no potest · Nam
quod no hz esse impossibile est quod per se
separetur · Unde cum alie forme no operantur
sed composita per formas · Anima autem racionalis
hz per se opacionem · quam exercet · nullo organo
corporeo mediante · sicut intelligere · ut probat phs
in iii° de aia · Non enim posset omnium sensibilium
formas cognoscere · nisi ab aliis formis sensibilibus
esset denudata · nil nisi esset actu omnium · tamen nichil
recipiat · quod no licet · Oportet igitur si aia per
aliquod organum intelligeret · q careret omni forma
sensibili · cum omnes formas sensibiles sit nata
intelligere · Sicut pupilla caret omni colore ut
hoc q visa posset omnes colores cognoscere · Im-
possibile est autem esse aliquod organum corporale
carens omni forma sensibili · Relinquitur ergo
subam aie intellective esse incorruptibilem
Unde est quod phs in primo de aia · q intellectus
videtur esse suba quedam que no corrumpitur ·

Hanc autem incorruptibilem intellectum quidam posuerunt extra hominem esse, ponentes animam que est pars hominis corruptibilem forme, tamen posuerunt intellectum agentem separatum illuminantem dupliciter. Uno modo per illustrationem secundum eos qui posuerunt intellectum agentem separatum et incorruptibilem, intellectum vero possibilem coniunctum et corruptibilem. Alio modo per illuminationem intellectus ad fantasmata secundum eos qui posuerunt etiam intellectum possibilem esse separatum et incorruptibilem. Sed secundum hoc esse non potest, quia si in nobis non esset aliqua virtus intellectualis, lumen intellectus agentis non posset in nobis recipi nisi materialiter, cum receptum sit in recipiente per modum recipientis, et ita non reciperetur modo intelligibili, et sic nos non possemus esse intelligentes formaliter, secundum quod esse non potest. Nam fantasmata sunt in nobis per naturam operationem que sequitur esse. Ipse sic homo non haberet speciem suam esse ex hoc quod est rationalis, cum non sit rationalis nisi ex hoc quod intellectum continet. Relinquitur igitur quod ipsa humana anima, que est forma corporis, est intellectus incorruptibilis. Ad primum ergo dicendum quod anima indiget aliquo corporali ad suam operationem dupliciter. Uno modo sicut organo per quod operatur, et sic non indiget aliquo organo, ut probatum est. Si enim sic indigeret organo ad intelligendum, esset corruptibilis utpote non potens per se operari. Alio modo ad operandum indiget aliquo corporali sicut obiecto, sicut oculus ad videndum indiget corpore colorato. Et anima rationalis indiget ad intelligendum fantasmate. Nam fantasmata sunt sensibilia anime intellective, ut dicitur in iii° de anima. Operatio autem que sic indiget corporali a principio non potest esse sine corporali illo. Potest autem postea, sicut anima sensitiva nullam operationem habere potest nisi prius moveatur a sensibus qui sunt extra animam, sed postea remanet actus imaginationis etiam sensibus abeuntibus, et sic etiam destructis fantasmatibus operatio intellectiva in anima remanere potest. Ad secundum dicendum quod illa ratio est probativa per Philosophum in libro de celo et mundo, quia ibi ostenditur quod omne generatum est corruptibile, et habet locum in illis que fiunt et corrumpuntur naturaliter, in quibus ex contrariis constitutis est, quod non potuit non semper fuisse nec semper fore. Non autem habet locum in hiis que per creationem fiunt, que accipiunt a deo virtutem ut sint semper, quam quia esse non potuit antequam eam acciperet. Ad tertium dicendum quod anima esse suum communicat corpori, quod quidem ita acquisivit anima in corpore, ut quod ipsum consistere posset, quod non est de aliis formis, et sic ipsum esse anime sit compositi esse, et hoc manet composito destructo. Ad quartum dicendum quod anima secundum suam essentiam forma corporis est, nec destructo corpore destruitur in anima illud secundum quod est forma, sed solum desinit esse forma in actu.

Deinde queritur de opere anime. Et circa hoc queruntur duo. Primo utrum anima separata intellectiva omnia que cognoscat cognoscat in prima veritate. Secundo utrum anima separata a corpore habeat actus sensitivarum potentiarum.

vii Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima quicquid intelligit intelligat in prima veritate. Augustinus dicit xii Confessionum: Si ambo videmus illud verum esse quod dico, ubi queso illud videmus? Non ego in te nec tu in me, sed ambo in ea que supra nos est incommutabili veritate. Et sic omne verum quod anima cognoscat in prima veritate videt. Preterea verum addit supra ens manifestationem sive manifestum, sicut patet de principiis demonstrationis, et de luce corporali per quam visus corpora videt. Sed prima veritas est maxime omnibus mentibus manifesta, et sic non solum per eam sed in ea omnia cognoscuntur. Sed contra. Multi de delusionibus demonum veram cognitionem habent, qui de prima veritate nichil considerant. Ergo non omne verum in prima veritate cognoscitur. Preterea Augustinus dicit in libro de libero arbitrio quod nullus de prima veritate iudicat, et quod nullus sine ea recte iudicat, et ita si de ea non iudicatur, non cognoscitur ut alia in ea. Responsio. Dicendum quod sicut quedam glossa dicit super illud Psalmi: Diminute sunt veritates etc., dicit ab una prima veritate multe veritates in mentibus hominum resultant, sicut multe facies in speculo fracto ab una facie hominis resultant. Huiusmodi autem resultatio est quantum ad duo, scilicet quantum ad lumen intelligibile, de quo in Psalmo: Signatum est super nos lumen vultus tui domine, et quantum ad prima principia naturaliter nota, sive sint complexa sive incomplexa. Nichil possumus veritatis cognoscere nisi ex primis principiis et ex lumine intelligibili, que veritatem manifestare non possunt nisi secundum quod sunt similitudo illius prime veritatis, quia ex hoc etiam habent quandam immutabilitatem et stabilitatem. Sic igitur in prima veritate secundum suam essentiam non omnia videntur a nobis in statu vie, cum nec ipsa per suam essentiam a viatoribus videatur, sed in prima ratione imaginis sue, scilicet mentis ab ea exemplate, omnis veritas a nobis cognoscitur. Et ex hoc est quod duo idem verum vident, inquantum ab eadem veritate exemplata veritas in mente utriusque est. Et ita intelligendum est dictum Augustini, et sic patet solutio ad primum. Ad secundum dicendum quod operari aliquo sicut movente dicitur dupliciter. Uno modo sicut principio formali operationis vel motus

et sic non oportet quod motor moventis vel operans operatus trahatur ad illud quod operatur. Non enim ignis calefacit calorem quo calefacit. Alio modo sicut instrumento; et sic motor movens trahatur ad illud quod movet, sicut magis baculum movet lapidem, et baculum manus movet. Illud ergo quo cognoscimus sicut instrumento oportet esse in nobis quasi notum, et sic cognoscimus conclusiones per principia naturaliter nota, ad quae comparatur intellectus agens sicut ad instrumenta, ut dicit Commentator in III De anima. Sed illud quo cognoscimus sicut forma cognoscentis non oportet esse notum, sicut nec oculus videt lucem quae est de oculi compositione, nec speciem per quam videt; et ita etiam non est necesse ut quicumque intelligit aliquid intelligat intellectum suum quo intelligit, vel lumen intelligibile. Sic igitur veritas a prima veritate in mentibus nostris exemplata a nobis partim cognoscitur, dum necessarium est ad hoc quod alia in ea cognoscantur, scilicet quantum ad ipsum intelligibile lumen; ipsa vero exemplaris veritas a nobis per suam essentiam videtur.

viii

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod anima separata actus sensitivarum potentiarum habere possit. Cassianus enim dicit in libro De anima quod anima in corpore videt et audit et reliquis sensibus viget. Praeterea Lucae XVI quaedam dicuntur de divite in inferno sepulto, quae sine actu sensuum esse non possunt. Sed constat quod ibi erat tantum anima divitis sine corpore. Ergo anima sine corpore operationem sensuum habere potest.

Praeterea, frustra est potentia quae non reducitur ad actum. Sed in anima post mortem remanent potentiae sensitivae. Ergo et actus sensuum.

Responsio. Dicendum quod impossibile est in anima separata aliquam potentiarum sensitivarum actum esse. Quod sic patet: operationes enim potentiae sensitivae eodem modo perficiuntur in homine et in bruto; eodem modo enim homo videt per oculum quo equus. Actus autem potentiae sensitivae in bruto non est operatio animae sensitivae per se, sed mediante organo; si enim per se haberet subsistentiam, sic esset incorruptibilis, ut de anima rationali probatum est. Unde nisi sit hoc inconveniens, impossibile est quod in bruto vel in homine potentia sensitiva habeat aliquem actum proprium, sed omnis actus eius est coniuncti. Unde in anima separata remanere non potest. Quidam tamen dicunt animam sensitivam habere duos actus: unum quem exercet organo mediante, qui post mortem non manet; alium quem per se ipsam agit, et hic manet post mortem. Hoc autem videtur attestari opinioni Platonis de anima, qui ponebat animam sensitivam movere se ipsam, et sic movere corpus; et sic operatio qua movebat se ipsam erat sibi propria, alia vero qua movebat corpus erat coniuncti. Et propter hoc Plato ponebat animas etiam brutorum esse incorruptibiles. Hoc enim de necessitate sequitur, quod tamen isti non concedunt.

Ad primum ergo dicendum quod sicut operationes voluntatis propter quandam similitudinem nominantur nominibus passionum quae sunt in appetitu sensitivo, ita intellectus operationes nominantur ab operationibus sensuum propter similitudinem; et sic loquitur Cassianus.

Ad secundum dicendum quod ista verba quae dicuntur de divite oportet metaphorice intelligi vel secundum similitudinem, et non solum rebus spiritualibus (?), ut Augustinus dicit.

Ad tertium dicendum quod secundum quosdam in anima non manent potentiae sensitivae actu, sed in radice tantum. Si autem actu non maneant, non tamen frustra erunt, quamvis actibus careant; manent enim ad naturae integritatem, sicut membra generationis (?) in resurgentibus.

Deinde quaeritur de his quae pertinent ad gratiam. Et circa hoc quaeruntur tria: primo de praecepto honoris parentum; secundo de consilio quantum ad voluntatem obedientiae; tertio de voto continentiae.

ix

Ad primum sic proceditur. Videtur quod ille qui non potest sustentari a filio nisi contrahendo accipiat dotem, unde patrem nutrire possit, non teneatur contrahere ut patrem sustentet. Cum enim caritas sit ordinata, prius aliquis tenetur sibi quam patri. Sed laudabile esset si aliquis propter virginitatem servandam se morti exponeret. Ergo non tenetur aliquis pro conservanda patris vita matrimonium contrahere ut patrem sustentet.

Praeterea, praeceptum non contrariatur consilio. Sed de virginitate servanda est consilium, ut patet I ad Corinthios VII. Ergo praeceptum de honoratione parentum non obligat aliquem ad hoc unde virginitatem perdat.

Sed contra, praeceptum affirmativum obligat pro loco et tempore. Sed tempus de honoratione parentum est cum parentes indigent. Ergo tunc obligatur aliquis ex tali praecepto. Et ita videtur quod teneatur matrimonium contrahere si aliter patri subvenire non possit.

Responsio. Dicendum quod casus propositus non videtur esse de facili possibilis. Vix enim contingere potest quin aliquis parentes sustentare possit absque contractu, saltem manibus operando vel mendicando. Si tamen hoc contingeret, est idem iudicium de virginitate servanda in isto articulo et de aliis perfectionis operibus, sicut est intrantium in religionem, de quo quidam varie opinantur. Dicunt enim aliqui quod si aliquis habet patrem indigentem, si quid habet ad eius sustentationem, et sic potest licite religionem intrare, parentum curam patri caelesti committens, ut etiam auctoritas praestat (?). Sed quibusdam hominibus videtur asperum. Ideo melius videtur dicendum quod aut ille qui est in proposito intrandi religionem videt se in saeculo non posse vivere

sine pecco mortali vel non faciliter si tamen timet
sibi periculum pecti mortalis vel magis saluti sue
sue teneat providere quam corpali necessitati
paciendo non tenetur in seculo remanere Si autem
videt se in seculo posse gubernari absque peccato
distinguendum videtur quia si sine eorum obsequio
parentes nullo modo vivere possent sic tenetur
eis servire et alia opera perfectionis pretermittere
sic enim hoc male pretermittet et peccaret
eos dimittens Si vero sine eius obsequio
possent aliquam sustentari non tamen honorifice
tunc propter hoc tenetur opera perfectionis dimittere
Secus autem est de illo qui iam religionem
intravit quia cum iam sit mortuus mundo
per professionem solutus est a lege qua in mi-
nisterio obsequiis parentibus tenebatur secundum
doctrinam Apostoli Rom. vii In hiis autem spiritualibus
puta oracionibus et huiusmodi eis tenetur servire
Et hoc quod dictum est de introitu religionis
potest eciam de observancia virginitatis et de aliis
operibus perfectionis dici Ad primum ergo dicendum
quod si aliquis non esset virginitatem professus
non deberet mori fame antequam matrimonium
contraheret Ad secundum dicendum quod preceptum
contrarium consilio nichil prohibet in casu

X Ad secundum sic proceditur Videtur quod
religiosus qui emisit votum obediencie
tenetur in omnibus prelato obedire
et in indifferentibus quia per votum castitatis
religiosus omni connubio renunciat ergo per
votum obediencie abrenunciat proprie voluntati
quantum ad omnia Preterea Beatus Benedictus dicit
in regula quod si prelatus impossibile iubeat
tentandum est ergo multo magis in indifferentibus
obedire tenetur Preterea votum obediencie ad statum
perfectionis pertinet hoc autem non esset si non
teneretur obedire nisi in hiis que in regula
continentur quia quilibet subditus eciam secularis tenetur
prelato suo obedire in aliquibus que pertinent ad
suum prelacionem ergo videtur quod religiosus tenetur
simpliciter in omnibus obedire Sed contra
religiosus non tenetur ad plura quam secularis
nisi quantum se per votum obligat sed per votum
perfectionis non obligat se ad obediendum nisi
secundum regulam ergo in pluribus obedire non tenetur
Preterea Bernardus dicit
quod non que sunt secundum regulam Preterea Nichil in preceptum
In li. de dispen. et precep. nichil prohibeat
prelatus eorum que non promisi nichil prohibeat
eorum que promisi Respondeo dicendum quod primum conveniunt
omnes et partim dissenciunt Omnes enim religiosi
sunt et partim dissenciunt Dicunt enim quod religiosi
non teneantur prelato obedire nisi in hiis que dicuntur
supra vel regule vel quantum ad ea in quibus
prelatus dispensacio committitur omnes conveniunt
dicentes quod eciam in hiis que sunt contraria regule
obedire non teneantur Sed obedire obediencie
perfecte non ab omnibus dicitur Sed circa indifferencia

vel que sunt infra latitudinem regule et equalia
regule sunt due opiniones quibusdam dicentibus
quod obedire in huiusmodi est de necessitate obediencie
Aliis autem quod non est de necessitate obediencie
sed de perfectione que quidem due opiniones etsi multum
differre videantur quantum ad voces tamen parum aut
quasi nichil differre inveniuntur Nam ad regulam
pertinere intelligenda sunt non solum ea que sunt expressa
in regula sed eciam illa que quocumque modo ad
regulam reducuntur ut puta que pertinent ad
obsequium sive honestatem et ad humanam caritatem
ad que duo fere omnia huiusmodi possunt reduci
Si tamen aliqua sunt que nullatenus ad regulam
reducuntur videtur verior opinio esse quod obedire
in huiusmodi non sit de necessitate obediencie sed de perfectione
ut Bernardus manifeste dicit In li. de precep. et dispe.
Et hoc ideo quia obediencia non se extendit
ultra potestatem et iurisdictionem prelacionis que quidem
secundum regulam limitantur Ad primum ergo dicendum quod
votum continencie respicit speciale genus actus
sed votum obediencie respicit generaliter omnem
actum Unde nisi determinetur eius generalitas
esset religionum confusio quia omnes ad idem
tenerentur Ad secundum dicendum quod loquitur quantum
ad perfectionem obediencie Ad tertium dicendum quod
per votum obediencie supponitur religiosus prelato
suo quantum ad generalem disposicionem vite sue
licet non quantum ad omnes actus suos particulares
Secularis autem suo prelato obedire tenetur quantum
ad aliquos actus speciales non autem quantum ad
generalem disposicionem vite sue

XI Ad tertium sic proceditur Videtur quod
per votum simplex castitatis aliquis
matrimonium contrahens nec reddere debitum
nec exigere possit quia apud deum non minus
obligat votum simplex quam solenne ut Extra
dicitur Sed per votum solenne emissum aliquis nec
petere debitum nec reddere potest ergo nec post emissionem
simplicis voti Preterea per potestatem nulla excusatur
a peccato Sed ille qui contrahit post votum simplex
peccat Sed post debitum reddit quia adhuc potest
votum implere religionem intrando ergo postquam
semel reddidit adhuc peccat vel reddendo
vel exigendo Sed contra ecclesia non cogit
aliquos ad peccandum cogit autem reddere debitum
eciam post votum simplex castitatis ergo reddendo
debitum non peccat Respondeo dicendum quod quantum ad
reddicionem debiti omnes conveniunt quod post votum
simplex continencie tenetur reddere debitum quia votum
simplex matrimonium contractum non dirimit et ex quo
matrimonium est contractum vir non habet potestatem corporis
sui sed mulier Unde tenetur mulieri petenti debitum
reddere Sed circa peticionem debiti quidam dicunt
quod nec quantum ad hoc sit in sua libertate tenetur

adhuc votum implere, et ita peccat debitum
petendo. Alii vero dicunt, et si per singula appareat
quod mulier velit sibi debitum reddi, quamvis ipsa
petere erubescat, quod vir petere debeat etiam post
votum simplex, et precipue si timeat uxoris
de lapsu. Sed hoc in idem redit cum primo.
Nam hec est ex parte uxoris quedam interpretativa
peticio, et sic vir petendo reddit. Verumtamen efficitur
ex parte uxoris gravius matrimonium, quam esset
si se eam expresse petere oporteret. Ad primum ergo
dicendum, quod utriusque voti transgressio inducat rea-
tum peccati mortalis, ex hoc quod utrumque equaliter
obligat apud deum, sed quantum ad impedimentum ma-
trimonii non habet utrumque equalem efficaciam.
Nam per votum solemne transfert se vovens
etiam in corporale obsequium, propter bonum dei, per suscep-
cionem ordinis, vel introitum religionis. Quod
autem aliquis semel uni dedit, non potest postmodum
alteri dare. Et ideo post votum solemne non potest
aliquis se tradere in potestatem uxoris matrimonium
contrahendo. Sed in voto simplici est sola
promissio. Quando autem alicui aliquid promisit
potest idem alteri dare, licet sue promissionis non
servet. Et ideo ille qui simplex votum emittit
potest postmodum matrimonium contrahere, licet peccet
quod priorem fidem irritam faciat. Ad secundum
dicendum quod per hoc quod gaudebit non excusat sanctitas
quin debitum reddat a peccato. Iniquum est peccatum
sed iniquum est actus quidam matrimonii consecratus

Deinde queritur de hiis que pertinent
ad culpam. Et primo quantum ad culpam
que contrariatur bonis moribus. Secundo
quantum ad culpam que contrariatur veritati
fidei. Circa primum queruntur tria: primo de acceptione
personarum. Secundo de peccato infamie. Tertio de
preciositate vestium. xii

Ad primum sic proceditur. Videtur quod qui
honorat divitem propter divitias peccat.
Ita enim dicit Glossa Jacobi secundo: Quia
si introierit in conventum vestrum etc., induens
pauperem abicit, divitem tollit, fideles esse
debent. Preterea honor secundum philosophum quarto ethicorum
debetur rebus divinis, sed in divite non est aliquid
divinum propter divitias, ergo non debetur ei honor
propter divitias. Preterea ex verbis philosophi quarto ethicorum
colligitur quod honor est exhibitio reverentie
in signum virtutis, sed aliquis dives non est virtuo-
sus, ergo secundum testimonium dicitur esse peccatum, quod non
debet fieri propter scandalum vitandum. Videtur quod
non est causa vitandi scandalum divites debent
propter divitias honorari. Sed contra est Glossa
Augustini Jacobi secundo super illud: Si introierit in
conventum vestrum cotidianis gressibus, qui prefert divitem pauperi,
non in hoc peccat, nisi intus ita iudicat, ut
ei quanto ditior tanto melior videatur. Sed non
si aliquis in huiusmodi exterioribus honoribus divitem
honorabit, cum propter hoc iudicat meliorem

ergo non semper peccat. Respondeo dicendum quod acceptio
persone dicitur contra acceptio cause. Acceptio
enim cause est iudicium formare ex aliquo
quod facit ad causam, quod laudabile est. Acceptio
vero persone est formare iudicium ex aliqua
conditione persone que non facit ad causam,
quod vitiosum est. Unde contingit quod ex aliqua
conditione persone considerata quamvis sit iudicium
iustum, tamen acceptio personarum fit, sicut in
aliquo curialitas det premia pro aliquo
quod est levius, erit acceptio personarum. Si
autem in hac consideratione in levitando ad
magisterium aliquis preficiatur, non est acceptio
personarum. Si ergo aliquis honor divitibus
exhibeatur propter divitias, ad que divitie
aliquid faciunt, non erit acceptio personarum,
erit autem si ad hoc nichil operentur. Est
autem duplex honor, unus qui debetur alicui
bone simplicio propter ipsam virtutem, sicut est
commendatio imitatio et huiusmodi, et ad hunc
honorem divitie nichil faciunt. Unde
si talis honor alicui propter divitias exhi-
beatur, erit acceptio personarum. Unde dicit
Maximus Valerius quod honores qui virtuti debentur sicut
sunt triumphi et alia huiusmodi, que apud Ro-
manos antiquos nulla pecunia emi po-
terant. Alius honor alicui debetur secundum
statum quem habet in republica. Sic enim
in persona republica honoratur, et propter
hoc rex et principes et huiusmodi persone
honorantur, secundum illud prima Petri secundo: Regem
honorificate. Et quia in terrena republica
divites statum obtinent altiorem. Unde in
civitate Jerusalem quam in Babilonia persuaserat
dent eis iniquos qui faciunt morem
gerere, ut dicit Augustinus in libro de Civitate Dei, in
hiis que non sunt contra deum. Et sic etiam
divites honorare illis dumtaxat honoribus
qui ad exteriorem conversationem pertinent, licitum est.
Ad primum ergo dicendum quod in hiis que ad fidem Christi
pertinent, peccatum esset divites pauperibus preferre,
et sic ministratores sacramentorum et alia huiusmodi,
sed in hiis que mundi conversationem respiciunt oportet
mundi gerere morem. Ad secundum dicendum quod etsi
divitie iniquitatis sit quedam bonum, sicut aliquid
divinum, precipue inquantum prebent facultatem
ad multa bona agenda. Ad tertium dicendum quod
ratio illa procedit ad honorem qui exhibetur
alicui ratione sui ipsius. xiii

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod aliquis
peccat infamiam non repellendo. Augu-
stinus enim dicit qui famam suam ne-
gligit sed crudelitas peccatum est. Ergo peccatum est
infamie non resistere. Preterea Ecclesiastici xvii dicitur
Unicuique mandavit deus de proximo suo

X

ut scilicet prosit eis exemplo et verbo. Sed hec impeditur per infamiam, ergo quilibet tenetur repellere infamiam. Sed contra est quod contempnere infamiam videtur esse actus humilitatis. Unde in vitaspatrum legitur de multis sanctis patribus qui suas infamias sustinebant non repellentes, ergo non est peccatum. Respondeo dicendum quod utrumque, scilicet et contemptus fame et appetitus, potest esse laudabile et vitiosum. Fama enim non est necessaria homini propter seipsum sed propter proximum edificandum. Appetere igitur famam propter proximum caritatis est, appetere vero propter seipsum ad inanem gloriam pertinet. Contemptus fame ratione sui ipsius humilitatis est, ratione vero proximi ignominia et crudelitas. Clericus ergo cuius incumbit ex officio vel ex statu perfectionis aliorum saluti providere peccant nisi infamiam propter quod iuxta posse repellant. Alii vero quibus magis custodia sue proprie salutis imminet, prout sue humilitati providebitis, famam vel infamiam contempnere. Sed cum infamia dupliciter repellatur, scilicet occasionem subtrahendo et linguas detrahentium compescendo, primo modo omnes tenentur infamiam vitare, alias sine scandalo occasio transire non posset, quod sine peccato esset. Sed secundo modo non tenetur nisi quatenus det aliquibus saluti proximorum providere, et hoc est quod Gregorius dicit xx omelia super Ezechielem: linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare ut ipsi pereant, ita per suam malitiam excitatas debemus equanimiter tolerare ut nobis meritum crescat. Aliquando etiam debemus eas compescere ne dum de nobis mala disseminant, eorum qui nos ad bona audire poterant corda innocentium corrumpant, et i[?]. Item hi quorum vita vel exemplum imitationis est posita, debent si possunt detrahentium sibi verba compescere, ne eorum predicationem non audiant qui audire poterant, et in pravis moribus remanentes bene vivere contempnant. Hec ille. Ergo patet solutio ad obiecta.

XIIII Ad tertium sic proceditur. Videtur quod uti pretiosis vestibus sit peccatum. Omne enim quod fit propter vanam gloriam est peccatum, sed preciosa vestimenta non portantur nisi ad inanem gloriam. Unde Gregorius in omelia de divite epulone: Nemo quippe vestimenta pretiosa nisi ad inanem gloriam querit, videlicet ut honorabilior ceteris esse videatur. Nam quod pro sola inani gloria preciosum vestimentum queritur, ipsa res testatur, quia nemo vult ibi pretiosis vestibus indui ubi ab aliis non possit videri, ergo usus preciosarum vestium est peccatum. Preterea i ad Thimotheum vi: habentes alimenta et quibus tegamur his contenti simus. Glossa: quod amplius est a malo est, sed preciositas vestium est amplius, ergo est peccatum. Sed contra est quod Hester dicit ad quandam reginam: Indue te delicate non propter te sed ne dignitas regia vilescat. Preterea prima ad Thimotheum ii°: Non in tortis crinibus vel auro aut margaritis vel veste preciosa. Glossa: ultra modum suum. Et ita si aliquis pretiosis vestibus utatur secundum modum suum non peccat. Respondeo dicendum quod aliter est hic loquendum de persona publica et de persona privata. Nam in persona publica considerantur et status dignitatis et ipse persone condicio, circa que duo ita se debet habere ne dignitatis auctoritas veniat in contemptum, et ne ipsam in superbiam auferatur. Utrumque ergo eis potest esse laudabile, et quod preciosis vestimentis utatur ad reverentiam auctoritatis, et quod utatur vilibus ratione proprie humilitatis, ita dumtaxat ut neque ad auctoritatem conservandam fiat in superbiam, et ne dum nimium servatur humilitas regendi frangatur auctoritas. Hic dicit Augustinus. Et hoc valde laudabiliter sacerdotes in divino officio pretiosis utuntur vestimentis ad reverentiam divini cultus, et laudabiliter ab hiis in ... propter humilitatem in quibusdam religionibus abstinetur. In eo autem qui est privata persona, vitiosum est si propter propriam humilitatem abiectioribus vestimentis induit nec utatur, nec secundum statum proprius requirat. Unde etiam Gregorius dicit in omelia predicta: Si abiectio pretiosi indumenti virtus non esset, evangelista de Iohanne vigilanter non diceret: erat indutus pilis camelorum. Licitum est autem secundum modum proprie persone preciosis utatur, sed peccat si proprium modum excedat. Et quod preciosum dicitur relatione, sic et magnum, ei illud quod est preciosum uni non est preciosum alteri. Preciositas vestium sive sonat in excessum proprii modi, et secundum hoc sic est peccatum preciosis vestibus uti. Et sic loquitur Gregorius. Unde patet solutio ad primum. Ad secundum dicendum quod in alimento et tegumento intelliguntur omnia que nobis sunt necessaria secundum convenientiam nostri status.

Deinde quaeritur de culpa quae contrariatur rectae fidei. Et circa hoc quaeruntur duo. Primo utrum haereticus sit excommunicandus. Secundo utrum redeuntes ad ecclesiam sint recipiendi.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod haereticus sit excommunicandus. Dicitur enim Matth. xiii in parabola de zizania quod paterfamilias dixit messoribus: Sinite utraque crescere usque ad messem; messis autem consummatio saeculi est, ut ibidem dicitur. Cum igitur per zizania intelligantur haeretici, non sunt a communione fidelium separandi ante diem iudicii. Sed videntur contra hoc praeceptum domini facere principes haereticos interficientes. Sed contra est quod dicitur ii ad Cor. vi: Exite de medio eorum et separamini; et loquitur de infidelibus, quod patet ex hoc quod praemiserat: Nolite ducere iugum cum infidelibus. Ergo haereticis non est communicandum. Responsio. Dicendum quod haereticis non est communicandum duplici ratione. Una est ratione excommunicationis: nam cum sint excommunicati, non est eis communicandum, sicut nec cum aliis excommunicatis. Alia est ratione haeresis. Primo propter periculum, ne eorum communicatio alios corrumpat, secundum illud i ad Cor. xv: Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Secundo etiam ne videatur eorum doctrinae aliquem assensum praestare. Unde in secunda canonica Iohannis dicitur: Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non habet, nolite eum in domum recipere nec ave ei dixeritis; qui enim dicit ei ave, communicat operibus eius malignis. Unde dicit Glossa: Signum [?] vox est instituta, communionem esse ostendit cum illo cum quo [?] simulata est, quae in christianis esse non debet. Tertio ne ex nimia familiaritate aliis contingat occasio erroris. Unde ibidem dicit alia glossa: Et si vos forte decepti non estis, forsitan per talem vestram familiaritatem possent decipi qui viderent illos placere vobis et sic crederent illis. Unde alia glossa ibidem dicit: Tantam apostoli atque eorum discipuli in religione cautelam exhibebant, ut nec verbi quidem communionem cum aliquo eorum qui a veritate declinaverant. Haec patent. Hoc tamen est intelligendum nisi cum aliquo loquerentur de eius salute. Ad primum ergo dicendum quod in illo praecepto patrisfamilias duplex conditio intelligitur. Una est ut comprehendatur praeceptum de universali separatione malorum a bonis; et hoc accipitur ex ipsa quaestione messorum qui dicunt: Vis et imus et colligimus ea? Hoc enim non erit nisi in die iudicii. Alia conditio est ut intelligatur praeceptum quando mali sine periculo bonorum exstirpari non possunt. Et hoc patet ex relatione patrisfamilias qui dicit: Ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis et triticum. Quod quidem tribus modis contingere potest. Primo si aliquis praecideretur antequam de eius malitia constaret. Unde dicit Glossa: Et monet dominus ne ambigue iudicemus. Secundo si non esset in malitia obstinatus. Unde nullus excommunicatur nisi propter contumaciam. Unde dicit Glossa ibidem: Monet non cito amputare. Quia qui hodie errat, forsan cras defendet veritatem. Et Apostolus [?] dicit: Haereticum hominem post primam et secundam correptionem devita. Tertio si simul boni in malis involvantur, propter quod dicit Glossa ibidem Augustini: quod multitudo non est excommunicanda nec princeps populi. Istis autem remotis debet malum praecidi, secundum illud i ad Cor. v: Auferte malum ex vobis. Et sic patet solutio.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod haeretici redeuntes ad ecclesiam non sunt recipiendi, quia peccaverunt contra fidem quae est ecclesiae fundamentum; et ideo in aedificatione ecclesiae non debent superaedificari. Ergo non debent ad ecclesiam recipi. Sed contra est quod ecclesia nulli debet claudere gremium, sicut Christus qui de se dicit: Qui venit ad me non eiciam eum foras, Ioh. vi. Responsio. Dicendum quod quamdiu homo in statu vitae durat, homo non potest esse totaliter in peccato obstinatus; hoc enim erit in damnatis post mortem. Et ideo quamdiu in hac vita vivitur, cuilibet relinquitur locus poenitentiae. Et ideo qualitercumque deliquerit, vel in fide vel in moribus, est ab ecclesia recipiendus ad poenitentiam; et contrarium dicere est haeresis Novatianorum. Sed tamen non est necessarium quod sic ad dignitatem recipiantur, nisi cum aliquibus misericorditer dispensaretur, praecipue propter bonum pacis, vel propter fructum aliquem qui inde speratur. Ad primum ergo dicendum quod quamdiu fundamentum fidei non habet, ab ecclesia recipi non debet; sed postquam conversus incipit habere, recipiendus est.

Deinde quaeritur de hoc quod pertinet ad gloriam, scilicet de visione dei in patria. Utrum aliquis intellectus creatus possit videre deum per essentiam. Et videtur quod non. Intellectus enim ad intelligibile est aliqua proportio. Sed intellectus creati ad divinam essentiam nulla est proportio, cum distet in infinitum. Ergo intellectus creatus divinam essentiam videre non potest. Praeterea plus distat spiritus increatus ab intellectu creato quam spiritus creatus a sensu. Sed sensus non potest cognoscere spiritum creatum. Ergo nec intellectus creatus spiritum increatum. Sed contra est quod Exodi xxxiii super illud: Non videbit me homo et vivet, dicit Glossa Gregorii: Fuerunt nonnulli qui deum dicerent etiam in illa regione beatitudinis in claritate sua conspici, sed in natura minime videri. Quos nimirum minor inquisitionis subtilitas fefellit. Nec enim illi simplici et incommutabili essentiae aliud est claritas, aliud est natura, sed ipsa ei claritas, ipsa claritas natura est. Et ita essentia dei videbitur a beatis. Responsio. Dicendum quod necesse est ponere

xi

diuinam essentiam videre a bonis. Beatitudo enim est ultima perfectio rationalis nature. Nichil autem est finaliter perfectum, nisi attingat ad suum principium secundum modum suum. Quod ideo dico, quia ad principium, quod est deus, attingit aliquid dupliciter. Uno modo per similitudinem, quod est commune omni creature, que tantum habet de perfectione quantum consequitur de diuina similitudine. Alio modo per operationem, ut sic mittatur ille modus qui est creatura singularis secundum in unitate personae. Duo autem per operationem, inquantum rationalis creatura cognoscat et amat deum. Et quia anima immediate facta est a deo, ideo beata esse non potest nisi immediate videat deum, scilicet absque medio, quod sit similitudo rei cognite, sicut species visibilis in pupilla, ut in speculo. Non autem absque medio, quod est lumen glorie confortans intellectum, quod est lumen glorie, de quo In psalmo dicitur: In lumine tuo videbimus lumen. Hoc autem est per essentiam deum videre. Unde in hoc ponimus beatitudinem rationalis creature, quod deum per essentiam videbit, sicut philosophi animas (?) ab intelligentia asserere felicitatem posuerunt ultimam felicitatem hominis in continuatione intellectus nostri ad ipsam. Ad primum ergo dicendum quod proportio dupliciter dicitur. Uno modo secundum quod importat quandam determinatam excessum, et sic proportio requiritur inter intellectum et intelligibile ad hoc quod sit cognitio cum apprehensione, qualiter diuina essentia nunquam videbit ab intellectu creato. Alio modo dicitur universaliter, pro qualibet habitudine, et sic finitum potest habere proportionem ad infinitum, sicut sit perfectio eius, vel aliquam huiusmodi habitudinem habeat ad ipsam, et talis proportio sufficit ad hoc quod intellectus noster videat diuinam essentiam attingendo, non comprehendendo. Ad secundum dicendum quod obiectio illa procedit de distantia secundum proprietatem nature, non secundum rationem cognitionis. Nam spiritus creatus non est sensibilis, sed spiritus increatus est intelligibilis.

·3·1·

Questium fuit de deo, de angelis et hominibus. De deo vero questium fuit de immensitate ipsius, de cognitione eius et de potestate. Circa immensitatem vero dei questitum fuit utrum solius dei sit proprium esse ubique. Et ostendebatur quod non. Unius enim est in rebus materialibus, sed constat quod omnes partes universi sint unitate, ergo universale est in omnibus partibus universi, et sic videtur quod sit ubique. Non est igitur solius dei proprium esse ubique. Preterea universale est quod est ubique, sed universale non est hoc quod est deus, ergo non est proprium solius dei esse ubique et semper. Preterea substantia spiritualis excedit corporalem, sed hoc quod dicitur esse ubique pertinet ad substantiam corporalem, quia in solis corporalibus est proprium assignare locum, ergo multo magis esse ubique pertinet ad substantias spirituales, et sic videtur quod non sit solius dei proprium esse ubique. Preterea ad commendationem terreni regis pertinet quod possit gubernare etiam in absentia sua regnum, sed deus est commendabilior omni rege, ergo videtur quod eis competat quantum ad suam commendationem quod gubernet totum mundum, vel aliquas partes in absentia sua per prouidentiam, et sic videtur quod non sit dei proprium esse ubique. Preterea constat quod quedam dicuntur deo propinqua et quedam remota, et quanto magis sunt remota, tanto magis sunt corruptibilia. Non autem posset dici aliqua propinqua et alia remota deo, si deus esset ubique. Preterea dato quod tota materia mundialis esset unum corpus continuum, constat quod illud corpus esset ubique. Non igitur est solius dei proprium esse ubique. Sed contra est quod Ambrosius probat spiritum esse deum, quia est ubique, sed si esse ubique non esset solius dei proprium, ratio sua non valeret, cum ergo ratio huiusmodi valeat, videtur quod sit solius dei proprium esse ubique. Respondeo dicendum quod spiritualia dicuntur esse in loco, non quidem per contactum magnitudinis, sed virtutis. Cum igitur rei spiritualis loquimur, autem de aliqua rei spiritualis virtute, oportet nos loqui de loco in quo est. Virtus autem dei est infinita, cuius infinitas apparet quantum ad duo. Primo quia non solum excedit creaturas que sunt, fuerunt et erunt, sed etiam omnes que possunt imaginari. Secundo quia virtus dei simul et semel in omnibus operatur et in singulis, secundum proprium modum rerum. Et ideo esse ubique proprie acceptum soli deo competit. Aliquibus autem rebus competit esse ubique improprie. Unde distinguitur modus quo deus est ubique, et quo alie res quibus aliquo modo competit esse ubique. Nam huiusmodi dicuntur esse ubique, quia sunt

tum in his que sunt in potentia. Deus autem est non
solum in his que sunt, sed etiam in imaginatis et in
preteritis et in futuris. Item alie res non sunt ubique
sic in loco uno quod sint in diversis locis, sed deus
ita est ubique quod est in quolibet et in toto, quia
eius virtus habet efficaciam non solum in illud quod
est continue primo, sed in illud quod est proprium unicuique
rei perficiendi, et ideo est in omnibus sic in uno
loco et sic in pluribus quod est proprie esse ubique.
Unde cum hoc modo solus deus sit ubique, solius
dei proprium est esse ubique. Ad primum ergo dicendum quod
numerus non est in rebus materialibus sic in loco, sed
sicut accidens in subiecto. Punctus vero numerus licet sit
in aliis materialibus sic unita existentia, non tamen est
in qualibet parte, quia non contingit partes materialium
esse non. Item numerus non est omnino unus, sed multa
quedam. Deus autem est in rebus per virtutem suam
et in singulis operatur ut dictum est. Ad secundum
dicendum quod universale dicitur esse ubique et semper magis
per remotionem quam per positionem non esse. Dicitur
ubique esse et semper, non quod sit in omni loco et in
omni tempore, sed quia abstrahit ab aliis que determinant
sibi locum et tempus determinatum, et propterea universalia
non sunt subsistentia. Ad tertium dicendum quod substantia spiritualis
excedit corporalem excessu dignitatis nature et non
in virtute agendi. Immo videmus quod nulle substantie
spirituales habent determinata corpora in quibus agant
sicut anima rationalis corpus humanum, et ideo non
est simile. Ad quartum dicendum quod non esse ubique est
ex defectu regis terreni propter circumscriptionem sue substantie.
Deus autem cum sit incircumscriptibilis est ubique, et
tamen si non esset ubique, nihilominus gubernaret
omnia providentia sua. Unde in rege terreno
non esse presens est ad defectum, sed quod gubernet
in absentia est ad commendationem. Deus autem ubique
est et omnia gubernat. Ad quintum dicendum quod huiusmodi
distantia et propinquitas creaturarum ad deum non
est secundum locum, sed secundum similitudinem et dissimilitudinem.
Nam illa que magis assimilantur deo dicuntur sibi
esse propinquiora, que vero magis recedunt a
similitudine eius dicuntur esse sibi remotiora.
Ad sextum dicendum quod dato quod tota machina
mundialis esset unum corpus continuum, non tamen propter
hoc posset imaginari quod esset ubique, sed in uno
loco tantum, quia totum illud in quo esset acciperetur
pro uno, et sic non contingeret quodlibet perficiare
quod esse ubique complectitur in sua ratione.

Circa cognitionem vero dei queritur
utrum deus cognoscat malum per bonum.
Et videtur quod non, quia cognoscere unum
per aliud pertinet ad defectum cognitionis. Sed in
divina cognitione nulla potest esse defectus, ergo videtur

quod deus non cognoscat malum per bonum.
Praeterea cognoscere unum per aliud est in cognoscendo
discurrere, sed in divina cognitione non est
discursus, ergo cum cognoscere malum per bonum
sit cognoscere unum per aliud, videtur quod deus
non cognoscat malum per bonum. Praeterea Philosophus
dicit in tertio de anima quod intellectus qui semper
est in actu non cognoscit privationem, sed in-
tellectus divinus est semper in actu, ergo etc.
Praeterea omnia que cognoscuntur cognoscuntur per
aliquam similitudinem in ipso cognoscente existentem,
sed malum non habet aliquam similitudinem, ergo
deus non cognoscit malum per aliquod bonum
quod in eo existat. Sed contra est quod Augustinus
dicit quod malum cognoscitur secundum quod ab
ipso bono discordat. Responsio dicendum quod perfecta
cognitio uniuscuiusque rei est secundum quod cognoscitur
per propriam rationem. In cognoscibilibus autem quedam
sunt que habent rationem propriam absolutam,
sicut homo et lapis, quorum propria ratio non
dependet ex alio. Quedam vero sunt que habent
propriam rationem non absolutam, sed ex alio de-
pendentem, sicut est in relativis et in privativis
et in negativis, quorum ratio dependet ex
ordine que habent ad alia. Nam ratio ce-
citatis non est absoluta, sed dependens
in quantum habet ordinem ad visum cuius est
privatio. Cum ergo deus omnia cognoscat
secundum proprias rationes eorum, quia illa quorum
ratio est absoluta cognoscit absolute,
et non per aliquod aliud, illa vero quorum ratio
est dependens et in ordine ad alia co-
gnoscit secundum ordinem ad illa ex quibus
dependet. Cum ergo ratio mali non sit ab-
soluta, sed dependens in quantum scilicet discordat
a ratione boni, cognoscit malum secundum or-
dinem ad bonum, secundum quod discordat ab
ipso bono. Ad primum ergo dicendum quod in illis
que habent rationem absolutam est ad defectum
cognitionis cognoscere unum per aliud, sed
non in illis quorum ratio est ad aliud
ut dictum est. Ad secundum dicendum quod cognitio
discursiva est cognoscere unum incognitum
per aliud cognitum absolute, sed
cognoscere unum incognitum per aliud cogni-
tum ad quod ordinatur non est discurrere
in cognoscendo, et hoc modo cognoscit malum.
Ad tertium dicendum quod licet malum non sit op-
positum divine essentie, tamen est oppositum
effectui divine essentie. Nam bonum increa-
tum non habet oppositum malum, sed bonis
effectibus qui creantur a bono increato, et
in quantum discordat ab huiusmodi effectibus
cognoscitur. Ad quartum dicendum quod illud habet
locum in illo intellectu qui cognoscit res

et potentia

per adequationem et species suas, et ille modus cognoscendi non est in deo, quia cognoscat omnia per essentiam suam. Ad quintum dicendum quod licet malum non habeat aliquam similitudinem in deo, secundum oppositum mali scilicet bonum malum habet similitudinem in deo sicut in causa sua. Et ita bonum cognoscit per seipsum, malum vero per bonum.

Circa predestinationem querebatur

m Utrum predestinatio imponat necessitatem, et ostendebatur quod sic. Constat enim quod predestinatus omnino salvatur. Sed hoc non esset nisi necessarium esset predestinatum salvari. Videtur ergo quod predestinatio necessitatem imponat. Preterea Augustinus ad Romanos ix dicit exponens: Non est volentis neque currentis sed miserentis dei. Ergo videtur quod quicquid homo habet de salute sit ex sola predestinatione divina et ex nullo alio, et sic videtur necessitatem imponere. Sed contra Augustinus dicit: Qui creavit te sine te non iustificabit te sine te. Respondeo dicendum quod predestinatio certitudinem habet et tamen necessitatem non imponit. In predestinatione enim tria sunt consideranda, quorum duo presupponit ipsa predestinatio, scilicet prescientiam dei et dilectionem et voluntatem qua vult predestinatum salvari, et tertium est predestinatio, que nichil aliud est quam directio in finem quem vult deus rei dilecte. Et nullum autem horum trium certitudinem habet et inde necessitatem non imponit. Et quod prescientia divina certitudinem habeat patet. Deus enim cognoscit res nobiliori modo quam nos cognoscamus. Nam cognitio nostra est in tempore, et ideo intuitus noster respicit res secundum tres variationes, scilicet presentis preteriti et futuri, ut scilicet cognoscat preterita ut preterita, futura ut futura, presentia ut presentia naturaliter. Cognitio vero divina est supra tempus et mensuratur eternitate solum, et ideo non cognoscit res prout sunt in tempore sed prout sunt in eternitate, scilicet prout sunt presentia, et hec tam necessaria quam contingentia. Unde omnia cognoscit tamquam presentia in sua presentialitate. Cum ergo etiam intellectus noster certitudinaliter cognoscat presentia, multo magis deus omnia sibi presentia certitudinaliter cognoscit, ex quo nulla necessitas rebus cognitis inducitur, sicut videmus quod aliquis existens in loco eminenti videt certitudinaliter homines venientes aliunde eminus per vias duorum quorumcumque, et non videmus ut que sunt sibi presentia cum hominibus istis ex hoc nulla necessitas imponitur. Nam hoc non est nisi ex hoc quod in alto existens intuetur omnia in presentia, que enim in plano sunt preterita, scilicet illa que retro sunt, presentia illa scilicet que sunt iuxta se, et futura illa scilicet que anteriora sunt. Secundo autem voluntas divina certitudinem habeat et tamen necessitatem non imponat sic patet. Voluntas enim dei est efficax et perfecta causa omnium rerum. Certa omnia quecumque voluit dominus fecit. Cuius perfectio et efficacia apparet ex hoc quod non solum movet et causat res sed etiam dat eis talem modum causandi, in quantum cuilibet rei determinatum modum contulit quo suos effectus produceret. Unde quia ipse voluit quedam esse in universo necessaria et quedam contingentia, constituit quasdam causas quibus contulit ut contingenter causaret et quasdam quibus contulit ut necessario causaret effectum. Unde voluit istud vel illud effectum non solum esse sed etiam tali modo esse, scilicet vel contingenter vel necessario. Sicut quod voluit Petrum non solum currere sed etiam contingenter currere. Et similiter voluit istum vel illum hominem salvare, sed eo modo ut arbitrii libertatem non perderet. Et sic quod Petrus vel Martinus salvatur hoc duas causas, unam scilicet voluntatem divinam, et hec habet certitudinem, aliam liberum arbitrium, et hoc habet contingentiam, et sic est in aliis rebus. Certa quod sit contingentia convenit eis ex causa proxima, quod vero sint certa et necessaria provenit eis ex prima causa rerum. Unde prima causa rerum, scilicet divina voluntas, etiam de contingentibus certitudinem habet, ex qua tamen certitudine non imponitur ipsis rebus aliqua necessitas, quia non solum vult ea esse sed tali modo esse, scilicet necessario vel contingenter ut dictum est. Tertio vero predestinatio certitudinem habeat et necessitatem non imponat similiter patet. Motus enim vel directio vel processus dirigendi in finem quod proprium est ipsa predestinatio est secundum constitutionem et ordinem causarum a deo constitutarum. Constat autem quod quandoque sunt due cause ordinate quarum una est necessaria et alia contingens, et effectus semper contingens. In predestinatione autem sunt due cause ordinate quarum una est necessaria et alia contingens, ergo effectus est semper contingens. In predestinatione autem sunt due cause quarum una est necessaria scilicet ipse deus, et alia contingens scilicet liberum arbitrium. Et ideo oportet effectum predestinationis contingentem esse. Unde quia deus scit et vult istud vel illud contingenter fieri, predestinatio habet certitudinem, quia vero deus vult ut secundum libertatem arbitrii in talem finem dirigatur, ideo etiam predestinatio nullam necessitatem imponit. Ad primum ergo dicendum quod licet quod homo predestinatus omnino salvatur et ex certitudine divine predestinationis, non tamen est ibi necessitas absoluta sed conditionalis. Certa si talis est predestinatus necessario salvatur. Non autem est necessarium simpliciter. Ad secundum dicendum quod verbum apostoli non est sic intelligendum

quamvis sit necessarium velle et currere ex parte nostra, sed quod principium primum, bene operandi non sit a nobis, sed ex vita divina insidente gratia. Nichilominus tamen oportet quod ex parte nostra sit aliquod principium. III

Circa angelos quesitum fuit de motu angeli, scilicet utrum motus eius sit in instanti. Et videtur quod sic. Constat enim quod mutatio angeli simplicior est omni mutatione corporali, sed inveniuntur alique mutationes corporales in instanti, sicut illuminatio et huiusmodi, ergo multo magis motus angeli est in instanti. Praeterea nobilissime creature competit nobilissimus motus, nobilissimus autem motus est ille qui fit in instanti, ergo competit nobilissime creature scilicet angelo. Contra omnis motus habet prius et posterius, sed ratio prioris et posterioris in motu facit tempus, ergo in omni motu est tempus, ergo nullus motus etiam angeli est in instanti. Respondeo dicendum quod omnis mutatio habet duos terminos quos non contingit simul esse. Unde impossibile est quod aliquis motus vel mutatio sit in instanti, hoc est dicere quod idem instans ambos terminos complectatur. Unde sciendum quod in rebus corporalibus duo termini motus vel mutationis dupliciter se possunt habere. Uno modo quod sit assignare instans in quo terminus ad quem prius est, et aliud in quo est terminus a quo ultimo fuit. Et sic ad inter quelibet duo instantia sit tempus medium, sequitur quod de uno termino motus in aliud fiat transitus per tempus, et sic talis mutatio est in tempore et non in instanti. Hoc autem accidit quandocumque quod inter duos terminos motus est aliquod medium accipere, sicut inter album et nigrum, et inter esse hic et inter esse ibi, secundum aliquem terminum mutationis, sed inter quos non est accipere medium, ut inter album et non album, et inter ignem et non ignem, inter tenebrosum et luminosum. Contra affirmatio et negatio sunt secundum se inmediata et similiter privatio et forma in subiecto determinato, et in talibus licet sit accipere instans in quo primo est terminus ad quem, non tamen est accipere instans in quo ultimo est terminus a quo. Cum enim inter quelibet duo instantia sit tempus medium, sequeretur in illo tempore medio in neutro extremorum esset, quod est impossibile, cum sint extrema omnino inmediata. Oportet ergo dicere quod cum illud instans in quo primo est terminus ad quem, sit terminus alicuius temporis, quod in toto termino precedenti durat terminus a quo, et sic cum inter tempus et instans quod est terminus temporis non sit tempus medium non fit transitus de una extremitate in aliam in tempore sed in instanti. Sed in instanti primo desinit esse terminus a quo et incipit esse terminus ad quem. Et huiusmodi mutationes dicuntur instantanee, sicut illuminatio, generatio et corruptio. Sed oportet quod ille mutationes sint termini motuum continuorum, et in tempore existencium, et tempus in quo est ultimo terminus a quo mensurat aliquem motum, sicut in quo accedit ad terminum ad quem

sicut per alterationem materia disponitur ad formam et per motum localem corporis luminosi accedit ad situm in quo illuminat. Et secundum hoc dicitur quod generatio et corruptio, sunt termini alterationis, et illuminatio motus localis. Sunt igitur due sunt mutationes corporalium, sed neutra harum potest esse in motu angeli. Cum enim motus angeli attendatur secundum diversos contactus virtuales angeli ad diversa loca, qui quidem contactus non sunt continui. Unde sequitur quod motus angeli non sit continuus, et ita tempus quod ipse mensurat motum angeli non est continuum, cum continuitas temporis sit ex continuitate motus, ut dicitur in IIII° physicorum. Non enim potest dici quod motus angeli mensuretur motu continuo, quod est motus motus celi, quia motus angeli non dependet ex motu celi. Et sic patet quod motus angeli mensuretur quodam tempore in quo instancia sunt sibi succedencia sine continuatione, quod tempus ex hoc quod est motus non est continuum. Sed ex hoc quod est motus continui. Sunt igitur in motu angeli duo extrema motus non sunt in duobus instantibus inter que sit tempus medium, nec unum unum extremorum est in tempore et aliud in instanti, quod terminat tempus. Sed duo extrema sunt in duobus instantibus inter que non est tempus medium, et sic oportet dicere quod motus angeli sit in tempore. Licet alio modo quam motus corporis sit in tempore. Ad primum ergo dicendum quod mutatio angeli, secundum predicta ostenditur esse simplicior, quia ista mutatio cuius duo extrema in duobus instantibus inter que cadit tempus medium, cum inter duo instantia motus angeli non cadat tempus medium simpliciter etiam simplicior est, quam ille cuius unum extremum est in toto tempore continuo cum hoc unum extremum sit in instanti indivisibili, et cum non intercidit tempus medium sed nec ibi etiam quod est simplicium, ideo etiam sequitur quod sit nobilior. Unde patet solucio ad secundum.

Quinde quesitum fuit de homine V et circa hoc quesitum est de partibus humane nature, de sacramentis gratie, de conservatione humane vite. Circa primum queruntur duo. Primo de anima, secundo de corpore. De anima quesitum est utrum sit eadem substancia anima sensitiva et intellectiva. Et ostendebatur quod non. Nam anima sensitiva educitur ex potencia materie, intellectiva vero per creationem. Non ergo est eadem substancia utriusque. Preterea nulla substancia que sit una et eadem est eodem tempore mota ad opposita, sed sensus et ratio eodem tempore moventur

ad opposita sit, dicit Apostolus Ro. 7°
Video aliam legem in membris meis repu-
gnantem etc. Ergo sensibilis et rationalis
non sunt unius substantie. ¶ Preterea corruptibile
et incorruptibile non sunt eiusdem generis,
ergo nec idem numero; sed anima sensitiva est cor-
ruptibilis, intellectiva vero incorruptibilis;
ergo sensitiva et intellectiva non sunt eadem
numero, et non sunt eiusdem substantie. ¶ Preterea anima
sensitiva est communis nobis et brutis,
sed in brutis educitur de potentia materie,
ergo et in nobis. Non est igitur eadem cum
intellectiva, que est per creationem. ¶ Sed
contra, unius perfectibilis una est perfectio;
sed corpus humanum unum est perfectibile, ergo
una que est eius perfectio est una. ¶ Respon-
deo dicendum quod circa ordinem formarum est duplex
opinio. Una est Avicebron et quo-
rundam eius sequacium, qui dicit quod
secundum ordinem generum et specierum sunt diverse
forme substantiales sibi invicem advenientes,
sicut est substantia, corpus, animatum corpus et est
tale. Dicit ergo quod quedam forma substantialis
est per quam est substantia tantum, et preter eam est
quedam alia per quam est corpus. Deinde est
et alia per quam est animatum corpus, et alia
per quam est animal, et alia per quam est homo;
et sic dicit de aliis formis specialibus
rerum. Sed hec positio stare non potest, quia cum
forma substantialis sit que facit hoc aliquid
et dat esse substantiale rei, tunc sola prima
forma esset substantialis rei, et faceret hoc
aliquid; omnes autem alie per primam advenien-
tes essent accidentales, nec darent
esse rei simpliciter, sed esse tale; et sic
in amissione vel acquisitione ipsarum non
esset generatio et corruptio, sed solum alteratio.
Unde patet hoc non esse verum. Similiter esset
etiam in potentiis anime. Nam sola prima,
scilicet vegetabilis, esset forma substantialis
et faceret hoc aliquid, alie vero acciden-
tales essent advenientes, quod omnino est
falsum. Et ideo est dicendum quod huiusmodi forme
differunt secundum perfectum et imperfectum. Est enim
aliqua forma que non dat nisi
esse corporis tantum; et aliqua est magis
perfecta, que esse dat et vivere quo-
cumque modo vivendi; aliqua que cum
his dat esse sensitivum. Unde patet
quod hec ultima est perfectior primis. Et licet
se ad paria sit perfectissima ad imperfe-
ctiores, et ideo quicquid convenit in ipsis
totum est virtute in ultima. Unde dicendum
est quod una et eadem essentia est anime

sed intellectiva se habet ad sensitivam sicut perfectum
ad imperfectum. Quod dicitur quod anima sensitiva et intellectiva
sint eiusdem esse, significatum est quod nisi vires anime
radicarentur in una essentia, numquam una impe-
diretur ab alia, nec esse virtutis unius redundaret
in aliam. Item cum intellectus non habeat determinatum
organum in corpore, non mediate exerceret operationes
suas, non videtur ad quid uniretur corpori, nisi
esset eiusdem essentie cum anima sensitiva. Sic ergo
patet quod una essentia est anime sensitive et
intellective, sed differunt secundum perfectum et imperfectum.
¶ Ad primum ergo dicendum, quod anima sensitiva educitur
de potentia materie in brutis, in nobis vero
non, sed est per creationem, cum eius essentia sit essentia
rationalis que est per creationem. ¶ Ad secundum dicendum
quod anima sensitiva non est inconveniens aliquid
idem existens secundum diversas vires vel partes
moveri ad opposita. Et ideo licet substantia anime
sit eadem sensitive et intellective, tamen potest secundum
diversas partes et vires moveri ad opposita,
ut sic sensus moveatur ad ea que sunt sibi propria,
ratio ad ea ad que ordinatur. ¶ Ad tertium
dicendum quod licet incorruptibile non sit idem cum corru-
ptibili, tamen invenitur aliquid incorruptibile quod
habet aliquam potestatem que est corruptibilis, et
sic est in anima rationali. Nam ipsa substantia anime
est incorruptibilis; nihilominus tamen habet aliquid
scilicet sensitivam quod est quoad esse corruptibile. ¶ Ad
quartum dicendum quod licet sensitiva sit communis nobis
et brutis quantum ad rationem generis, tamen quantum
ad rationem speciei alia est in homine sensitiva et
alia in brutis, et similiter alia in asino et
alia in equo et bove. Quia secundum quod aliqua
differunt specie, ita esse in eis differt sensitiva, et ideo
non sequitur quod si in brutis educitur de potentia
materie quod esse in homine, quia in homine est alterius
speciei, et est per creationem.

VI De corpore autem quesitum est utrum
resurgat idem numero, et ostendebatur
quod non. Quia secundum philosophum in 2 Topicorum
illud dicitur idem numero quod est idem proprio accidente
et differentia; sed corpus in resurrectione non habebit
easdem proprietates, quia modo est visibile, tunc non; non
eadem accidentia, quia nunc albus, crispus, niger
et huiusmodi, que tunc non erunt. Non eadem etiam
differentiam, quia modo diffinitur per mortale, tunc
vero non, immortale erit. Ergo videtur quod non resur-
get idem numero. ¶ Preterea identitas materie facit
idem numero; sed materia corporis resurgentis non erit
eadem cum corpore quod nunc est, non nisi fore
reiciantur in ea. Ergo corpus non resurget idem
numero. ¶ Preterea philosophus dicit in li. de anima quod non
est eadem statua numero que destruitur et de eadem

ere reficiatur ergo pari ratione quod modo corrumpitur
non erit idem numero cum eo quod resurget. Item
constat quod homo humanitate est homo et una humanitate
unus homo. Sed in corpore quod mortuum est et quod resur-
get erunt due humanitates, quia per mortem
destruitur forma totius. ergo erunt duo homines.
Et sic videtur quod corpora non resurgant eadem
numero. Contra Job xix carne mea visurus sum
ego ipse et non alius etc. Responsio dicendum quod ad hoc
quod aliquid sit idem numero requiritur identitas prin-
cipiorum essentialium. Unde si ordo principiorum
essentialium etiam in ipso individuo variatur,
non est necesse etiam identitatem variari. Illud
autem est essentiale cuiuslibet individui quod est de
ratione ipsius, sicut cuiuslibet rei sunt essentialia
materia et forma. Unde si accidentia varientur
et mutentur, remanentibus principiis essentialibus
individui, ipsum individuum remanet idem.
Cum ergo principia essentialia hominis sint anima
et corpus, et remaneant, quia resurget eadem
anima et idem corpus, dicendum quod corpus hominis resurget
idem numero. Ad primum ergo dicendum quod obiectio illa
procedit ex falso intellectu litere. Non enim dicitur
idem homo illud quod habet idem accidens numero et
specie, et idem genere, sed id est idem numero
quod est idem in accidente, et in specie, sicut in
subiecto est idem cum accidente specie et differentia,
et non illa que habent idem accidens idem
genere et una differentia. Unde patet quod
obiciens false intellexit textum. Dato autem
quod secundum illum intellectum procedit obiectio, debet
intelligi de accidentibus individuantibus, scilicet de
dimensionibus, et hec erunt in corporibus gloriosis.
Item erit idem genere scilicet risus. Job viii° Im-
plebit os tuum risu et labia tua iubilo.
De differentia vero dicendum est quod licet resurgat im-
mortale, tamen per hoc mortalitas non tolletur
ab eo, quia natura humana erit ibi que ex se ha-
bet quod sit mortalis. Ad secundum dicendum quod licet eadem
materia faciat idem numero, non tamen materia mutata
ut que facit principium in numero, sed una materia
signata est sub dimensionibus terminantibus, quibus
facit idem numero. Reiterentur in materia corporis re-
surgentis, tamen resurget corpus sub eisdem dimen-
sionibus et cum eisdem principiis essentialibus.
Ad tertium dicendum quod simile est contrarium. Ipse enim vult
si statua reficiatur ex eodem ere quod sit eadem numero
nichilominus tamen dicendum quod omnia artificialia ponuntur
dupliciter in genere vel in specie, quia per materiam suam vel
per formam suam. Naturalia autem ponuntur in genere vel
in specie tantum per formam. Forme autem artificialium
sunt accidentales. Ideo oportet quod collocentur in genere
vel in specie per materiam. Sic reficitur eadem statua.
Si vero consideretur prout ponitur in genere vel in specie
per formam sic dico quod non reficitur eadem. Sed

alia, quia alia est forma huius et
alia illius. In corpore autem non est sic, quia
in corpore erit eadem forma. Ad quartum dicendum
quod non sunt due humanitates in corpore quod
corrumpitur et quod resurget sed una, quia
principia essentialia non mutantur sed sunt eadem.

Circa sacramentum gratie considera-
sunt tria. Primo de sacramento
confirmationis. Secundo de sacramento
eucharistie. Tertio de sacramento unctionis.

Circa primum queritur utrum solus
episcopus debeat conferre sacramentum
confirmationis. Videtur quod simplex
sacerdos possit conferre. Constat enim quod
in confirmatione confertur gratia spiritualis, sed huius
gratie collatio sic est ordinata ut non
possit impediri. Constat autem quod per ab-
sentiam episcoporum multotiens impeditur, quia
non sunt ubique presentes. ergo debet conferri
per ministerium sacerdotum, qui sunt ubique presentes.
Item sacramenta sunt multiplicata propter utilitatem,
ergo debent eodem modo conferri quo competit
utilitati omnium. sed hoc non fieret si solus
episcopus conferret. Hoc sacramentum in quo datur
robur spiritus sancti, quia non omnes habent
opportunitatem episcopi. ergo debet fieri per sacerdotes
per quos posset omnibus contingere hec utilitas.
Item constat quod sacramentum baptismi est
maius quam sacramentum confirmationis. sed baptismus
potest conferri per quoslibet sacerdotes, ergo multo
magis confirmatio. In contrarium est ecclesie
consuetudo. Responsio dicendum quod proprius minister
sacramenti confirmationis est episcopus. Et hoc pro-
batione et auctoritate. Ratione quidem, quia confirmatio
ad hoc fit ut homo in quadam perfectione
constituatur, cum detur ad robur spiritus sancti,
scilicet ut homo ex hoc fiat fortis et robustus
ad confitendum et proponendum fidem coram regibus
et principibus. Unde et propter hoc fit in fronte
ut non erubescat nec confundatur proponere
fidem coram omnibus et defendere. Sicut autem dicit Dyonisius
hee tres sunt actiones ierarchie scilicet pur-
gare, illuminare et perficere. Purgare est
proprium dyaconorum, illuminare presbiterorum, et hoc
consistit maxime in eucharistia, perficere vero
est episcoporum. Et ideo omnia sacramenta que ad
perfectionem conferuntur pertinent ad collationem episcopi,
que sunt collatio ordinum, consecratio virginum
et vasorum et confirmationis. Unde alius
non potest conferre confirmationis sacramentum
nisi episcopus. Hoc autem patet auctoritate scripture
quia confirmatio accedit in loco imposi-
tionis manuum. Hoc autem non poterat fieri
nisi per solos apostolos. Unde et per Philippum

qui predicaverunt verbum domini in Samaria
non imponebat manus, sed apostoli qui
erant Ierosolimis, audito quod Samaria re-
cepit verbum dei, miserunt ad eos Petrum
et Iohannem, et postea sequitur: Tunc impo-
nebant manus super illos. Unde cum episcopi
succedant in locum apostolorum, episcopus debet
collator sacramenti confirmationis. Sed communiter tamen
quod aliqua que in quadam perfectione homines
constituunt ex dispensatione committuntur sim-
plicibus sacerdotibus, sicut collatio minorum
ordinum et huiusmodi, quod etiam de confirmatione
fieri posset. Non dispensatione sine qua
nullus debet conferre sacramentum nisi solus
episcopus. Ad primum ergo dicendum quod non omnia
sacramenta in quibus confertur gratia spiritualis potest
conferre sacerdos. Unde licet in sacramento
confirmationis conferatur gratia spiritualis, non tamen
competit sacerdoti, quia eodem modo in sacramento
ordinis confertur gratia spiritualis, et reser-
vatur solis episcopis propter perfectionem in qua
consistit, et eodem modo confirmatio. Nec ob-
stat de impedito, quia possunt recurrere ad
civitates in quibus sunt episcopi presentes. Et
per hec patet solutio ad secundum. Ad
tertium dicendum quod sacramentum baptismi est maioris
necessitatis non perfectionis, et ideo propter
eius necessitatem non solum sacerdotes sed
etiam quilibet christianus potest baptizare in
articulo necessitatis, ubi non habetur copia
sacerdotum, servata intentione et forma
sacramenti. Confirmatio vero quia non est
adeo necessaria et confert in quadam
perfectione ut dictum est maioribus reservatur
scilicet solis episcopis.

Circa sacramentum eucaristie
quesita sunt duo. Primo de
illis qui excluduntur a consecra-
tione per fornicationem. Secundo de illis
qui excluduntur a participatione sacramenti
per excommunicationem.

viii Circa primum questio est utrum
aliquis posset audire missam
sacerdotis fornicarii quin faceret
mortaliter. Videtur quod non possit
audire sine peccato mortali. Ecclesia enim
precipit sub anathemate quod nullus audi-
at missam a sacerdote fornicario, sed
facere contra mandatum est peccatum mortale,
ergo etc. Contra est quod in multis
locis per modum sustinetur. Respondeo dicendum
quod circa hoc est considerandum quod aliquid
quantum ad suum naturale est per se malum
et aliquid est malum quantum ad suum positivum. Cum
enim sacerdos in peccato mortali existens celebrat peccat
mortaliter. Unde si constaret michi eum esse in peccato
mortali et inducerem eum ad celebrandum peccarem
mortaliter, et hoc secundum ipsum suum naturale, quia hoc
quod est provocare eum ad peccatum mortale est
peccatum mortale. Sed ecclesia positivum addit plus
quod non solum si inducam eum ad celebrandum, sed etiam
si audiam eius missam, pecco mortaliter. Quod quidem
constitutum est in penam sacerdotis fornicarii. Attendendum
tamen est quod hoc non intelligitur de quolibet sacerdote
fornicario sed de fornicariis qui quippe
dicuntur publici, quia iudicio et sententia ecclesie
vocantur publici. Unde quicumque a tali fornicario
publico audit missam peccat mortaliter. Ad
illud quod obicitur dicendum quod si sustinetur a prelatis
propter hoc non excusatur, quia hoc est propter negligentiam
vel propter miseriam et defectum ipsorum prelatorum, qui
non sunt ausi corrigere aliquos cum in se multa
corrigenda cognoscant, vel etiam propter timorem
aliquem. Unde non excusantur propter hoc.

ix Circa secundum quesitum fuit utrum aliquis
loquendo communicando sic stando cum excom-
municatis peccet mortaliter. Videtur
quod sic, extra [illegible] multi magistri detractorem et intrant
dicunt. Preterea facere contra preceptum ecclesie est peccatum
mortale, sed ecclesia mandat quod nullus loquatur vel
comedat cum excommunicatis, ergo qui hoc facit peccat
mortaliter. Preterea decretalis dicit ubi con-
sulebatur summus pontifex utrum posset participare
excommunicatis, quod etiam hoc pro vitando dispendio
mortis non debet facere, et huius assignat ratio-
nem quia est peccatum mortale, ergo videtur quod quicumque
in aliquo cum eis participat peccat mortaliter. Contra
quod nos videmus multos perfectiores viros hoc
facientes qui nullo modo hoc facerent si esset peccatum
mortale. Respondeo dicendum quod aliquis per excommunicationem
separatur a communione hominum, ... contingit
separari a communione fidelium. Dico ergo quod aliquis
potest communicare seu participare cum excommunicato directe
et indirecte. Directe quidem in hiis que sunt
fidei, et sic ille qui hoc modo communicat sibi peccat
mortaliter. Et hoc contingit tripliciter, quia sicut quidem
sacri in divinis, sicut si orem coram eo vel cum
eo, vel audiam missam cum eo et in aliis spiritualibus.
Item si ex contemptu, et hoc in quocumque casu communicat
quis cum eo, quia contempnens mandatum ecclesie peccat
mortaliter. Item quicumque participat sciens in crimine et
in causa. Indirecte vero communicat hiis que sunt humane
sicut in verbo in cibo. Et in hiis que sunt simpliciter
humane conversationis, et secundum hoc non peccat mortaliter
sed venialiter nisi faciat ex contemptu ut dictum est.
Ad primum ergo dicendum quod oportuno decretis ... non

xi

est vera / Et cum ipsi plures assentiant huic que consequitur ius huiusmodi quam dominium / ad plures sit assentiendum dimo iuri quam humano Et ideo melior est opinio aliorum qui dicunt contrarium ¶ Ad secundum dicendum quod communicare cum excommunicato directe quod est contra preceptum ecclesie / et est peccatum mortale Quod indirecte non quod est contra sed preter preceptum ecclesie / et hoc non est peccatum mortale sed veniale Unde sciendum est quod quedam sunt per se mala et hec non possunt fieri sine peccato / quedam vero sunt occasiones malorum tantum / et ista possunt fieri tamen sine peccato mortali / sicut est loqui vel comedere cum excommunicato / ¶ Ad tercium dicendum quod non solum quis deberet subire mortem antequam peccaret mortaliter sed etiam antequam peccaret venialiter Quia peccatum magis est peccatum / minus est eligibile / si enim esset eligibile magis esset peccatum / et sic non peccarem si facerem Et ideo per hoc non concluditur quod ideo non sit participandum eis / quia est peccatum mortale / et qui hoc facit mortaliter peccat / sed quia etsi esset veniale / non esset participandum eis / et tamen non peccaret mortaliter participando Vel dicendum quod decretalis illa intelligitur / de illis qui directe communicant excommunicatis

x

Circa sacramentum matrimonii quesita sunt duo Primo de maleficiis / Secundo de frigidis Circa primum quesitum est / Utrum maleficia impediant matrimonium Videtur quod non / Opus dei est forcius quam opus dyaboli / Sed matrimonium est opus dei / maleficium vero opus dyaboli / ergo matrimonium est forcius maleficio. non ergo impeditur per ipsum ¶ Contra maior est potestas demonum quam potestas hominis / sed homo potest matrimonium impedire / ergo et demon ¶ Responsio dicendum quod matrimonium est quoddam pactum / Nam per matrimonium unus tradit potestatem sui corporis alteri ad carnalem copulam / Constat autem quod pactum de impossibili nullum est / Ita quod nullus possit se obligare ad impossibile Et ideo quando aliquis obligat se per matrimonium ad carnalem copulam / si hoc sit ei impossibile / matrimonium nullum est / Sed notandum est / quod impossibilitas carnalis copule ex aliquo impedimento proveniens potest dupliciter considerari / quia vel illud impedimentum est superveniens matrimonio iam consummato / vel precedens / Si est superveniens tunc matrimonium idem consummatum / nunquam solvitur / Item circa hoc sciendum / quod impedimentum huiusmodi vel est perpetuum / vel ad tempus / Si sit perpetuum tunc matrimonium illud simpliciter impeditur / Si vero sit temporale seu temporaneum / tunc matrimonium / non impeditur simpliciter / sed ad tempus / Ita tamen quod impedimentum utrumque si precedat / De maleficiis autem sciendum est / quod quidam dixerunt / quod maleficium nichil est / et hoc proveniebat ex infidelitate / quia volebant quod demones non sunt nisi in imaginacione hominum / inquantum scilicet homines imaginabantur eos / et ex ista imaginacione timentes ledebantur Fides vero catholica vult / quod demones sunt aliquid / et possunt nocere suis operibus et impedire carnalem copulam Et ideo huiusmodi impedimentum / si precedat et sit perpetuum ut dictum est / simpliciter impedit matrimonium ¶ Ad primum ergo dicendum / quod etiam dyabolus est opus dei / et non solum matrimonium / et nichil opera dei unum est forcius alio / et unum impeditur per aliud magis forte Unde cum dyabolus sit forcior quam matrimonium / nichil prohibet per ipsum matrimonium impediri

xi

Circa secundum quesitum est Utrum frigiditas impediat matrimonium Videtur quod non / quia senes sunt frigidi / et contrahunt matrimonium In contrarium est / quod nullus obligat se ad impossibile sed impossibile est frigido alicui carnaliter copulari / ergo si ad hoc obligat se pactum huiusmodi nullum est / ¶ Responsio dicendum quod frigiditas eadem racione impedit matrimonium sicut maleficium / cum sit eadem impossibilitas in utroque Nichilominus tamen differunt frigidus et maleficiatus / frigidus enim est impotens simpliciter quantum ad omnes Maleficiatus vero est quidem impotens / Non tamen quo ad omnes / sed quo ad unam tantum Nam maleficium consistit in imaginacione viri respectu unius mulieris / inquantum scilicet ex operacione demonum fit illi abhominacio alicuius mulieris / quam per horrorem refugit et respuit / Et ideo aliter impedit frigiditas / et aliter maleficium Nam frigiditas impedit aliquem ita quod oportet quod remaneat absque omni spe contrahendi / sed ab una impeditur Unde si aliquis aliquis efficiatur potens / reintegrare potest matrimonium Unde frigiditas solvit contractum et impedit contrahendum Maleficiatus vero impeditur quantum ad istam tantum / Unde datur ei licencia nubendi alteri et mulieri similiter Unde solvit contractum / sed non dirimit contrahendum ut iam patet ¶ Ad primum ergo dicendum quod senes sunt frigidi / et non quidem ad actum generacionis / sed ad generacionem prolis.

Et ideo n̄ possint carnalit(er) copulari nō soluit(ur) matrimonium. frigiditas vō que omnīo carnalem copulam impedit solvit.

Ostensa conversacione mundana vero humane vite questa sunt quedam per comparacionem ad proximum. quedam vero per comparacionem ad res que in usum humanum veniunt. Per comparacionem vō ad proximum questum est. de correpcione fraterna circa quam duo querunt(ur).

XII Primo utrum debeat aliquis in publico vel in privato corripere fratrem suum vel proximum Videtur quod occulte secundum id Math xviii Si peccaverit in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsum solum Videtur ergo quod occulte sit corrigendus frater delinquens Contra ad Thimot. dicitur peccantem coram omnibus argue Preterea alique constituciones habent. ut scilicet publice corrigantur Responsio dicendum quod huiusmodi correctio ex caritate debet procedere et inde est quod dicitur fraterna dilectio Et ideo oportet ordinem fraterne correctionis sumere secundum ordinem caritatis Ordo autem caritatis est ut quis bono proximi preferat quod bonum Item ut velit bonum proximi et consciencie et fame et huius velit magis bonum consciencie quando utrumque habere non potest Et ideo hic considerandum quod si esset aliquod peccatum carnale seu spirituale quod vergeret in detrimentum multitudinis statim revelandum est quia preponderet bonum quod in ordine caritatis prius debetur est bono proximi sive sit fame sive consciencie Si vero non timetur multitudinis detrimentum tunc debet quis utrumque custodire scilicet bonum fame et consciencie corrigendo inter se et ipsum Si autem ex hac correctione non corrigatur tunc secundum ordinem evangelii debet semper adhibere aliud vel ad referendum ecclesie Nichilominus tamen et in hiis servandus est ordo ut si peccatum sit publicum publice corrigatur si vero occultum occulte Et ideo dicitur Si peccaverit in te frater tuus id est si te sciente solum quantum ad occultum Secundum vero ad publicum dicitur peccantem scilicet publice coram omnibus argue et sic patet solucio Ad primum utriusque partis Ad aliud vero dicendum quod illud de constitucionibus ordinatum est et servari debet in hiis que vergunt in periculum et detrimentum societatis et collegii.

XIII Secundo queritur Utrum si aliquis sciat peccatum proximi peccet mortaliter referendo illud statim prelato suo Videtur quod sic quia facit contra evangelicum ordinem. est peccatum mortale sed statim referre prelato est contra ordinem evangelicum ergo peccat mortaliter Contra est quod hoc fecerunt multi viri perfecti quod nullo modo fecissent si esset peccatum mortale Preterea prelati possunt non solum de preteritis sed etiam de futuris prebere cautelam et ideo si eis revelatur non videtur esse peccatum mortale Responsio dicendum quod verbum domini quod continetur xviii de correctione fraterna est intelligendum sicut alia verba que pertinent ad humanos actus sic quod servari debet singula dependet a circumstanciis Et ideo dico quod secundum diversas circumstancias intelligenda sunt Generaliter est autem quod in omnibus expliciter procedit secundum iura Primo per inquisitionem et hoc est in peccatis publicis et non debet fieri nisi precedat clamor congregacionis Item per denunciacionem et per accusacionem et hec est in privatis Si autem procedatur per accusacionem tunc debet fieri subscripcio qua obligatur accusator ad talionem et hoc intenditur ut fiat bonum rei publice Unde hoc potest fieri secundum voluntatem sive publice sive privati Si autem procedit per denunciacionem tunc debet precedere fraterna amonicio quia huiusmodi finis est emendacio proximi Et ideo debet servari ordo fraterne correctionis Utrum autem statim cum quis scit fratrem suum peccasse debeat denunciare prelato Dico quod in hiis distinguendum est de condicionibus subditi et prelati Nam si scio quod fiat per me corrigatur tunc non debeo hoc denunciare prelato Si autem videtur quod hoc melius fiat per prelatum et prelatus nichilominus sit prius discretus et spiritualis non timens vacare sive odium adversus illum subditum tunc licite possum hoc denunciare et tunc non est contra Et quamvis non dicat ei sit prelato sed sit persone perfecti ad correctionem proximi et emendacionem Sed propter condiciones diversas prelatorum et subditorum non potest in hoc dari generale iudicium quia aliquis prelatus vel movetur ad odium adversus subditum vel subditus non bene fert verba prelati Ideo tenendum est hoc pro regula quod in omnibus istis semper servanda est caritas et quod melius et magis expedire videtur Et si homo intendat emendacionem scilicet proximi sicut quantum potest bonum caritatis tunc denunciando non peccat Si vero denunciet tamquam persone hec ex malicia et ut proximus confundatur vel deprimatur tunc denuncians sive accusans peccat mortaliter Ad primum ergo dicendum quod si statim aliquis referat prelato adhibens debitas circumstancias et condiciones

illud quod videtur magis expediens non facit contra
preceptum evangelii quia non gerat hic eciam sed
persone proficienti ut debitum est et ideo non peccat
mortaliter. ¶ Ad secundum dicendum quod causa propter quam peccant
peccatum mortale si denunciando prelato vel alicui
persone intendentes aliquid quod est contra intencionem
precepti. ¶ Ad tercium dicendum quod si aliquis refert prelato
vel alteri proximi intendens vel cautelam in futurum
vel aliquid huiusmodi quod ad emendam proximi vi-
detur expediens non peccat. Si autem dixit hoc
sive prelato sive alteri suo alicui ex malicia
sic peccat mortaliter. Ideo si ex cautela alicui
dixerit hoc ita tamen quod non veniat inde aliquid
vel infamie vel vituperium proximi delinquenti
tunc non peccat mortaliter licet in caritate non agat



xii

Questitum est de rebus que
sunt supra hominem et de
rebus humanis. Circa primum
quesitum est de deo de angelis
de celo. Circa primum quesitum
est de deo quantum ad suum esse quantum
ad suam potentiam quantum ad eius predestinationem.

Circa primum quesitum est utrum in deo
sit tantum unum esse scilicet essenciale vel
preter illud sit in deo esse personale.
Et videtur quod sic quia aliud est patrem esse aliud
filium esse aliud spiritum sanctum esse, sed esse essenciale
non est aliud et aliud ergo etc. ¶ Preterea propriarum
forme est quod debet esse, sed in divinis sunt tres
proprietates personales que obtinent vicem forme
ergo etc. ¶ Contra Augustinus. Deus in divinis est unum tantum
esse. ¶ Respondeo dicendum quod veritas fidei habet quod in
divinis solum est distinctio que est secundum relationes
oppositas. Relacio autem sicut et quelibet forma
habet esse ex comparacione ad aliud cui inest unde
esse filiacionis est per comparacionem ad subiectum
cui inest. Relacio autem in divinis non distinguitur
ab hoc cui inest quia est ipsa res que refertur
sed distinguitur solum ex parte eius cui opponitur
et ex hac parte non consideratur esse relacionis sed
distinctio et oppositio eius. Et ideo est in deo
unum tantum esse scilicet essenciale. ¶ Ad primum ergo dicendum
quod esse dicitur dupliciter. Quandoque enim esse idem est quod actus
entis, quandoque autem significat composicionem enunciacionis
et sic significat actum intellectus quo intellectus
intelligit. Cum ergo dicitur quod aliud est esse patrem
et aliud filium, verum est accipiendo esse secundo modo,
non autem primo. ¶ Ad secundum dicendum quod etsi quelibet
forma paternitas absolute faciat esse, sed prout quod
est divinum esse faciat tantum unum esse, inquantum
paternitas faciat esse

Deinde quesitum est de potentia ii
dei. Et primo utrum deus possit
facere duo contraria similiter esse, secundo
utrum possit facere infinita in actu. ¶ Ad
primum dicendum quod non, et hoc non imputatur
in deo imperfectioni potencie quia hoc non
habet racionem possibilis. Nam omne agens actuale
producat aliud simile sibi. Omne autem quod
agit inquantum huiusmodi est ens actuale, ergo
effectus agentis est eius actus. Cum autem
quod repugnat ei quod est actum repugnat
potencie active quod esset si contraria simul essent.

Ad secundum dicendum quod esse aliquid iii
infinitum actu posset suspicari
ex duplici aspectu. Quod esset impossibi-
le. Prima sequeretur illud esse equale deo, sed
hoc non sequitur quia ei quod est infinitum
omnibus modis non adequatur illud quod est
infinitum uno modo. Dato enim quod esset
aliquis infinitus secundum magnitudinem non adequa-
bitur deo. Similiter si sit infinitus aliquis in
quantitate, tamen est quid finitum secundum speciem. Deus
autem omnibus modis est infinitus. Cum ergo
queritur utrum sit possibile deo facere aliquid
infinitum in actu, dicendum quod non. Potencia
enim agentis per intellectum aliquid repugnat
dupliciter. Uno modo quia repugnat potencie eius
alio modo quia repugnat modo quo agit.
Primo modo non repugnat potencie dei absolute
quia non implicat contradictionem. Et si con-
sideratur modus quo deus agit non est possi-
bile. Deus enim agit per suum intellectum et
per verbum quod est formativum omnium. Unde
oportet quod omnia que agit sint formata. In-
finitum autem accipitur ut materia sine forma.
Nam infinitum se tenet ex parte materie.
Si ergo deus hoc ageret, sequeretur quod opus dei
esset aliquid informe, et hoc repugnat ei
racione quod agit et modo agendi. Cum a per verbum
suum omnia agit quo omnia formavit.

Deinde quesitum est de predestinacione iii
utrum sit certa et videtur quod non.
Contingens possibile est predestinatum
dampnari, sicut Petrus si fuisset statim mor-
tuus cum peccavit Christum negando. Tamen re-
dicatur in isto loquendo de deo est vera de re
vero non. Contra quia hoc habet locum in formis
separabilibus, sed hec forma que est predestinacio
est inseparabilis. ¶ Respondeo dicendum quod predestinacio
est quedam pars divine providencie. Pro-
videncia autem dicit direccionem aliquorum in
finem, et hoc presupponit scienciam et voluntatem.
Sic ergo predestinacio habet certitudinem ex parte

scientia dei que non potest falli. et ex parte divine voluntatis cui non potest aliquis resistere. et ex parte divine providentie que efficacissimo modo ducit ad finem cum deus sit sapientissimus. Ad primum ergo dicendum quod predestinatus habet certitudinem et tamen non est necessarium predestinatum salvari sed remanet contingens. Predestinatio enim habet certitudinem ex scientia voluntate et providentia et nullum illorum contingentiam impedit. Providentia vero quia scientia dei est futurorum prout sunt in presenti et sic habet suam certitudinem. Voluntas vero que voluntas dei est est principium omnis entis ergo non cadit sub ratione contingentie vel necessitatis sed haec effluunt et ordinantur ex dei voluntate et sic ipsa dei voluntas facit quedam esse contingentia preparando causas contingentes et similiter necessarias causas rebus ex effectibus necessariis. Sic ergo voluntas dei semper impletur non tamen omnia necessario eveniunt sed eo modo quo vult ea esse et vult quod sint contingentia. Providentia vero quia non tollit contingentiam. Ad secundum dicendum quod bona est distinctio. Ad obiectionem contra formam dicendum quod aliter est de formis realibus et aliter de proprietatibus que important aliquas relationes ad actum rationis quia in formis sic si in eis debeat habere locum distinctio oportet in esse separatum in re et in compositione. in consideratione vero sic non requiritur sed oportet quod res illa cadit sub hac consideratione. Et sic dico quod ille predestinatus potest considerari vel ut in se vel divine cognitioni relatus. Et sic uno modo attribuitur ei quod possit damnari alio modo non.

v Deinde questitum est de fato. Utrum omnia subsint fato. Dicendum quod primo oportet scire quid sit fatum et sic propositio facilius patebit propositum. Videmus autem multa contingentia evenire et ideo fuit olim dubium utrum ista que variantur et morte contingunt reducantur in aliquam causam ordinatam. Aliqui dicunt fatum nichil esse ut Tullius dicit. Quidam autem dicunt quod in aliquam superiorem causam reducuntur et isti nominaverunt fatum a for faris quia dixerunt omnia sint prefata aliqua superiori causa. Sed horum est triplex opinio. Quidam enim reduxerunt haec in quandam seriem causarum quam dicunt fatum sicut Stoici qui dicunt quod nichil est quod non habeat causam et posita causa necesse est ponere effectum. Si ergo evenit vel talis effectus habuit causam et haec causa aliam causam et sic deinceps. Sicut qui est occisus de nocte quia exivit domum quia exivit domum quia sitivit. Ipse haec quia salsa comedit et sic quia salsa comedit ex necessitate moritur. Aristoteles videtur negans duo. Primo quod non quicquid fit habet causam sed tantum quod fit per se. quia cum ego occidor me exeunte est per accidens. Secundo dicit quod non posita causa ponatur effectus quia potest impediri et ideo non sequitur. vel non stat series causarum. Alii reduxerunt haec in aliam causam scilicet in corpora celestia ex quorum necessitate dicunt omnia accidere. Unde dicunt quod fatum nichil aliud est quam vis positionis siderum. Hec autem opinio dupliciter est falsa. Primo quantum ad res humanas que proveniunt ab intellectu qui cum sit virtus incorporea non subiacet actioni alicuius corporis. Item ponere ipsum subiacere virtuti corporum celestium nichil aliud est quam ponere intellectum non differre a sensu ut dicit philosophus in 3o de anima in fine. Tamen per accidens et occasionaliter subditur anima celo inquantum intellectus afficitur per passiones corporis non tamen ex necessitate movetur. Ab ipso secundo quia multa in rebus naturalibus contingunt que non accidunt ex necessitate celi sed per accidens et hoc non habet causam. Alii reducunt haec omnia in causam supercelestem scilicet in providentiam dei a qua haec omnia sunt predestinata et ordinata. Et secundum istos erit fatum quidam effectus divine providentie. quia providentia nichil aliud est quam ratio ordinis rerum prout est in mente divina. fatum vero est explicatio illius ordinis prout est in rebus. Unde dicit Boetius fatum est immobilis dispositio rebus mobilibus inherens. Sic ergo accipiendo fatum potest dici quod omnia subduntur fato. non tamen est sic dicendum propter suspicionem huius nominis fatum quo utuntur gentiles in suis erroribus. Unde dicit Glossa Osee super illud. Non vocabis me ultra baalim sed vir meus. quod idem est utrumque sed deus noluit hoc quia baalim nomen erat cuiusdam ydoli gentilium. Et ideo sunt vitanda nomina gentilium cum quibus nec convenimus via habere gratia. Et ideo Augustinus dicit. Si quis hoc modo intelligit fatum sententiam teneat linguam corrigat et non dicat fatum sed providentiam dei. nota

vi Deinde quesitum est de angelis. Et circa hoc quesita sunt duo. Primo utrum esse angeli sit accidens eius. et videtur quod non quia accidens intelligitur inesse alicui preexistenti. Angelus autem non preexistit ipsi esse. Contrarium Hilarius dicit. Igitur respondeo dicendum quod opinio Avicenne fuit quod unum et ens significat accidens. hoc autem non est verum.

XII

forma rerum prout convertitur cum ente significat
substantiam rei, et similiter ens; sed rerum prout est
principium rerum significat accidens. Sciendum quod
quod rerum quod est in potentia et in actu, sic
sit actu per hoc quod participat actum superiorem,
per hoc autem aliquid maxime sit actu, quod par-
ticipat per similitudinem primum purum actum. Primus
autem actus est esse subsistens per se rerum
unde complementum rerum quodque recipit per hoc
quod participat esse. Unde esse est complementum omnis
forme. Forma rerum per hoc quodque completur quod
habet esse, et habet esse cum est actu, et sic
nulla forma est nisi per esse. Et sic dico quod
esse substantiale rei non est accidens, sed actualitas
cuiuslibet forme, sive sine materia sive cum materia,
et quia est complementum omnium, inde est quod proprius
effectus dei est esse, et nulla creatura dat esse
nisi inquantum participat operationem divinam, et
sic proprie loquendo non est accidens. Et hoc Hilarius
dicit: Accidens autem accidens large omne quod non
est pars essentie, et sic esse in rebus creatis,
quia in solo deo esse est eius essentia.

VII

Secundo quesitum est utrum demones
cognoscant cogitationes hominum. Respondeo dicendum
quod cognoscere cogitationes cordis contingit
dupliciter: uno modo in se et per se, et in
aliquo effectu. Primo modo solius dei est. Iere-
mie XVII: Pravum est cor hominis et inscrutabile.
Unde nec angeli sic eas cognoscunt. Cuius
ratio est triplex. Una propter debilitatem esse
quod habent, eo quod supra gradum quo aliquid
est ens in potentia, est gradus quo res sunt
in anima. Alia ratio est, quia quod est in virtute
cause aliter non potest cognosci nisi a causa
que nata est movere illam. Voluntatem autem mo-
vet solus deus. Cum ergo cogitationes dependeant
a voluntate sicut a sua causa, solus deus eas co-
gnoscit. Alia ratio quia angeli illa que cognoscunt
per species naturaliter inditas cognoscunt, et
he sunt species rerum naturalium; non autem cogitationum,
que non reducuntur ad causam naturalem, vel non
pertinent ad cognitionem naturalium. Tamen per effectus
cogitationum cognoscunt cogitationes, sicut et homo
facit. Tamen ipsi subtilius cognoscunt effectus qui
causantur ex cogitationibus. Nam secundum cogitationes
homo afficitur aliqua passione, et per has mo-
vetur cor, et hos motus ipsi subtilius cognoscunt
quam nos, et sic aliquando cognoscunt de cogitationibus
cordis. Et hoc Augustinus dicit in libro de divinatione
demonum, licet alibi dicat quod determinare non
eius talem cognitionem sit presumptuosum.

VIII

Secundo quesitum est de celo. Et circa
hoc quesita fuerunt duo: primo utrum
celum et mundus sit eternus. Respondeo dicendum
quod non, sed mundum incepisse est de numero
eorum que cadunt sub fide, non demonstrative,
que dependet ex simplici voluntate dei,
et sic potuit esse et non esse. Et ad hoc quod
sint non inducit aliqua necessitas ex parte
dei. Divina autem bonitas que est finis rerum
potest ita esse si non sit mundus sicut si sit.

IX

Secundo quesitum est utrum celum
sit animatum. Respondeo dicendum quod de hoc
diversi diverse senserunt doctores ecclesie.
Ieronimus dicit super Ecclesiasten quod sol est animatus,
Damascenus hoc negat. Et hec diversitas etiam
est apud philosophos. Plato enim et Aristoteles ponunt
corpora supercelestia animata esse, Anaxago-
ras non, et ideo legitur fuisse occisus.
Ego autem secundum Augustinum super Genesim ad
litteram, quod non refert ad fidem utrum sic sit
vel aliter sit. Unde hoc non determinat
in Enchiridion, addens quod si ponantur
corpora supercelestia animata, non ideo erunt
in iudicio tres ordines iudicandorum, scilicet
angelorum, hominum et animarum, quia ille anime
computabuntur cum angelis. Et hoc sensisse
videtur ille qui fecit psalmum cum dixit:
Celi celorum quoque virtutes. Et ideo patet etc.

X

Secundo quesitum de homine quantum
ad naturam et quantum ad gratiam
et quantum ad culpam. Circa
primum quesita sunt tria: primo quantum ad
animam, secundo de cognitione anime, tertio de
effectu cognitionis. Circa animam quesitum
est primo utrum anima perficiat corpus
immediate vel mediante corporalitate.
Respondeo dicendum quod in uno corpore est nisi una
forma substantialis. Cuius ratio est triplex. Prima
ratio: si plures, secunda non erit forma
substantialis que facit esse simpliciter, sed
solum accidentalis, que facit esse hoc. Item
si sit additio forme substantialis, non
erit generatio simpliciter. Item quia si sit non
esset compositum ex anima et corpore unum
simpliciter, sed duo simpliciter, et unum per
accidens. Si dicatur corporeitas forma
est corporis, dico: corporeitas dicitur dupliciter:
quandoque tres dimensiones, et hec non est
forma substantialis sed accidentalis. Aliquando
dicitur quedam forma ex qua provenit trina
dimensio, et hec non est alia a forma.

XI

Secundo queritur specifice
utrum anima sit ex traduce.
Respondeo dicendum quod Augustinus hanc questionem
non determinat, sed indeterminatam relinquit
in libro de ecclesiasticis dogmatibus, sed ille liber
non est Augustini sed Gennadii. Gregorius
etiam non vult eam determinare. Credendum
est tamen quod non. Et est una ratio philo-
sophi de qualibet, quia impossibile est quod virtus

corporea producat id, quod excedit corporis
virtutes aut seminis que virtus corporea. Alia
racio est commentatoris in metaphysica xii quia quidem
posuerunt quod forme naturales sunt ex creatione
tamen enim materia aeris recipit formam ignis
que inerat et sic de latitatione aut non
ergo fit de novo non ex aliquo sed ex
nichilo ergo creatur. Solvit philosophus quod
forma non fit sicut nec ens vel generatur
per se sed fit compositum quod habet
esse subsistens si ergo est aliqua
forma que per se subsistat illa
habet per se fieri. Anima autem per se
habet esse per se subsistens et remanet
corrupto corpore et ita oportet quod habeat
causam aliam sui fieri

xii Deinde quesitum est de cognitione
hominis utrum intellectus humanus
cognoscat singularia. Respondeo dicendum
quod aliquid cognoscit dupliciter directe
et indirecte scilicet per reflexionem cogni-
tionis in cognoscente et hoc est in intellectu
nostro per abstractionem a condicionibus indivi-
dualibus et a materia et ideo cum recta
cognitio fit per speciem ideo non cogno-
scit directe nisi universale. Intellectus autem
divinus cognoscit non per similitudinem
a re acceptam sed per extensionem sue
essentie ad res et hec similitudo scilicet divina
essentia in deo est omnium que sunt in re
expressa similitudo et ideo directe co-
gnoscit quicquid est in re etiam quod
pertinet ad materiam individualem. Secundo
huiusmodi philosophus si separata est intellectus
non cognoscit que sunt in materia. Dicat
quod oportet quod hoc cognoscat et similiter
anima formas separatas cognoscat in-
tellectus et quiditatem materie per imaginationem.
Alio modo scilicet per extensionem in quantum coniungitur
fantasie que representat sibi fantasmata
et sic indirecte cognoscit

xiii Deinde quesitum est de effectu
cognitionis. Et primo utrum habitus
scientie acquisite remaneat post
hanc vitam. Respondeo quod circa hoc est duplex
opinio quidam dicunt quod non sequentes
Avicennam in vi° naturalium quod species
acquisite non remaneant in intellectu
possibili nisi quamdiu actu intelligit
quod est falsum. Nam intellectus possibilis
recipit species et retinet secundum modum suum. Unde
cum ipse sit immobilis utpote immaterialis et in-
corruptibilis recipit species intelligibiles secundum
modum suum et inmobiliter inde recedunt. Ita quod
sunt ibi etsi dum actu non intelligit sed habitu.
Et sic dico quod remanet sive in damnatis
sive in bonis quia destruunt huius status quantum
ad modum scientie quia hic semper intelligit convertendo
se ad fantasmata propter corpus, et non solum
propter hec fantasmatibus indigemus sed ad utendum
huiusmodi speciebus et ille modus non erit nisi
quia non convertet se ad fantasmata

xiiii Secundo queritur utrum verba humana
habeant virtutem ad movendum bruta
puta serpentes. Respondeo dicendum quod aliquid
potest habere virtutem aliquam et secundum propriam
naturam et secundum virtutem superioris cause. Nobis gra-
tia mixtum ex elementis habet virtutem ex natura
elementorum secundum motum predominantis elementi
aliud habet ex corpore celesti sicut quod adamas
attrahat ferrum quod non reducitur in virtutem
elementorum. Aliqui igitur dicunt quod non solum
naturalia corpora sed etiam artificialia sortiuntur virtutes
aliquas ex impressione corporum celestium
puta imagines vel figure sub certa constellatione
facte et si hoc est verum scilicet quod super artificialia
sit huiusmodi virtus impressa potest etiam dici quod
verba prolata in certo tempore habeant efficaciam
movendi. Sed hoc non est verum. Nam in rebus
naturalibus dicimus que habent aliquam virtutem ex
corpore celesti habent illam consequente aliquam
formam unde nichil agit ad speciem nisi
ex virtute corporis celestis et sic forma est
principium in uno quoque. Cum virtus ad talia
remoto ergo fieri removetur postquam sic igitur
huiusmodi virtutes attribuantur aliquibus oportet
quod radicentur super formam aliquam. Forme
autem artificiales non sunt nisi figure quedam
et ideo falsum est quod verba et huiusmodi virtutes aliquas
habeant ex corpore celesti sed si habent aliquam
hoc habent ex spiritu immundo qui immisceret se
verbis hominum ut decipiat secundum Augustinum. Unde
aliqui utuntur verbis fabulosis et falsis
et vanis quibus ad illudendum homines se immiscet.
Unde dicta ista friuola et superstitiosa sunt et
imagines astronomice quibus etsi non assit
aliqua expressa invocatio demonum tamen est
ibi quedam tacitus consensus. Tamen si aliquis dicat
verba dei et sacra sine immutatione et fraude
verbaliter et divina intentione non est incan-
tatio sed oratio. Christus tamen super Matheum ibi
dilatant philacteria sua reprehendit illos

XII

qui collo v̄ba ewangelii suspendunt. cum v̄ba
ewangelii nō sit tm̄ sic in figuris lrāx sed in
fide Non tn̄ dānō illos q' super se gerunt
ewangeliū ex devocōne. Unde bta cecilia
ewangelium x̄ se gerebat in pectore. sine tn̄ alicui
addicōe. ulli vbōx ul caracterum ul ceterorum.

Unde quesitū est de suspectore
hōie quantū ad grām. Et circa hoc
queruntur tria. Pimo de sacramentis
scdo de virtutibz. Tercio de affectibz. De pimo
tria sūt q̄sita. Pimo de sacramentis gnāliter. scd̄o
de efficacia sacramentorum. Tercio de unitate
eorum. De sacramentis eorum querebantur duo.
Pimo de baptismo. scdo de pnīa

XV

Et pimo querit̄ Utrum hēat aliquam
virtute aqua baptismi ad emdacōm
p̄ est. Utrum ppria virtute mundet
vel virtute concomitante. Et dico q̄ dupx est
opinio in hmōi. nō solū de aqua. sed d' oībz
eccl̄ie sacrāti. Quidā enim dicunt q̄ sacramenta
nō hnt virtute. vel vim opandi in aīa
s̄ tm̄ exemplaritr̄. et dīna virtus concomitans
facit illud effectum. Et inducunt exm̄ Bern̄ dicens
sic aliqs epūs q̄ investiat aliquē d' pbenda
p anulū. anulus nō est causa pbende s̄
signū. sed hc̄ non est sane dictum. qūa sic
nō eēt aliqua progatiua sacramentorum noue
legis ad veterem. q̄r etiam in illa virtus causa
fuit fidei credencium in xpm̄ venturum
iustificabat. Et ideo dd' est q̄ sacramenta hnt
in se virtute iustificandi. et ad aliqs ordinant̄
effectus ad quos se hnt nō solū. q̄ sint
signum. Unde Augus. Que tanta vis aque
vt corpus tangat et cor abluat̄. Sciendū
tn̄ q̄ dupx est virtus scz ppria z instrumental'
sic patet in serra. Sic et sacramenta habet
virtute instrumentale. ad spūale effectum. Circa
ad sacramentū adhibet' cū intencōne. virtus
dīna efficit huc effectum. et hoc est concedēdum
q' v̄bo. p quod oīa sacramenta virtute hnt
sunt eandez. et sicut v̄bū dei. Et sicut caro
x̄ hnt virtute instrumentale ad faciendū
miracula ppt' conivitute ad v̄bū. sic sa-
cramenta p conivitate ad xpm̄ cū sicerciū
et passum

XVI

Unde quesitum est de pnīa. Utrum
p̄o Utrum hō hns curā aīarum
possit absolue' in foro q̄fessionis.
Dico dd' q̄ aliter est in sacramento pnīe. et
alr' in q̄busdā aliis sacramentis. Nam in
q̄busdā q̄ hnt ordinē. pt ex hoc ipso
inducere effectum sacrāti in omni casu. scz
in illis in q̄bus illud quod est effectus
est res existens extra sacramentum Unde
sacerdos degradatus et excōicatus. licet
peccat. tn̄ q̄secrat et baptisat. Et similiter
epūs q̄secratus. q̄r confert caractere. Sz
pnīa cū nō imprimit̄ caract' s̄ effectus
eius iustificacō penitentis. qd nō pt fieri
n̄ per ptate iudiciaria. Non habens
cū curā aīarum nō hīt hanc ptatem.

XVII

Secundo querit̄ Utrum liceat in
aliquo casu. revelare q̄fessionem.
Dico dd' q̄ non. nec v̄bo nec nutu
nec aliquo signo. Et facere contrarium.
est sacrilegiū. Nam ita est in sacramentis
noue legis. qd hc̄ solū efficiunt qd
figurant. Effectus cū pnīe est occultacō
crīmīm ab oculis iudicis. et hec occultacō
significat̄. p secretū q̄fessionis. Et ideo
sic pphanaret sacramentum. q̄ q̄sicceret
corpus et sanguine x̄ de alio. q̄z d' pane
et vino. ita esset revelans sacrilegus.

XVIII

Tercio querit̄ Utrum liceat appetere
episcopatum. Dico dd' q̄ contingit
appetere epātū dupr̄. Aut ppt'
necitate urgente. aut non urgente.
Pimo dupr̄. vel q̄n imponit̄ a supiori
vel q̄n non invenit̄ aliquis. q̄ velit
onus platonis subire. et tali necessitate
existente meritorium ē appetere. Unde Isaie
vi quē mittā. et q's ibit nobis. rndit
ecce ego mitte me. cū ante dixit se
indignum. Scdo modo scz q̄n nō urget
necessitas. sic nō licet. q̄r nō pt carere
Aut vicio iusticie. si velit se minorez
pferre maioribz. Aut vicio psupcōnis
si putet se sufficiente preferre aliis.
Unde dt' pimat' cancelatos appetere
nec est iustū nec utile. sup id Regest. grego

XIX

Unde quesitum est de effectu
sacrāx. Utrum compatinitas
contrahit̄ ex pambulis ad sacramenta
puta ex catheciismo et hmōi. Et videt̄
q̄ sic. Dt enim quedā decretal' . c̄. d. a
a pimo pambulo salis nō pt fieri
vxor. ergo contrahit̄ ibi compatinitas. Item
p̄ cathecismū censet̄ xpiānus "xpianismus" s̄ qui
dat xpiano baptism efficit' compat' ergo et c.
Dico Quidā dicunt q̄ quia illa sacramenta
sufficiunt ad causandū compatinitatem.
Quidā dicit q̄ solū contrahit̄ quantū
ad tria scz in catecismo baptismo z
q̄firmacōe. scz m videt̄ q̄ solū contrahit̄
ex duobz scz in baptismo z q̄firmacōe

qr cōpaternitas similitudo quedā ē paternitatis
paternitas aut nō fit nisi in generatione
Et ideo solū in illis sacramentis in quibus
ē quedā generatio spiritualis contrahitur
compaternitas que matrimonium impedit. Ad pri
go dd' qp illa nō sūt intelligenda sin-
gulatim, sz sūt accipienda collective 2
simul. qr q' in omnibz istis adest efficit
compater. Ad sedm dd' qp cathecismus dicitur
xpianus p fide, nō p baptismum. quē nōdū
suscepit. et ille dat xpianismum. qui
dat sacramentū baptismi
XX Deinde quesitū fuit Utrū sit
vna ecclia que fuit in principio
tpe aplorum et que est modo
Et videtur qp non. qr ecclia nunc nō vtitur
eisdem regulis. tunc enim prelati erant sine
auro et argento in zonis suis. go 2c.
P non legit qp xpus et apli habuissent
castra. modo aut ecclia ht. igo 2c.
Contra Math. vltō. Ecce ego vobiscum
sū usqz ad consummationem seculi. hoc at nō
intelligitur tm de aplis. qr omnes mortui
sūt. et adhuc seclm non est consumatum go 2c.
Rno dd' qp eadem est nunc ecclia. que tunc
erat. et qe nunc est. qr ecclia eadem ē fides.
et eadem fidei sacramenta. eadem auctoritas 2
eadem professio. Unde dt Aplus. Unus
2 xpus. absit. Ad pm go dd' qz
vba Math. tripliciter exponuntur. Hylarius 2
Ambrosius exponunt sm sensum misticum
dicentes. Nolite portare aurum 2c. nichil
in spiritualibus misteriis auro vendetis.
Non duas tunicas. i. non duplicem
animam habeatis. Alii exponunt ad literam
et vna expositio est Augustini. m. qui dicit
qp illa vba nō dicuntur p modum precepti
sz permissionis. ita qp qui non servat
nō peccat et qui servat melius facit.
ut sit sensus. Nolite portare i. eqm vtimini
ad predicandum. ne solliciti sitis de expensis
qr a debent vob ex populo. Dignus enim ē
mercede sua operarius 2c. q. d. Ideo permitto
vt nō portetis. qr digni estis accipere
ab aliis quibus predicatis. Sz paulus hoc
nō servavit. et tn contrarium huius non
fecit. sz supererogavit. Alia expositio
est aliorum sctorum. qui dicit qp h dicta sūt
per preceptum. sz hoc preceptū datū est. non
ad sp servandum. sz ad pmā missionem.
Bis enim eos misit. sz ante passionem
iudeis. et post resurrectionem gentibus. In
pma dixit eis In viā gentium ne ab-
ieritis. In sctda dixit. Docete omnes
gentes In pma mādavit. qp pdictū servarent
nō aut in sctda. Et racō huius ē. qr in pma
solū mittebant ad iudeos. apud quos con-
sueti erant. qp agri eorum ab eis sustentarent
et ideo sine scandalo poterant accipere. et vti
ptate sibi concessa. Apud vo gentiles. nō
erat consuetudo. qr apud eos nō erat huiusmodi
predicatores. qr apud eos non erat huiusmodi pre-
dicatores. et ideo fuisset eis scandalum et
visum fuisset eis. pro questu xpm predicarent.
Et paulus hoc preceptū nō servavit in gentibus. Et ideo
dns in sctda missione dixit. nunc qui habet
sacculum tollat similiter et peram. Ad sedm
dd. qp Augustinus vindet in epla. contra donatistas
et habetur sup id psalmi. quare fremuerunt gentes
Distinguit enim. diversa tpa eccle. fuit enim
tpus qn astiterunt ge reges adversus xpm.
Et in illo tpe nō solum. non debat fidelibus
sed eos occidebat. Aliud vo tpus est
nunc. qo reges intelligunt. et erudiuntur serviunt
dno ihu xpo in timore. Et ideo in isto tpe
reges sūt vasalli eccle. Et ideo est alius
status eccle. nunc et tunc. non tm ē alia ecclia
XXI Deinde quesitū est de virtutibus. Primo
de quadam virtute intelligibili. scz de
veritate. Scdo de virtutibus moralibus.
De veritate quesita sūt duo. Primo de fortitudine
veritatis. Scdo de confirmatione veritatis. Circa
pm quesitum est. Utrū veritas sit fortior
inter vinum regem et mulierem. Et videtur qz
vinum. qr immutat maxime hominem. Item videtur
qp rex. qr compellit hominem ad id. qd est diffi-
cillimum. scz qp se exponat periculo mortis.
Item mulier. qr dominatur etiam regibus
Contra Esdre iiiº fortior ē veritas. Rno
dd. qp h questio proposita est iuvenibus dissol-
venda in Esdra. Dicendum igitur. qp si considerentur
ista quatuor sm se. scz vinum regem mulierem
et veritatem nō sūt comparabilia. qr nō sunt
vnius generis. Tn si considerentur scdm comparationem
in aliquem effectum concurrente in vnum pnt
comparari. Hic aut effectus in quem concurrunt
et conveniunt. et in quē pnt est immutatio
cordis humani. Quod go int ista magis
immutet cor hominis videndum est. Sciendum go
qp immutativum hominis quoddam est corpus. et
aliud ē anima. et hoc est duplex sensibile
et intelligibile. et hoc ē duplex scz practicum
et speculativum. Int ea aut que ptinet ad
immutandum naturaliter sm dispositionem corporis
ht excellentiam vinum qd facit per temulentiam
loqui. Int ea qe ptinet ad immutandum
appetitum sensitivum excellentior est dilectio
pcipue rei venerea. et sic mulier ē fortior.

xii

Item In practicis et in rebus humanis que pt ho facere maxiam ptatez ht rex In speculatiuis summu et potissimu e veritas Illuc aut res corporales subdutur viribus atibz et vires animales intelligencie practice subiaut speculative Et ido simpliciter veritas est dignior et excellencior et forcior. xxv

Secundo queritur Utrz accipiens doctrinam aliquam experti medici sub iuramento nd quitandi teneat seruare iuramentum Et videtur q sic Qa sic obligatus nd debet facere aliqd qd vgat in detrimentu illius q docuit Hoc aut esset si alys gnicaret Igitur Cp nd quitare tale expimentu pt esse causa salutis alicuius go tu no teneat alteri quitare sit mltominus debet alteri quitare obligat. Contra non quitare salutis remedium sine gdungz bonu est contra caritatem go etc. Rco dd Aliud est ht simpliciter et aliud in casu simpliciter loqndo no tenet sed male facit iurado Iuramentu em non solu amittit vim qn iuramentu est illicitum sz iurado peccat qr iuramentu obligans debet hre iudicium iusticie et veritatez tz si iuro quisqz qd licet in facere puta no ire ad ecclesiam ire ul non ire licet sit in licitu tn iuramentu interponere anim obfirmare ad aliqd boni non faciendu e illicitu Qa hoc est facere contra spm sctm Et ideo iuramentu contra omne illud qd est de gne bonoz est illicitu et no est seruadu Tn in casu seruare tenet puta si ille uel alii sufficiens medici presto essent et paratus esset curare et vti illo experimento in salute corporale et sic patet soluco ad obcta

xxvi

Deinde quesitum e de vtutibz moralibus et po de vtutibz scdm se Sco specialiter de quoda actu iusticie sz de restitucione Circa pm quesitum est Utrz vtutes morales sint conexe Et videtur q non qr acquirtur ex actibz qui sunt diuisi et distincti go pt acquiri vna sine alia Cp Augus dt Nichil contrariu dinaz similitz dt ille qui dicit q qui ht vna no ht oes Cp Morales vtutes hent ex consuetudine que vezit ymis Rco dd scdm omnes sctos ul plures loqndo de vtutibz in qui duplex racio assignat a diuisis scdm qdz diuersitate loquendi sz de vtutibz vtutes em cardinales dupliciter accipiunt ab aliqbz Qda em dicunt vtutes esse quosdaz modos gnales qui requirunt in om vtute puta fortitudo est quecuqz firmitas ani in quibuscuqz rebus Tpancia est moderancia ani in omnibus rebus et sic de alys Et scdm istos necce est q vtutes sint conexe Qa isti modi gnales requirut in om vtute et si aliqd horz defuit non est vtus aliqua qr si tpancia rectitudinez non heat que est iusticia uel non heat ani firmitate que est fortitudo et sic de alys non est vtus Et huiusmodi Augus ponit eciam de trinitate et magister sententiaz Aly at accipiunt distinctez hanc vtutu scdm determinatas materias sic Gregorius et Paripateci Und prudencia scdm phm no est recta racio in omnibz sz solu in agibilibz Iusticia vtus iusticia no ht rectitudinez acie circa accessiorum omn occasionez sz tm circa comutaciones et distribuciones et actiones humanas qe sunt ad alterum fortitudo aut dt firmitate ani circa ea quibz e difficillimu anim moderare sz contra delectaciones gustus et tactus qe sunt maxe delectaciones no in consuetudinibus alys compiscabilis sit sine uel penne Et sic eciam loqndo de vtutibz vtutes morales sunt conexe Huius conexionis racio accipitur scdm phm ex parte prudencie qr nulla vtutis pt hri sine prudencia Et iterum e hre prudencia sine vtutibz moralibz Cuius racio est Qa prudencia nichil aliud e q recta racio agibilium Impossibile at est rectam racionem habere circa aliquid extra rectam racionem Tn principia at agibilium sunt fines vtutum et tm fines nulli bn se ht nisi per habitum illius vtutis Et sic necce est q prudencia heat secum alias vtutes morales Illud alie no pnt hri sine prudencia Pt em aliqs hre inclinacoz naturalem ad actus alicuius vtutis sine prudencia et quanto ht maiore inclinacoz sine huiusmodi vtutis tanto peius est et plus impingere pt sine prudencia Sic patet de illo q ht fortitudinez naturalez sine discrecione et prudencia Et ido dt Gregorius Cetere vtutes nisi ea qe agunt prudenter agant etc Est at alia racio conexionis in vtutibz gratuitis pt caritatem in qua conectuntur Qa q ht caritatem ht oes vtutes gratuitas Et similiter q ht vna ht caritate Ad pm go dd q actus no sunt diuisi sed vniti qr no pnt esse actus tpancie sine actu fortitudinis nec fortitudinis nisi cum actu tpancie Ad scdm dd q ht dignitatem no plus a auctorez biblie Ad tcm dd q no diuisi morales a consuetudine sz ab amore eciam dato q no indigeat tpe tn no habebit vtute nisi sit prudens

XXIIII Deinde quesitum est de restitucione que est actus iusticie. Et circa hoc quesita sunt tria. Primo de illis qui propter peccata sunt extra civitatem. Secundo de eo qui mala fide prescripsit. Tercio de eo qui aliena consumpsit. Circa primum queritur utrum expulsi propter peccata possint repetere bona sua ab illis qui sunt in civitate manentes. Et videtur quod non, quia multi de hiis qui sunt in civitate culpam non habuerunt ad eorum expulsionem, et sic puniretur aliquis ex culpa alterius. Item expulsi fuerunt contra partem civitatis, et sic contra iustum bellum. Ergo actio est contra eos, et sic dampna non sunt eis restituenda. Preterea secundum philosophum cum mutatur ordo civitatis non remanet eadem civitas; sed cum mutatur dominium et principatus mutatur ordo; expulsi non pertinent omnino ad civitatem que prius erat; ergo cives non tenentur eis ad restitucionem. Contra qui spoliatur a raptore potest repetere et accipere ea que sunt sibi ablata; ergo et illi expulsi. Responsio dicendum quod aliqui sunt expulsi iuste scilicet propter eorum culpam, et sic non possunt repetere eorum amissa; aut iniuste scilicet sine culpa et sine debito ordine iusticie, et sic possunt repetere. Si autem habent superiorem, debent per superiorem petere sibi restitui; si autem non habent superiorem, reprimere possunt, si possunt recuperare. Ad primum ergo dicendum quod non punitur quis pro peccato alterius sed pro suo, quia maiores omnia faciunt auctoritate et favore populi, et sic populus in faciendo maioribus fuit in culpa. Vel illud intelligitur de pena spirituali que nullus punitur sine culpa propria, non de corporali qua frequenter unus pro alio punitur. Ad secundum dicendum quod iniquitas iuste agitur pro ecclesia sunt, iniquitas iniuste propter [illegible]. Ad tercium dicendum quod si sunt eedem persone manifestum est quod tenentur sibi; sed si alie omnino non tenentur.

XXV Secundo querebatur utrum ille qui mala fide prescribit teneatur ad restitucionem. Et videtur quod non, quia lex dicit quod qui eciam mala fide prescribit acquirit dominium. Contra decretalis dicit quod tenere non acquiritur dominium. Responsio dicendum quod circa hoc est contrarietas iuris civilis et canonici, quia secundum ius civile talis prescripto tenet, secundum ius canonicum talis prescribere non potest. Et racio huius contrarietatis est quia alius est finis quem intendit civilis legislator scilicet pacem servare et facere inter cives, que impediretur si inter cives prescripto non curreret. Quilibet enim velle posset repetere et dicere illud fuit meum quocumque tempore. Finis autem iuris canonici tendit ad quietem et ad [illegible] salutem animarum. Nullus autem in peccato salvari potest nec penitere de dampno vel alieno nisi recompenset. Et ideo dicendum quod si aliquis prescribat bona fide possidendo non tenetur ad restitucionem eciam si sciat alienum fuisse post prescripcionem, quia lex potest aliquem pro peccato et negligencia punire in re sua et illam alteri dare et concedere; sed qui mala fide prescribit tenetur emendare et satisfacere reddendo dampnum quod intulit. Ad primum ergo dicendum quod verum est quod civilia sunt principia ad gubernandum, non ad rapiendum sibi vel ad dandum aliis.

XXVI Tercio queritur utrum ille qui rem alienam consumpsit teneatur ad restitucionem. Et videtur quod non, quia ille cuius res fuerat non habet actionem in consumptorem, intelligere quod consumpsit, si ius habet casum in prescriptione. Contra ille mala fide possidet alienum quod consumpsit. Responsio dicendum quod tenetur, cuius racio est quia quilibet tenetur ad faciendam iusticiam alteri. Consistit autem iusticia in quadam equalitate, unde nisi reintegretur equalitas non potest esse aliquis iustus. Inequalitas autem fuit quod consumpsit rem non suam, et ideo oportet quod reddat. Ad primum ergo dicendum quod licet non habeat actionem in eum qui consumpsit secundum ius civile, habet tamen secundum ius divinum cuius finis est salus animarum, et ideo ei repugnat.

Deinde quesita sunt de officiis quatuor. Primo de officio expositorum sacre scripture. Secundo de officio predicatorum. Tercio de officio confessorum. Quarto de officio vicariorum. XXVII

Circa primum quesitum est utrum omnia que doctores sancti dixerunt sint a spiritu sancto. Et videtur quod non, quia in suis dictis sunt aliqua falsa. Item in suis exposicionibus quique dissonant. Non potest autem esse verum quod est dissimile vel dissonum, quia utraque pars contradictionis non potest esse vera. Contra ad eundem pertinet aliquid facere propter finem et finis facere; sed finis scripture que est a spiritu sancto est erudicio hominum. Hec autem erudicio hominum ex scripturis non potest esse nisi per exposiciones sanctorum; ergo exposiciones sanctorum sunt a spiritu sancto. Responsio dicendum quod ab eodem spiritu scripture sunt exposite et edite ut dicitur i ad Cor. 2° animalis homo non percipit ea que dei sunt spiritualiter etc., et precipue quantum ad ea que sunt fidei, quia fides donum dei est, et ideo interpretacio sermonum enumeratur inter alia dona spiritus sancti, ut dicitur i ad Cor. xii. Ad primum ergo dicendum quod gratie gratis date non sunt habitus sed sunt quedam motus a spiritu sancto. Alias si essent habitus propheta quandocumque vellet per donum prophetare revelacionem haberet, quod falsum est. Et ideo de aliquibus occultis revelandis aliquando tangitur motus a spiritu sancto.

et aliqndo non / sed aliqua eis occultantur
Vnd dixit Eliseus gesi Reg iiii° et dns celat
a me. Aliqn et aliqua dicit a sexpis sicut
patet de Nathan q consuluit dauid q edificaret
templu q pxca a deo rephensus / et qui retractus
prohibuit hoc ipi dauid ex parte dei / hoc tn co-
cedendu e q quicqd in sacra scriptura tenetur
vm est. Et q contra hoc sentiret eet hereticus
Expositores aut in aliis que no sunt fidei / multa ex
suo sensu dixerunt / Et ideo in hiis potuerunt
errare / tn illa dicta expositorum necitatem non
inducunt / vt necesse sit eis crede / sed solu scriptura
canonica que in veteri et in nouo testamento est XXVIII

Deinde quesitum est de pdicatoribus
Et circa hoc quesita sunt duo / Primo vtrum
aliquis possit pdicare contra auctem / Et ita
vt liceat pdicare sine licentia plati sui / Et videtur
q sic / Quia pdicare est bonu aliis facere / sz deinq
bonu opari ad omes ad Galat vi° go ic^u
Praeterea Eccia ii dr Vnicuiqz deus madat de pximo
suo go ic / Resp dd q nullus quicuqz sit magne
vel quatecuqz scitatis nisi missus a deo vel pre-
lato pdicare pt / Quia nullum ofus natu est agere
nisi sup debita mam / pdicatio aut est exhor-
tatio et doctrina si sit publica respiciens tota
ecclesia / tota aut eccia et cura publica ecclie
comissa e plato / Et ideo nullus debet aliqd facere
quod respicit auctem publicam / nisi auctoritate
plati / Ad pm go dd q cuilibet licet facere
bonu sibi pportionatu / Non aut qd cunqz
bonu / Ad sedm dd q madat deus monere
proximu pruata monitione et familiari XXIX

Secundo querit vtrum aliquis prohibitus
a pncipe seclari debeat dimitte pdica-
re. Et videtur q no / Nolite timere eos q
occidunt corpus / dicitur de pdicatoribus go timore
pncipis no debent dimitte / Praeterea actuu iiii° dr
Deo oportet magis obedire q hoibus / sz deus
precipit pcipue platis q pdicet / ii ad thimot et
Praeterea Nullus debet alicui
pdicare vbu dei go ic / Praeterea Nullus debet alicui
obedire in eo in quo peccat pcipiens / Sz pnceps peccat
phibendo go ic / Contra mathi dr Si vos psecuti
fuerint in vna ciuitate fugite in aliam / Resp dd
q hic e opus duplici distinctione / Quia qn aliquis
phibetur pdicare / vel prohibetur solu a tiranno /
aut sil a tirano et ppls / Si pmo / sic aut d multi-
tudine sunt aliqui q audire volunt / no est dimittenda
pdicatio / Quamuis sit sit moderanda / q° ad tpa et
loca / vel ex timore ad tirami / si impediat / et
quamuis aut tunc licet pdicare occulte p domos / sic
et aplos legit fecisse / Si sedo mo tunc debet cedere
pdicator et fugere ad alia loca / scdm mandatum
dni / et hoc est Greg dicit in dyalogo q qn omes

sint mali et indurati debet dice cu id
apli / Quia repulistis a vob regnu dei ic
Alia distinctio e hic habenda / Quia prelatus pre-
dicator / aut hoc cura aiaz / aut non /
dicat / aut pdicat ex necitate officii / aut ppa
